Pſal. Turbati ſunt om̄es inſipientes coꝛde. Item male de alijs ſolent opinari. Eccl̄iaſtes.x. Inſipiens om̄s ſtultos extimat. Unde Sapie.iij. de iuſtis dicitur. Qꝛ viſi ſunt oculis inſipiētium moꝛi. illi autem ſunt in pace. Iteꝫ inhoneſte ſolent cōuerſari. ⁊ maxime quātum ad peccatū carnis. Unde Prouerbioꝝ.xviij. Qui tenet adulterā ſtultus eſt ⁊ inſipiens. Et Roma.j. Repletos om̄i iniquitate ⁊ foꝛnicatōne et auaricia ⁊c. Sequitur. Inſipientes incompoſitos: ſine affectōne: ſine federe: ſine miſcdia. Item ſolet inſipiens indiſcrete loqui vel effari: quia ſcꝫ inſipientes loquūtur indignatiue: iniuriatiue ⁊ iactatiue ſeu precipitatiue. Indignatiue dico: Prouerb.xix. Diues toꝛquens labia ſua inſipiens eſt. Toꝛquens dico: ſcꝫ indignatiue. Inſuper Eccl̄iaſtes.x. Labia inſipientis precipitabūt eum inicium verboꝛum eius ſtulticia: ⁊ nouiſſimū illoꝝ erroꝛ peſſim⁹. Stultus verba multiplicat ⁊c. Item ſolet inſipiēs ineternū moꝛi vel damnari. Iſte eīm eſt finis maloꝛum inſipientiū fatuoꝛum. ſcꝫ moꝛs eterna. Pſal. Simul inſipiens ⁊ ſtultus peribunt. Iſta ergo ſufficiant gratia breuitatis. Uide de Sapientia. Stulticia. Fatuitate. Ignoꝛantia et ſimilibus.

## Inſpicere.

Uide vbi Aſpicere.

## Inſpiratio.

Idem eſt quod facta per ſpirituꝫ reuelatio.

## Inſtare. Inſtans. inſtanter.

Nota ꝙ inſtantia quādoq̄ꝫ ſumitur ꝓ propinquitate imminente. ſicut Geneſ.xxxviij. Inſtante partu apparuerūt gemini. Quādoq̄ꝫ pro tēpoꝛe momētaneo ⁊ tranſeūti: ſi-

cut cum dr̃. Natura nõ operatur in inſtanti. ⁊ ꝙ aĩa cbri in inſtanti ſue creatiõis fuit beata vel vnita verbo. Quãq; pro actione cõtinua ⁊ nõ deſinenti. Eccliaſtici. xxvij. Si nõ in timore dñi tenueris te inſtãter. i. continue: cito ſubuertetur domus tua. Quãq; pro operatione ſollicita ⁊ diligenti. Sicut cum dicitur Judith. iiij. Clamauit popul⁹ ad dominum inſtãtia magna. Quocũq; ergo modo ſumatur inſtantia: notabo generaliter ꝙ in ſcriptura reperit̃ inſtãtia

| | |
|---|---|
| Quam debes habere. | Primo ergo dico ꝙ eſt q̃dam |
| Quam debes videre. | inſtantia quã vir prudens de- |
| Quam debes timere. | bet obſeruare. |

Et iſta eſt inſtãtia in bonis operibus faciendis. Arbores eñ que tẽpore hyemis impedite fuerũt. ſolent adueniente vere: productioni florũ et foliorũ diligenter inſtare: ⁊ tarditatem p̃cedentem ꝑ inſtãtem diligentiam compẽſare: ⁊ ad productiõem naturalem diligenter intendere ⁊ vacare. Quanto eñ precellit acrior ⁊ maior retardatio: tanta (oportunitate habita) ſequitur inſtantior et diligentior executio: Sicut patet in vineis que quãto longiori frigore impedite fuerũt: tanto impedimento ceſſante inſtantius fructificant et producũt. Sic vere homo etſi quãdoq; frigore indeuotionis ſeu corporis aut tribulatiõis bona opera facere retardetur: inuenta tandem oportunitate debet inſtanter bonis laboribus inſudare et bonũ facere: ⁊ moram priſtinam compenſare. Exemplo tigridis: de qua dicit Solinus. Qz quãdo inuenit captulos ſuos raptos: ipos tam inſtanti celeritate proſequitur ꝙ nihil tam longum eſt qđ non breuiter in breui pambulet: nihil adeo antecedit vt nõ ilico aſſequat̃. qñimo vt ait. Si venator fugẽs nauem intrauerit anteq; veneat ad littus: ſuam patenter punit tarditatem. Sic vere homo q̃ predam et fetus gratie ⁊ glorie quos amiſit vult recupare et conſequi. debet inſtantiſſime ⁊ velociter bene operãdo ipos inueſtigare ⁊ proſequi: ⁊ ſi ipos ꝓut optat nequit attingere: debet tarditatem ſuam ꝑ penitentiã caſtigare. Ideo cuilibet diligenti dr̃ illud. ij. Thym. iiij. Predica v̄bum inſta importune: ⁊ oportune argue: obſecra: increpa ⁊c. Sequitur. Tu vero vigila: in oĩb⁹ labora. Opus fac euangeliſte: miniſterium tuũ imple: ſobrius eſto. Exemplo ſcilicet apoſtoli. q̃ dicebat. ij. Cor. xj. Inſtantia mea q̃tidiana ſollicitudo. Nota ergo ꝙ prudẽs hõ debet inſtare

| | |
|---|---|
| Predicare v̄bum veritatis. | Inſtemus igit̃ veritati |
| Inuocare opem diuinitatis. | verba p̃dicando Actu. |
| Caſtigare facta prauitatis. | vj. Nos autem miniſte- |
| Informare plebẽ humilitatis. | rio verbi inſtantes eri- |
| Fabricare opus vtilitatis. | mus. |

Itẽ inſtem⁹ diuinitatis opem inuocando. Judith. iiij. Clamauit popul⁹ ad dñm inſtantia magna. Et Col. iiij. Oratiõi inſtate. Itẽ inſtemus prauitatis facta puniendo ſeu corrigẽdo. Exemplo iude. de quo dicitur. ij. Macha. xij. Judas autẽ vehementer inſtabat puniens ꝓfanos. Item inſtemus humilitatis gentem informando ſeu inſtruẽdo. ſ. deuotos et ſubditos noſtros. quia ſicut dr̃ Judith. viij. Inſtabat ſup alligantes manipulos in agro. Item inſtemus vtilitati opus exercendo ſeu faciendo. Juxta illud qđ precipitur Eccleſiaſtes. ix. Quodcũq; facere poteſt manus tua inſtãter operare ⁊c. Et ſic patet ꝙ eſt quedam inſtantia quam vir prudens debet obſeruare. Secũdo vero dico ꝙ eſt quedam inſtantia quam vir prudens debet cogitare. Et iſta procerto eſt inſtãtia ⁊ imminẽs ꝓpinq̄tas mortis noſtre ſeu etiã tentationis dyabolice. que nobis imminet oĩni die.

| | |
|---|---|
| Inſtat eñ dyabolus vt nos percutiat. | De inſtantia |
| Inſtat mundus vt nos inficiat. | dyaboli per |
| Inſtat mors ſeu interit⁹ vt nos deijciat. | tentatiões ꝑ- |

cutientis poteſt dici illud. ij. Paral. xiij. Reſpiciens iudas vidit inſtare bellum ex aduerſo ⁊ clamauit ad dñm. De inſtantia autẽ mũdi nos ꝑ delectationes inficientes: dicitur Judicũ. xv. Cum dies triticee meſſis inſtarent venit ſamſon inuiſere volens vxorem ſuam. De inſtantia vero mortis nos a vita deijcientes poteſt dici illud. ij. Thymo. iiij. Ego autem iam delibor: ⁊ tempus reſolutõis mee inſtat. Et ſic patet ꝙ eſt quedam inſtantia quã vir prudens debet cogitare. Tercio dico ꝙ eſt q̃dam inſtantia quã vir prudens debet formidare. Et iſta ꝓcerto eſt inſtantia iudicij ⁊ inferni: ⁊ mortis etiam eterne que inſtat niſi p̃cauerimus. Teſte eñ apoſtolo. ij. Thymoth. iij. In nouiſſimis diebus inſtabũt tempora periculoſa: quãdo complebit̃ illud Sapiẽtie. vj. Fortiorib⁹ fortior inſtat cruciatio: ⁊ potẽtes potenter tormenta patientur. Et tamen ꝓculdubio licet iſta inſiſtent: vani tamen ⁊ fatui nõ aduertũt. Sicut Judicum xx. dicitur. Qz ingrauatum eſt bellum contra filios benyamin: et nõ intellexerũt ꝙ ex oĩni parte illis inſtaret interitus. Et ſic ergo patet quõ in ſcriptura reperitur inſtantia. Formidanda. Cogitanda. et Obſeruanda. Vide de Diligentia et Sollicitudine ⁊c.

**Inſtar.** Vbi Similitudo. Imago. vt: et ſicut.

**Inſtaurare.** De reſtituere. reſtaurare. reparare et reedificare.

**Inſtituere.** Inſtituta nõ ſunt auctoritates: vide vbi. Conſtituere. ⁊ Statuere.

**Inſtruere.** Nota ꝙ inſtruere quãdoq; ſumit̃ pro cõſtruere vel fabricare. Et inde dicit̃ inſtrumentũ. Quãq; autẽ ſumitur ꝓ ordinare: armare ſeu munire: ⁊ ſic de Joab dr̃. ij. Regũ. x. Qz videns preparatum ſibi prelium eſſe ex aduerſo: inſtruxit aciem contra ſyrum. Et Deutro. j. dr̃. Cunq; inſtructi armis pgeret̃ ⁊c. Quãdoq; vero et cõmuniter inſtruere accipit̃ pro docere: erudire: et informare: Sicut in Pſal. dicit dauid dño. Viam iuſtificationũ tuarũ inſtrue me: ⁊ exercebor ⁊c. Et dñs reſpondens dicit. Intellectum tibi dabo ⁊ inſtruã te in via hac qua gradiens: firmabo ſuper te oculos meos. ⁊c. Diſtingue ſi vis quõ homo inſtruitur ⁊ informatur tã a deo q̃ a parentibus aut a prelato. Quãdoq; ꝑ lecturã et eruditõem. Quãdoq; per reuelationem aut inſpiratõẽ. Quãdoq; per diſciplinam ⁊ caſtigatiõẽ. Concorda ſi vis Tranſeo: qz pauce ſunt auctoritates. Vide vbi Docere: ⁊ Erudire: ⁊ ſimilibus.

**Inſula.** Nota inſula eſt portio terre aquis ex omni latere circũſepta. Et videtur ꝙ moralit̃ accipiẽdo inſula poteſt referri ad perſonas ⁊ ad loca. Ad perſonas dico: quia per inſulam poſſunt intelligi viri boni ⁊ viri mali. Ad loca etiam: qz per inſulam poſſunt intelligi Eccleſia. Religio. Mũdus. Infernus. ⁊ Paradiſus. Sic igit̃ notabis: ꝙ in ſcriptura reperitur loquẽdo moraliter ⁊ in bono ſignificato inſula

| | |
|---|---|
| Deſerta ab hominũ ritu. | Prima eſt iuſti perfectio. |
| Secreta et ſine mugitu. | Secũda eſt vera religio. |
| Repleta opulento victu. | Tercia eſt celi poſſeſſio. |

Juſtus dicitur inſula: quia cingitur aquis deuotionis. quia ſicut dicitur in Pſal. Juſtus eſt tanq; lignum quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructum ſuũ dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet ⁊c. Religio dr̃ inſula qz cingitur aquis compunctõis. Vnde religio eſt illud firmamẽtum: de quo dr̃ Geneſ. j. Fiat firmamentũ in medio aquarum. Paradiſus vero dicitur inſula: qz cingitur aquis tribulatõis. pro eo ſcꝫ ꝙ nullus intrat inſulam niſi per iſtas aquas. vñ Ezech. xlvij. Traduxit me per aquam vſq; ad renes ⁊c. Et illud Sapiẽtie. x. Tranſtulit eos per mare rubrum: et tranſuexit eos ꝑ aquam nimiam. Et qz etiam finaliter iſte locus repletur aquis refectionis. refrigerij: et conſolatiõis. Pſal. Super aquas refectionis educauit me. Dico ergo primo ꝙ iuſtus dr̃ inſula deſerta. id eſt inſula ſeparata. Nã ſicut materialis inſula ab alia terra diſcernitur ⁊ diſiũgitur: aquis circumdatur ⁊ abluitur. ventis inſufflatur ⁊ abſtergitur. fluctibus v̄beratur ⁊ pcutitur. terremotu ſepius turbatur ⁊ cõcutitur. piratis et profugis exponit̃. herbis tñ ⁊ fructib⁹ redũdat ⁊ cõponit̃. ⁊ cantib⁹ auiũ iocũdat̃ ⁊ diſponit̃. Sic reuera iuſt⁹ homo ſeparat̃ ab alijs ꝑ ſingularis vite pfectionem Gen. x. Diuiſe ſunt inſule gentiũ. Abluit̃ aquis irriguis ꝑ grãm ⁊ deuotõem Eſa. xxiiij. Glorificate dñm i inſulis maris. i. in amaritudine pnĩe et deuotõis. Ventis ſpirituſſancti afflantib⁹ abſtergit̃ ⁊ purgat̃ per inſpiratiõem et ſpecialem viſitatõem. Eſa. xlij. Legem eius inſule expectabũt. Fluctibus tribulationũ percutit̃ per tẽporalem afflictionem Heſter. x. Inſulas fecit tributarias. Et Eſa. xlj Viderũt inſule ⁊ timuerũt. Terremotu diuini timoris cõcutitur per profundam meditatõem Ezech. xxvj. Turba-

būtur inſule in mari. Piratis etiā .i. demonibus ⁊ tyrānis
exponit̄ per iniuriam ⁊ afflictōem Eſa. xxiij. Ululate q̄ ha
bitatis in inſula. Et tamē herbis ⁊ floribus .i. gratijs ⁊ vir
tutibus redūdat per bonoꝝ ſpiritualiū cumulatōem. Pſ.
lxxj. Inſule munera offerent: ⁊ cantibus ſpūalibus iocun-
datur per dei laudem ⁊ grarum actionē. Pſal. Letent̄ in-
ſule multe. Et nota ꝙ ego reperio Inſulam

Ardentem.
Natantem.
Trementem.
Tacentem.
Gaudentem.
Naſcentem.

Inſulam dico ardentem. In mari enim
ſunt inſule que perpetuo ardent. ſicut de
quadaꝫ inſula meridiana narratur in vi-
ta ſancti brandani ⁊ de libareis inſulis
Cicilie. dicūt Plinius ⁊ Solinus. Sic iu
ſtus ſemꝑ ardet per dilectionis ardorem
⁊ ꝑ contritionis feruoreꝫ Ezech. xxxix. Mittētem ignem
in magog: et in his q̄ habitant in inſulis. Itē inſulaꝫ na
tantem. qꝛ ſcꝫ ſm Senecam. lib. de naturalibꝰ queſtioni-
bus. Inſule natantes mobiles: ⁊ mare more nauis vagā-
tes inueniūtur in India. qđ fit quia ſunt de ſpuma maris
inuicem aggregata: ⁊ in punicem indurata: ⁊ tandem are-
na ⁊ puluere coopta: ⁊ finaliter herbis ⁊ arboribꝰ opulen
ta. Sic iuſti per pauꝑtateꝫ volūtariam leues in hoc mūdo
manētem ciuitatem aut poſſeſſionē ſtabilem nō querētes:
nec terre .i. terrenis per deſideriū adherentes: ad flatū ſpi-
ritusſancti ducūtur. ⁊ per diligētiam ⁊ bona opera mouen
tur ⁊ agitātur. Arena ⁊ puluere .i. mortis memoria coope
riūtur: ⁊ herbis ⁊ fructibus bonoꝝ opeꝝ cumulant̄. Et ta
li ergo mobilitate taliū poteſt dici illud Apocal. vj. Inſu-
le de locis ſuis mote ſunt. Iſtud potiſſime pōt dici de il-
lis qui amore dei terras ꝓprias exiuerūt: ⁊ bona tēpora-
lia dimiſert: ⁊ ſic ꝑegrini ⁊ hoſpites ꝑ mare huiꝰ mūdi flu-
ctuantes iuerūt: dicentes illud Hebreoꝝ. xiij. Nō habemꝰ
hic manentē ciuitatem: ſꝫ futuram inq̄rimus. Inuenio er-
go inſulam natantē. Iteꝫ reperio inſulam trementem.
Terremotus eñ vt dicūt ph̄i multo ſepiꝰ fit in inſulis q̄ꝫ
alibi. ſicut patet de Cicilia inſula. que ſepiſſime paſſa ē ter-
remotū. Sic vere iuſti terremotu diuini timoris facilit̄ con
cutiūtur: ⁊ ſic ab oībus ſuꝑfluis excutiūtur. Un̄ Eſaie. xlj.
Viderūt inſule ⁊ timuerūt. ⁊ extrema terre obſtupuerunt.
Itē reperio inſulam tacentē. Conſtat eñ ꝙ maior taci-
turnitas ē in inſulis q̄ꝫ alibi: ⁊ maxime in aliq̄bus vbi nul-
li hominū eſt acceſſus. Sic iuſti ſunt inſule tacentes: nec
per obiurgationē tumultuātes: nec ſunt detractōem mur-
murantes: nec ꝑ iactantiā vocem ſuam extollentes. Iuſti
eñ a talibus vocibus tacent: qꝛ per patiētiam oportunaꝫ
ſilentia multa ſeruant: ſicut potiſſime faciūt boni religioſi
qui ad litterā ad euitandū vicia lingue ſilentiū ſeruare de-
bent Eſaie. xlj. Taceant ad me inſule: et gentes mutēt for-
titudinē. Oſtende quō tales tenentur mutare fortitudinē
temporalem ⁊ corporalem. in virtualē ⁊ ſpiritualem. Et
aduerte ꝙ iuſti taceant ex tribus caſibus. ſcilicet cum

Attendūt grande myſterium.
Suſtinent legis imperium.
Expectant dei ſubſidiū.

Tacent cuꝫ ardua my
ſteria volunt cogitare.
Eſa. xlix. Audite inſule
et attendite populi delonge: dñs ab vtero vocauit me ⁊c.
Tacent etiā cum diuina imperia ꝑportet toltrare: quia ſcꝫ
iſti patienter tolerant que imponūtur eiſdem. Eſa. xlij. Le
gem eius inſule expectabūt. Tacent inſuꝑ cum diuina ſo-
lacia oportet expectare. qꝛ ſcꝫ iuſti cum taciturnitate ⁊ pa-
tientia expectant auxiliū brachium ⁊ adiutorium dei viui
Eſaie. lj. Me autē inſule expectabūt ⁊ brachiū meum ſu-
ſtinebūt. Leuate in celum oculos veſtros. Reperio ergo
inſulam tacentem. Itē reperio inſulam gaudentem. In
inſulis eñ prata rident: aues cantant: aīalia ſaltant. Sic
vere in iuſtis ſunt prata que rident. ſcꝫ cōſcientie puritas
⁊ mūdicia. aues que cantant .i. grarūactio ⁊ leticia: anima-
lia que ſaltant. ſcꝫ exultatio in deo ⁊ bonorū affectuū reſo
nantia. Exultare eñ idem eſt qđ extra ſaltare. Pſal. Letē-
tur inſule multe. Applica ſi vis de inſula de qua legitur in
vita beati brandini: vbi erant aues cū facie humana: ligua
ſibi intelligibili loquentes. ⁊ ex omīꝰ parte deū laudantes.
Sic in inſula .i. in iuſto ſunt aues deū laudantes ⁊ exultati
ones ⁊ conſolatiōes dei laudes: ⁊ continue grarumactio-
nes. Eſa. xxiiij. Glorificate dñm in inſulis maris. Reperio
ergo inſulam gaudentē. Itē reperio inſulam naſcenteꝫ
ſeu ſcatentē. Conſtat eñ teſte Seneca. lib. de naturalibus
queſtionibꝰ. Qꝛ q̄nq꜄ per terremotū naſcūtur inſule noue:
Sicut de illa inſula que dicit̄ mitilene narrat idem ꝙ pre-
cedente terremotu ignis in mari egeo octo diebus conti-
nuis arſit: qui de profundis abyſſi erūpens lapides: ⁊ ma
teriam ſecū traxit. ⁊ tandem ceſſante igne lapides combu-
ſti apparuerūt. de q̄bus inſula facta fuit. Sic vere dico. ꝙ
quādo terremotus diuini timoris precedit: ⁊ ignis diuine
charitatis ſuccendit. ⁊ lapicidina conſtātie ⁊ firmitatis ſuc
creſcit: tūc homo in inſulam .i. in virum iuſtum faciliter cō
uertitur ⁊ excreſcit. Actuū. xxviij. Militene inſula vocaba
tur. Sequit̄. Accenſa pira reficiebant nos. militene tranſ-
migrans interꝑ̄tatur. qꝛ ſcꝫ tales de non eſſe ad eſſe tranſ-
migrant ⁊ tranſeūt: duꝫ ꝑ virtutem nouiter generantur et
fiūt. Reperio ergo inſulam naſcentē. Conſtat eñ ꝙ quan-
doq꜄ mare ſuꝑabūdat ⁊ creſcit: ⁊ inſulas cooperit atq꜄ te-
git. Sicut de burden inſula exēplificat Seneca vbi ſupra.
Et ſicut dicit̄ de inſula vbi erat eccleſia beati clementis ꝓ
pe ciuitatem terſonā: que eſt in gazaria. qꝛ mare ita creuit
ꝙ eam ita alte operuit ꝙ non apparet amplius: ⁊ recedere
mare annuatim ceſſauit. Tales ſunt iuſti qui ſcꝫ ſub aqua
amara penitentie ⁊ tribulationū fugiūt: ⁊ ibi per humilita
tem ab obtutibꝰ hominū ſe abſcondūt. Unde de humilita
te talium pōt intelligi illud Eſaie. xl. Ecce inſule quaſi pul
uis exiguus. Et Apocal. xvj. Omīs inſula fugit: ⁊ montes
nō ſūt inuenti Et ſic igit̄ pꝫ quō iuſti multꝫ modis inſule nū
cupant̄. Et hoc primū principale Secūdo dico ꝙ reli-
gio dicitur inſula quia cingit̄ aquis compūctionis. j. Ma
cha. xiiij. Fecit introitū in inſulis mari Inſule nāq꜄ amarā
cōpūctionē ſignificāt. Et aduerte ꝙ religio eſt vel dici pōt

Inſula tuta et neceſſaria.
Inſula trita ⁊ tributaria.
Inſula certa ⁊ ſpeculatoria.

Religio eñ eſt inſula tu-
ta ad habitandū. vñ Act.
xxvij. dicebat paulꝰ in ma
ri periclitans. Qꝛ in inſulā quandā oportet nos deuenire.
Et. xxviij. Cum euaſiſſemus cognouimꝰ ꝙ militene inſu-
la vocabatur. que ſcꝫ interꝑ̄tatur trāſmigrans. quia ſcꝫ re
ligio ſemꝑ trāſmigrat ⁊ currit in q̄tum in mūdo nihil pre-
ter neceſſaria querit. Similis illi inſule natanti. de qua ſu-
pra dictum eſt. Item religio eſt inſula prompta ad famu-
landum. Iſta eñ eſt tributaria peccatoribꝰ ⁊ tyrānis He
ſter. x. Inſulas fecit tributarias. Tributaria eñ dicitur eo
ꝙ deo ⁊ prelatis per ſeruitutem obedientie ſubiugatur. et
tributa bonorū operuꝫ reddere comprobat̄. Pſal. Reges
tharſis ⁊ inſule munera offerent: reges arabum ⁊ ſaba do
na adducent. Item religio eſt inſula apta ad ſpeculanduꝫ
quia ſcꝫ inſule ſunt magis ſecrete q̄ꝫ terra firma vt ſupra
viſum eſt. Unde ptholomeus iſte maximus aſtrologoruꝫ
dicitur feciſſe ⁊ inueniſſe conſideratōes ſuas in inſula cy-
pri. ⁊ etiam ad litteram nos videmus ꝙ inter religioſos
ſunt homines magis ſpeculatiui q̄ꝫ inter ſeculares ⁊ mū-
danos. Unde Apocal. j. dicit Iohānes. Fui inquit in inſu
la que vocatur pathmos quod interꝑ̄tatur ſeparatio. Se
quitur. Et cōuerſus vidi ſeptem candelebra aurea: ⁊ ſimi
lem filio hominis inter illa. In quo notari pōt ꝙ ſeꝑatio.
id eſt ſtatus a ſeculo ſeparatus. eſt ad videndum viſiones
dei: ⁊ ad ſpeculandū celeſtia magis aptus. Et ſi vis dic de
religione vel eccleſia que ſupra dixi de viro iuſto. ſ. ꝙ eſt in
ſula Ardens. Natans. Tremens. Tacens. Gaudēs. Na
ſcens. Et applica et concorda vt ſupra. Igitur religio dici
tur inſula que cingit̄ aquis compūctionis. Tercio vero
dico ꝙ celum dicit̄ inſula que cingit̄ aquis tribulaminis:
ſeu afflictionis. qꝛ ſcꝫ ſicut nō eſt tranſitus ad inſulam: ni-
ſi per aquam ⁊ mare: ſic nō eſt tranſitus ad paradiſum: ni
ſi ꝑ amaritudinē ⁊ laborē. Et ſicut in inſulis ſūt q̄nq꜄ mul
te diuitie: ſic ⁊ in inſulis paradiſi que ſcꝫ bene dicūtur inſu
le in plurali. eo ſcꝫ quia in domo patris mei māſiōes mul-
te ſunt. Unde anīe poteſt dici illud Ezechiel. xxvij. Iacin-
ctus ⁊ purpura de inſulis heliſa facta ſunt operimentū tu-
um. Heliſa interꝑ̄tatur dei ſaluatio. Iacinctus auteꝫ ve-
ſtis coloris celeſtis ſignat immortalitatē: cum celum ſit in
corruptibile. Purpura vo veſtis regia ſignat eternaꝫ di
gnitatem. Et qꝛ eſt coloris ignei ſignat ꝑfectiſſimam chari
tatem. Ad denotandū ꝙ in iſtis inſulis .i. in paradiſi habi-
taculis vbi eſt dei ſalus ⁊ ſaluatio aīa cooperit̄ ⁊ ornat̄

iacincto immoꝛtalitatis: ⁊ purpura ꝑfectiſſime charitatis et honoꝛis ⁊ regie dignitatis. Gloꝛificate ergo deū qui habitatis in inſulis. Eſa. xxiiij. Et ſic patet quomō in bono ſignificato inſula ſignat locum ſaluatōis. Statum religiōis

Uirum perfectionis. Sed ſi velles modo oppoſito dicere: poſſes dicere ꝙ inſula ſignat
Uirum infectionis. ſ. impium. Nā impi⁹ eſt inſula fetens et hoꝛribilis.
Statum perditionis. ſ. Mūdum. Naȝ hic mūdus ē inſula currens ⁊ inſta-
Locum dānationis. ſ. Infernum. bilis. Nam infernus ē inſula ardens ⁊ dānabilis. Inueniuntur eñ inſule fetentes ⁊ ſulphuree. Inſule currentes ⁊ vaganee ſicut ſupꝛa viſum eſt. Inſule flāmantes ⁊ pyreнee. Applica ſicut ſupꝛa ⁊ allega. De qualibet ergo iſtarū bene pōt dici illud Eſa. xxiij. Ululate ergo oēs q̄ habitatis in inſula: q̃ reuera aliqui habitāt in inſula peccati q̄ vlulare ſolent per inuidiam ⁊ detractōem. Illi ṽo qui habitant in inſula mūdi vlulare ſolent ꝑ iactantiā ⁊ elationem. Illi ṽo qui habitant in inſula inferni vlulare ſolent ꝑ triſticiā et deſperationem. Sic igitur patet quomō inſula in bono ſumitur ⁊ in malo ⁊c̄.

## Inſuper.

Nota ꝙ inſuper ſignat quādaȝ ſupabundātiā: qđdam augmentū: ⁊ quanda additōem ad om̄e illud qđ ſuperius ponit̃ vel dr̃. ſiue bonū fuerit ſiue malū. Dico ğ ꝙ inſup ſigt̃ ſupabūdātiam

Uirtuoſam. Signat dico ſupabundātiā meritoꝛiā
Uicioſam. ⁊ ṽtuoſaȝ. Pſal. Om̄ia ſubieciſti ſb pe-
Doloꝛoſam. dibus eius oues ⁊ boues vniuerſas:
Gaudioſum. inſup et pecoꝛa campi. Moꝛaliter pedum noie: aīe affectiones ſignificant̃. Unde Aug⁹. Pes meus affectus meus: eo feroꝛ quocūꝫ feroꝛ. Pedibus igitur. i. affectionib⁹ ſubiecte ſunt oues. i. ſimplicitas. boues: id eſt hūilitas. Inſup ⁊ pecoꝛa campi. ꝑ quem intelligunt̃ aīalia pua. ſicut agn⁹ q̄ ſignat īnocētiā. capꝛa q̄ ſignat penitētiā. aries q̄ ſignat ꝯſtātiā ⁊c̄. Oēs iſte ṽtutes affectiōi ſbiecte: ita vt illis imperet affectio. his vtatur affectio. his modereṫ affectio. recte per inſup deſignant̃. Uide de ſingulis in ꝓpꝛiis titulis. Item ſignat ſupabūdantiā viciorū: ⁊ ſic accipit̃ vt cōmuniter. vñ de Achab rege iſrł dicitur ꝙ nō ſuffecit ſibi ꝙ ambulauerat in pctis Jeroboam: ſꝫ inſuper duxit vxoꝛē Jezabel: ⁊ ſeruiuit baal ⁊ adoꝛauit eū. iij. Regū. xvj. Itē ſignat ſupabūdantiā infoꝛtunioꝝ ⁊ toꝛmētoꝝ. Unde. ij. Regū. xix. dicit̃. Seruus me⁹ contēpſit me: inſup ⁊ accuſauit me apud dñm meū. Et Eccl. xiij. Diuiti decepto multi ſunt recupatoꝛes: pauper aũs humilis deceptus eſt inſuper ⁊ arguit̃. Poſt vnū eñ malum ſemp ſolet accidere vnū inſup Quia ſicut dicit̃ cōmuniter: vna aduerſitas nunꝙ̄ venit ſola. vnde Seneca dicit. Q̃ foꝛtuna nihil nocere contenta eſt ſemel. Itē ſignat ſupabundātiaȝ pꝛemioꝝ. Unde in Pſal. dicit̃. Inſup ⁊ caro mea requieſcet in ſpe. Et hec de inſup ſufficiant.

## Inſurgere.

Nota. ꝙ inſurgere idem eſt quod contra alium ſurgere. Accipit̃ autem inſurgere ſemp in malo pꝛo illis q̄ inſurgūt ꝯtra nos tentando pernicioſe. ſicut ſunt demones. Fraudendo malicioſe ſicut verſipelles. Grauando contentioſe ſicut ſunt tyranni homines ⁊ crudeles. De demonib⁹ nos tentātib⁹ dicit̃ in Pſal. Deus iniqui inſurrexerūt in me: ⁊ foꝛtes q̄ſierūt animā meam ⁊c̄. De malicioſis ⁊ fraudulētibus dr̃ in Pſal. Inſurrexerūt in me teſtes iniqui. De tyrānis autem nos impugnātibus ⁊ grauantibus dr̃ in Pſal. Multi inſurgunt aduerſum me ⁊c̄. Uide vbi. Cōſurgere. et vbi Exurgere: et Surgere.

## Integer.

De integritate coꝛpoꝛis inquātū opponitur diuiſioni ⁊ partiū fractioni: nihil opoꝛtet dicere: hoc ſolū dico. Q̃ ſicut multe ſunt ſpecies que magis valent ⁊ redolent fracte q̄ꝫ integre. vt ptꝫ in pipere. Sic dico ꝙ ſanctoꝝ coꝛpoꝛa magis reſplenduerunt in miraculis: ⁊ valoꝛ eoꝝ magis innuit̃ poſt fractōem occiſionē ⁊ moꝛtē: q̄ꝫ qñ integra erāt coꝛpa dū viuebāt. Sꝫ de tali integritate trāſeo. De integritate ṽo moꝛali dico ꝙ eſt

Integritas carnis. Pꝛima eſt integritas virginita-
Integritas mentis. tis ⁊ continentie. Et iſta eſt ſi-
Integritas moꝝ ſeu opis cut integritas lilij: qđ integrū redolet: fractū fetet. Et de hac integritate poteſt dici illud Deutro. xij. Mūdam hoc eſt integrū ⁊ ſine macula offerri licet. Secūda eſt integritas ſinceritatis ⁊ ꝯſcientie. j. Theſſal. v. De⁹ autē pacis ſanctificet vos vt integer ſpiritus veſter ⁊ anima ſeruetur. Tercia eſt integritas ṽtuoſitatis et iuſticie ſeu innocentie. Et iſta eſt quādo homo eſt in moꝛibus integer ⁊ perfectus. ⁊ nihil ē nec in coꝛde: nec in verbo: nec in opere diminutū. Uas eñ integrū melius liquoꝛem retinet q̄ꝫ vas fractum. Speculū etiaꝫ quod bene recipiet imaginem: neceſſe eſt ꝙ ſit integrū. Coꝛiandrū etiam ſpecies eſt cuius ſemen integrum redolet non cōtritum: q̃ reuera illi q̄ ſunt integri in moꝛibus ⁊ completi: et qui nō habent partē aliquam tenebꝛarū ſunt ceteris melius redolentes: ⁊ imaginē dei in ſe melius repſentantes: et liquoꝛem grẽ retinentes. Idõ bene monet ſcriptura dicēs Jacobi. j. Sitis ꝑfecti ⁊ integri in nullo deficientes. Figurati in vacca rufa que debebat offerri integre etatis Sicut dicit̃ Nūeri. xix. Figurati in agno illo de quo dicit̃. j. Regum. vij. Q̃ tulit ſamuel agnū in holocauſtū integrū dño. Integer eñ dicit̃ in quo coꝛde verbo ⁊ opere nihil repꝛehēſibile reperit̃. Aduerte tamen. ꝙ multi ſunt integri male ⁊ nō bene. De quodā eñ famulo fatuo audiui dici ꝙ cū magiſter ſuus pꝛecepit: ꝙ capones pararet integros in coquina. ipē male intelligens integritatē: nihil inde emouit: ſed cum plumis ⁊ fecibus integros poſuit ad coquendū: ⁊ ſic penitus nihil valuerūt. Integritas ergo que qñꝫ habet feces carnalitatis. ⁊ plumas volatilis vanitatis nō eſt bona: imo deo abomiabilis ⁊ hoꝛrenda. Et de hac dici poteſt illud Pꝛouerb. j. Degluciamus eum viuentem ⁊ integrum tanꝙ̄ infernus. Sed nō ſic iuſti: imo bona ⁊ ſancta integritate ſunt integri. Juxta illud Tytuꝫ. ij. Teipm̄ pꝛebe exemplū honoꝛū operū in doctrina ⁊ integritate. Sufficit. Uide vbi om̄is. Et vbi Totum ⁊c̄.

## Intelligere. intelligens. intellectus.

Nota ꝙ intelligere accipit̃ pꝛo cognoſcere. ꝑ Scire. pꝛo Aduertere. Unde intellectus moꝛaliter accipiendo nihil aliud eſt q̄ꝫ ſapientia. pꝛudētia. noticia ⁊ cetera ſilia. De intellectu ṽo inq̄ꝫtū eſt potentia naturalis ipſius aīe rationalis. vel inq̄ꝫtum eſt donū ſpūſſancti: cum iſta ſint magis ſcientialia q̄ꝫ moꝛalia: nihil intendo quo ad pꝛeſens. Dico igitur. ꝙ intelligere idem eſt qđ intus legere et ſignat quandā diſcretam meditatōem: ⁊ occultoꝝ conſideratōem. Sicut eñ oculus lincis. i. oculus illius animalis quod dicitur linx: eſſe dicitur ita clarus ꝙ etiam illa q̄ ſunt intus ⁊ infra parietem dicit̃ videre. Sic vere oculus intellectus noſtri debet eſſe ita limpidus ⁊ diſcretus. ita ꝙ illa que ſunt intus ⁊ extra. i. abſcondita ⁊ aperta debet limpide conſiderare ⁊ ipā diſcrete videre: meditari: pꝛecognoſcere ⁊ ſentire: vt ſic ſimus ſicut argus. qui ex om̄i parte capitis oculos habens quicq̄d circa ſe fiebat totuꝫ videbat: quia ſcꝫ totum caput mentis noſtre debet eſſe plenuꝫ oculis diſcrete intelligētie ⁊ conſideratōis: vt quicq̄ erga nos agatur: ſiue in mūdo: ſiue in celo: ſiue in inferno. ſ. q̄ꝫtū ad illa que ſunt neceſſaria ad ſalutem. poſſimus intelligere ⁊ diſcretiſſime pꝛouidere. Unde Pꝛouerb. xvij. Expectatio pꝛeſtolantis quocūꝫ ſe vertit pꝛudenter intelliget. Ut ſic dicat cuilibet illđ Job. xiij. Ecce om̄ia audiuit auris mea: et intellexi ſingula. Poſſumus ergo exponere illud Eccli. xviij. Senſati in verbis ipſi ſapienter egerūt: et ipſi intellexerūt veritatem ⁊ iuſticiam: ⁊ imploꝛauerūt pꝛouerbia et iudicia. In q̄bus verbis oſtendit̃ ꝙ nos debemus intelligere et pꝛouidere ⁊ cognoſcere quatuoꝛ. ſcilicet quid

Dicendū. Ueritatem inquit.
Agendum. Juſticiam inquit.
Sciendū. Pꝛouerbia inquit.
Timendum. Judicia inquit.

Iſta eñ ē vera intelligētia qñ ſcꝫ homo ſcit ⁊ intelligit

Loqui veritatem.
Facere equitatem.
Inq̄rere pꝛofunditatem.
Meruere auctoꝛitatem.

Pꝛimo ergo dico. ꝙ nos debemus intelligere illa que ſunt loquenda ſeu dicenda. ſcꝫ veritatem. Intellexerūt inquit veritatem. Fatuū eñ eſt loqui niſi veritas ſciat̃ Et ideo pꝛimo ſapiens debet veritatem ſcire aut intelligere anteq̄ꝫ audiat aliq̄d loqui aut dicere. Unde dicit̃ Sapie. iij. Qui confidūt in dño intelligēt ve-

ritatē. Vñ dauid petit. Juxta eloquiū tuū da mihi intellectum. Qḋ eſt contra multos q̄ de reb⁹ ſe intromittūt anteꝙ̄ intelligāt veritatē eorum que dicūt. De q̄bus dicit apoſtolus. j. Tymoth. j. Volētes inquit eſſe legis doctores nō intelligētes neqꝫ que loquūtur neqꝫ de q̄bus affirmant.

Scḋo dico ꝙ nos debem⁹ intelligere illa q̄ ſcꝫ ſūt agēda: qḋ notatur in verbo. Juſticiā. Juſticia eñ eſt in agendis: ſicut veritas in dicendis. Juſticia eñ eſt intellect⁹ bonus oībus faciētibus eam. Homo eñ nō poteſt facere iuſticiam nec de ſe: nec de proximo: niſi intelligat qḋ iuſtum eſt. Et ideo dicit dñs in pſ. Et nunc reges intelligite ⁊c. q̄a procerto beati q̄ cuſtodiūt iudiciū ⁊ faciūt iuſticiā in omni tēpore. Tercio intelligēda ſunt illa q̄ ſunt ſciēda: ſcꝫ prouerbia. Per ꝓuerbia eñ que ſunt verba abſcondita et occulta: poſſunt intelligi oīa illa occulta q̄ pertinent ad futuram vitā. Quicq̄d eñ nobis dicit̄ de illa futura vita i ſcripturis: totū nobis dicit̄ in prouerbijs ⁊ figuris. Unde de xp̄o dicit̄ Marci. iiij. Et ſine parabolis nihil loquebat̄ Talia eñ prouerbia. i. talia occulta. ſine intelligētia ⁊ prouidētia nō cognoſcūtur nec perſcrutatur. Et propter hoc pſ. dicebat dño. Da mihi intellectū et ſcrutabor mandata tua. Vñ de daniele dicit̄ Dañ. j. Et deus dedit ſibi intelligētiam omniū viſionū ⁊ ſomnioꝝ. Jlla eñ que ſunt futura poſt mortem: ſunt q̄dam prouerbia: q̄dam abſcōdita et occulta. Sūt etiam q̄dam viſiones ⁊ ſomnia: qꝛ ſcꝫ iſta ꝙ̄uis inter ſe habeant exiſtētie certitudinē q̄tum ad nos: tñ nō habēt niſi quandā ſomnialē ſimilitudinem: qꝛ p fidem ambulamus ⁊ nō per ſpeciē ſm apoſtolū: vicꝫ inq̄tum nunc videmus p ſpeculū in enigmate. j. Cor. xiij. Vñ de talib⁹ prouerbijs ſic incognitis ⁊ occultis pōt dici illud Eccleſiaſtici. xxxix. Occulta ꝓuerbioꝝ exq̄ret ſapiens. Quarto dico ꝙ intelligēda ſunt illa q̄ ſunt timēda. Et iſta ſunt dei iudicia. Judicia inq̄t. Sicut eñ iudicia regum ⁊ impatoꝝ q̄ ſunt terribilia iuſta ⁊ rōnabilia: ꝓfundi⁹ a ſubditis meditātur: ⁊ in eoꝝ cordibus terribilius imprimūtur. Sic q̄a iudicia diuina abyſſus multa: aſpera ⁊ terribilia ſunt ⁊ ſeuera. ideo a nob̄ intelligēda ſūt ⁊ timenda. Judicia eñ dei niſi ſbtilit̄ itelligāt̄: q̄nqꝫ iniuſta eē videt̄ qꝛ. ſ. q̄tū ad mōm videt̄ hīe vnā cauſā apparētē: ⁊ habēt vnā aliā q̄tū ad deum latentē. Sicut eñ malogranata rōne exterioris cortic̄ videtur eſſe valde dura: ⁊ tñ ſunt interius valde mollia ⁊ tenera. Sic ꝟo iudicia dei exterius q̄tum ad cauſas ſecūdarias nobis apparētes videtur eſſe q̄nqꝫ plena crudelitate ⁊ iniuſticia. cum tñ plena ſint q̄tum ad dei ordinatōem interius tenera pietate ſeu clemētia. Vñ dicit Hieroñ. Et oīa prouidētia dei agūtur. ⁊ qḋ credit eſſe penam medicina eſt. De dei eñ iudicijs nō videmus niſi corticē: ⁊ ꝓpter hoc neceſſe ē in ipis intelligere eſſe diuine iuſticie ⁊ ordinationis medullā: ſicut p multa exēpla poſſemus oſtēdere ⁊ ꝓbare. Jntelligēda ſunt ergo ⁊ timēda: qꝛ ſcꝫ occulta ſūt terribilia ⁊ profunda: qꝛ ſicut dicit̄ Roma. xj. Incōprehēſibilia ſunt iudicia eius: ⁊ inueſtigabiles vie eius. Sed nota ꝙ ſicut aīalia groſſa ⁊ pōderoſa parū habent de ſbtilitate intellectus: qꝛ ſcꝫ nec ſūt ſbtilia nec ingenioſa: ſicut patet de Ceruis. Thauris ⁊ Mulis. Aīalia ꝟo parua valde ſunt ingenioſa ⁊ aſtuta: ⁊ intellectuali prudētie ꝓpinqua. ſicut pꝫ de Apibus. Araneis ⁊ Formicis. Sic ꝟo chariſſimi: aliq̄ ſunt magni ⁊ groſſi p tpalem ꝓſperitatē. ſ. diuites ⁊ potētes: q̄ etiam ſunt vt cōmuniter in intelligētia ſpirituali imbecilles. De q̄bus dicit in pſ. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus q̄bus nō eſt intellectus. Jlli ꝟo qui p hūilitatem ſūt paruuli: ſunt vt cōiter ſpūali intelligētia plus dotati. vñ Prouerb. viij. Jntelligite puuli aſtuciā: ⁊ inſipientes aīaduertite. audite me qm̄ de rebus magnis locuta ſū Sumus ḡ intelligētes: qꝛ ſicut dr̄ Prouerb. xiiij. Acceptus eſt regi miniſter intelligēs: ⁊ popul⁹ nō intelligēs vapulabit. Et ſic pꝫ quō intelligēda ſūt predicta quatuor. ſ. illa q̄ ſunt agēda. Jlla q̄ ſūt dicēda. Jlla q̄ ſunt ſciēda. Et illa q̄ ſunt timēda. Et adhuc ſi volum⁹ poſſumus notare ꝙ nos debemus intelligere q̄nqꝫ neceſſaria ad ſalutem. Jntelligere enim debemus.

Noſtroꝝ proximoꝝ neceſſitatē.
Noſtroꝝ pctōꝝ peruerſitatē.
Bonoꝝ futuroꝝ felicitatem.
Mortis ⁊ tormētoꝝ acerbitatem.
Hominū dānatorū penalitatem.

Jntelligam⁹ ḡ neceſſitates nroꝝ proximoꝝ p noſmetipſos: vt ex nrīs ꝓprijs paſſionib⁹ poſſimus intelligere ⁊ miſerias proximoꝝ. Juxta illud Ecci. xxxj. Jntellige ex teipo q̄ ſūt proximi tui. Et ideo de ſtrutiōe dicit̄ Job. xxxix. Et ipa ꝓpria oua ſua obliuiſcit̄ in ſabulo. ignorās vbi poſuerit ea. eo ꝙ priuauit eā dñs ſapia: nec dedit ei dñs intelligētiam: qꝛ qui ſcꝫ ꝓpria oua. i. proximos ⁊ parētes negligūt: ⁊ in neceſſitatibus obliuiſcūtur: ſine intelligētia eſſe dicūtur. Mathei. xv. Adhuc ⁊ vos ſine intellectu eſtis. Et ꝓpter hoc dr̄ in pſ. Et beatus q̄ intelligit ſup egenū ⁊ pauperē: i die mala liberabit eum dñs. Jtē intelligam⁹ peruerſitatē pctōrū noſtroꝝ. Et ſic intelligere idē eſt qḋ int⁹ legere: qꝛ ſcꝫ intus in pſcia debemus legere facta nr̄a: ⁊ ipa intelligere et videre. Vñ in pſ. Jntelligite inſipientes in populo: ⁊ ſtulti liqñ ſapite. Jtē intelligam⁹ felicitatē eternoꝝ bonoꝝ. De quo Eſa. lij. Ecce intelliget ſeru⁹ meus: eleuabit̄ ⁊ ſublimis erit valde. Jtē intelligam⁹ ꝓpinq̄tatem mortis ⁊ futuroꝝ. Sicut eñ intellectus ⁊ intētio nautarū principaliter fertur in portū vbi debent applicare: ſic ꝟo totus intellectus nr̄ debet ferri ad ꝓuidēdū ⁊ cogitādū ſtatuꝫ in q̄ poſt mortē habem⁹ pſeuerare. vñ Deut. xxxij. Utinā ſaperēt ⁊ intelligerēt ac nouiſſima ꝓuiderēt. Jtem intelligamus penalitatē hoīm damnatoꝝ. vñ Dauid loquēs de talium dānatione ꝓſperitate ⁊ pſolatōe dicit. Et ſine cauſa iuſtificauerat. ſ. dānatus cor ſuū donec intraret in ſctuarium dei ⁊ intelligeret in nouiſſimis eoꝝ. Et ſic ſi fuerim⁹ taliter intelligētes: poterimus hr̄e donū ſapie et intellectus. et req̄ſcet ſup nos ſpūſſanctus. ſicut dr̄ Eſa. xj. Aduerte tamē: ꝙ tria ſunt que vex impediūt intellectum. ſcilicet

Mūdi proſperitas ⁊ pſolatio.
Mētis obſcuritas ⁊ obfuſcatio.
Cordis fatuitas ⁊ obſtinatio.

Verū eñ nequeūt intelligere illi q̄ ſūt impinguati mūdana ꝓſperitate. Jſti ſunt ſiles porcis q̄ q̄nqꝫ fiūt ceci ꝓpter nimiam pinguedinē. vñ in pſ. Hō cum in honore eſſet nō intellexit: compatus ē iumentis inſipiētibus ⁊ ſilis factus ē illis. Jtem illi qui ſunt obfuſcati mentis obſcuritate. Homo q̄nqꝫ per diuturnam obſcuritatē perdit viſum: ſic homo per ignorantiam intellectum. Vñ in Pſal. Neſcierunt neqꝫ intellexerūt: in tenebris ambulant. Jtē illi qui ſunt obſtinati cordis fatuitate. vñ in Pſal. Vir inſipiens nō cognoſcit: ⁊ ſtultus nō intelliget hec. Jſta ergo de intellectu ſufficiant. Vide infra de Sapia: ⁊ in diuerſis ptibus hui⁹ libri. ſicut infra in tabula poteris inuenire.

**Intendere.** Nota ꝙ intēdere q̄nqꝫ idem eſt quod aliq̄d ad certum finem ſeu ad certuꝫ q̄d ordinare ⁊ diſponere: ⁊ exinde prouenit ⁊ diriuatur nomē intentōis. que ſcꝫ dat operibus meritū ſeu culpam. ⁊ iſta dicitur q̄nqꝫ affectus: q̄doqꝫ volūtas: q̄nqꝫ animus. Et de iſta loquitur apoſtol⁹ Hebreo. iiij. Cogitationū inquit ⁊ intentionū cordis. Et de hac dicit Gregorius in moralib⁹. Et ſicut fabrica colūnis: colūne ꝟo innitūtur fundamento: ita ꝟtutibus innitit̄ vita: ꝟtutes aūt in intētione ſolidāt̄. Jſta ḡ dr̄ oculus: dr̄ angul⁹: dr̄ titulus.

Oculus dico qꝛ corporis eſt lux ⁊ ſpecula.
Angulus aūt qui parietis eſt lex ⁊ regula.
Titulus etiā qui opis eſt laus ⁊ notula.
Eſt igitur intentio.
Oculus ſpeculās vt anim⁹ a fraude tueat̄
Angul⁹ regulās vt qḋ agit in recto teneat̄
Titul⁹ gratulās vt meritū debitū habeat̄.
Intentio eñ eſt oculus opus illuminās.
Eſt angulus opus conterminans.
Eſt titulus opus denominans.

Primo ergo dico ꝙ intentio eſt oculus opus illuminās. Sicut eñ ocul⁹ illuminat corpus: ſic intētio opus. Et ſicut oculus eſt pars corporis pcioſior: ſic intentio eſt pars excellētior. Et ſicut oculo ſano totū corpus bene regitur: infirmo ꝟo vel obſcuro male gubernat̄ aut dirigitur. ſic ſi intentio ſana fuerit: toti⁹ opis corp⁹ ⁊ pgeries ſanū erit. Si ꝟo p maliciā infirma fuerit vel obſcura: totius opis cōditio erit vituperabilis ⁊ caſura. None ſi porcus ſanus fuerit vel infirmus: cognoſcit̄ in oculo vel in lingua. qꝛ reuera nullius operis corpus ſanū dicit̄ vbi intentionis oculus infirmat̄ Unde Math. vj. dicitur. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuū lucidū erit. Si autē oculus tu⁹ nequā fuerit: totum corpus tuū tenebroſum erit. Super q̄ dicit

Bernardus. ꝙ duo ſūt neceſſaria ad hoc ꝙ oculus intentionis ſit vere ſimplex. ſ. charitas in affectione: ꝛ veritas in locutōe. Et ſi vis dilatare vide infra de Oculo. Scđo dico ꝙ intētio eſt angul⁹ opus ꝯterminās ſeu ordinās. q: ſcꝫ ſicut ꝑ angulū totus paries regulat̄ ꝛ ordinat̄. ſic totū opus ſm̄ intētōem format̄. Et ideo ſicut angul⁹ de quadratis lapidib⁹ ſolet fieri: ſic intētio ſolet q̄dratura q̄ttuor virtutū cardinaliū inſigniri. Intētio em̄ lapis ē angularis: quo ſtante edificium ſtat: ꝛ deficiēte ruit. Eſa. xxviij. Ecce ego mittā in fundamētis ſyon lapidē ꝑcioſū. ꝓbatū. angularē. Tercio vͦ dico. ꝙ intētio eſt titulus opus denominās q̄tum ad q̄litatē. i. an bonū ſit an malū. Et id q̄dē aliter ſit a deo. alter ab hoīe. Deus em̄ opus ab intētione denominat. ꝛ ſm̄ ꝙ intētio bona vel mala fuerit: opus qđ exterius apparet bonū vel malū iudicabit. Hō vͦ ab opere intētionē denominat: q: ſm̄ operū qualitatem: iudicat animi volūtatem. Vñ Bernar. ſuꝑ Cant. dicit. Or apud homines cor ex verbis. apud deum vero verba ex corde penſantur. Et breuiter notare poſſum. ꝙ intentio

Debet eſſe ſancta.
Debet eſſe recta.
Debet eſſe tecta

Sancta dico quo ad deū: vt ſemper ad deū dirigat̄. Exēplo floris ſolſequij q̄ ſemꝑ dirigit faciē ad ſolē. Recta etiā quo ad proximū: vt nunq̄ a iuſticia torqueat̄ ſeu moueat̄. Exēplo lingue ſtatere: q̄ ſemꝑ eſt recta ſi pōdera ſint iuſta ꝛ equalia: al's ſemꝑ inclinat ſe ad partē vbi ē maius pondus. ſic intētio ꝛ volūtas ad illū cuius iuſticia magis ponderat. Tecta inſuꝑ quo ad ſeipām ne interior ſanctitas ab obtutib⁹ hominū videat̄. Math. v. Attēdite ne iuſticiā vr̄am faciat̄ corā hoībus vt videamini ab eis. Iuſti em̄ ꝛ prudētes etiā in agilibus intētionē ſuaꝫ ſolent tegere: ꝛ qđ intendūt aut cogitāt paucis ꝛ fidelib⁹ reuelare Ecci. viij. Nō om̄i homini cor tuū manifeſtes ꝛc. Que tamen oīa ſunt contra multos qui ſcꝫ habent intentōnem

Nō Sanctā imo corruptā
Nō Rectā imo diſtortā.
Nō Tectā imo detectā.

Corruptā habet quo ad deuꝫ: hereticus ꝑ hereſim idolatriā. Diſtortā habet quo ad proximū malicioſus ꝑ malignitatē ꝛ fraudulētiā. Detectā habet quo ad ſeipm̄ vanigloꝛi⁹ ꝑ oſtētatōem ꝛ iactantiā. Eſt aūt mala intentio ſicut venenū latens in aſpide vel bufone: qđ q̄n exterius in aliquē euomit̄: tota eius virtus ꝛ ſanitas deturpat̄ ꝛc. Multa de intētiōe tā bona q̄ mala. Vide vbi. Cor. Mens. Fraus. Oculus. Radix. ꝛ ſimilia. Sed adhuc dico. ꝙ intēdere ſumit̄ pro intelligere. aſpicere. intēdere vel vacare. Sed q: factum eſt ſatis de attendere: ideo breuiter ꝑtranſibo. Nota ergo ꝙ in ſcriptura reperit̄ vnū intendere Miſeratiuū. Speculatiuū. Eruditiuū. Admiratiuū. Maculatiuū. Intēdere miſeratiuū eſt illud q̄ deus ꝛ dei miſcđia intēdūt in hoīem. ſcꝫ

Vt ipm̄ eruāt ſuccūbentē.
Vt ipm̄ dirigant litigantem.
Vt ipm̄ ꝓtegant ꝓpugnantē.
Vt ipm̄ audiant ſupplicantē.
Vt ipm̄ puniant delinquētes.
Vt ipm̄ p̄miant ꝓmerentē.

Intendit em̄ deus in homines vt benigniter eruat ſuccūbentes. pš. Intende anime mee ꝛ libera eā: ꝓpter inimicos meos eripe me. Vt iudicio dirigat cōtēdentes. pš. Exurge ꝛ intende iudicio meo deus me⁹ ꝛ dominus me⁹ in cauſam meā. Vt adiuuādo ꝓtegat vim timentes. pš. Deus in adiutoriū meū intende: dn̄e ad adiuuandū me feſtina. Vt iuſtos audiat ſupplicantes. pš. Intende voci deꝑcationis mee rex meus ꝛ de⁹ meus. Et alibi. Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee. Vt malos puniat delinquentes. Pſal'. Intende ad viſitandas om̄es gentes: non miſerearis om̄ibus q̄ operātur iniq̄tatem. Vt beatos foueat ſeu muniat triūphantes Pſal'. Specie tua ꝛ pulcritudine tua: intende proſpere ꝓcede ꝛ regna. Patet ergo ꝙ eſt vnū intendere miſeratiuū.

Item eſt vnum intendere ſpeculatiuū. Et iſtud eſt quo homo intendit ad legis diuine mandata ꝛ iudicia cognoſcenda. Iuxta illud. j. Macha. ij. Intēdite in preceptū legis. Et ad celeſtia videnda ꝛ contēplanda. Exemplo Stephani de quo dicit̄ Actuū. vij. Or intendēs in celum vidit gloriam dei. Item eſt vnū intēdere eruditiuū. Et iſtud eſt illud quo hō intēdit ad audiēdum ꝛ intelligēdum vtilia documēta. Sicut de illis dicit̄ Actuū. viij. Intēdebant autē turbe his que a philippo dicebātur audiētes eū vnanimiter. Item eſt vnū intēdere admiratiuū. Et iſtud eſt q̄n homo intēdit ꝛ cogitat in oꝑa mirabilia creatoris. Sicut Luce. iiij. dr. Or omniū oculi in ſynagoga erāt intēdentes in ieſum. Sequitur. Et mirabātur. Itē eſt vnū intendere maculatiuū. Et iſtud eſt quo pctōres intēdūt in ſuas malicias ꝛ peccata. Quia ſicut dr̄ Gen̄. vj. Cogitatio cordis humani intēta eſt ad malum om̄i tꝑe. Quidā em̄ intēdūt in luxuriam: q̄ maculat tactū. contra illud Prouer. v. Ne intēdetis fallacie mulieris ꝛc. Quidam in errores qui maculant intellectum. j. Tymoth. iiij. In nouiſſimis temporibus diſcedēt quidem a fide intendentes ſpiritibus erroris. Quidam in vana verba que maculant auditum. cōtra illud Tytum. j. Non iudaicis fabulis intēdētes. Et ſic ptꝫ quō intēdere in bono ſumit̄ ꝛ in malo.

# Inter

Nota ꝙ iſtud vocabuluꝫ inter eſt ꝑpoſitio ſeruiēs caſui accuſatiuo. Et eſt talis ſigti: ꝙ ſemꝑ videtur innuere pluralitatē: ſocietatē: medietatē. Et ideo iſtud vocabulum inter: poteſt ſignificare in bono ꝛ in malo. Primo ergo dico: ꝙ inter in bono ſignat om̄es illos q̄ inter aliq̄s diſcordias contrarias et interponūt partes ſuas. Et ſic ſignificat

Sanctos interceſſores.
Bonos mediatores.
Bonos frequentatores.
Bonos moderatores.

Boni ergo interceſſores ſunt illi q̄ ſuis interceſſionibus ꝛ orōnibus ſe ponūt intermedios inter deū ꝛ populū: cuiuſmōi debent eſſe prelati: q̄ ꝓprie poſſunt dicē illud Ezech. viij

Et ſic dico ꝙ ꝑ inter pn̄t intelligi

Erga deū mūdi negocia ꝓcurantes.
Diſcordiū facta diuortia federantes.
Perfectoꝝ digna ꝯſortia frequētātes.
In ſeipis oꝑa ꝓpria moderantes.

Eleuauit me ſpūs inter celum ꝛ terram: ꝛ adduxit in hieruſalem. Vbi aduerte ꝙ prelatus debet habere canonicaꝫ ꝓmotionē. q: ſcꝫ ſpūs debet ipm̄ leuare. i. ꝓmouere. Dignificam erectōem. q: ſcꝫ ipſe poſitus eſt inter celum ꝛ terram. i. inter deum ꝛ populum. clerum ꝛ ſeculū. virum ꝛ ꝓximū ſuū. Rectificam cōcluſionem: quia ſic ſe debet regere: vt finaliter adducatur in hieruſalē. Iſti igitur debēt eſſe boni interceſſores Nūeri. xvij. Stans aaron inter mortuos ꝛ viuētes in populo deprecatus eſt: ꝛ plaga ceſſauit. Iſta etiam poſſunt dici de bonis principū ꝛ prelatorū familiaribus: qui ſcꝫ inter ipos ꝛ populū ſunt intermedij. q: ſcꝫ iſti pro pauperibus ſubdit̄ debent intercedere: dn̄oruꝫ rapinam ꝛ iracundiam moderari. Ezech. xxij. Queſiui de eis virum qui interponeret ſepem. Secūdo dico ꝙ iſta ꝑpoſitio inter ſignat bonos mediatores. alios ſcꝫ qui inter diſcordes interponūt benigniter partes ſuas vt ipos recōcilient ꝛ cōcordent. Tales em̄ ſunt ſicut ſolidatura q̄ conīūgit ꝛ ligat diuerſa metalla quādo ponitur inter illa. Sūt etiam ſicut cemētuꝫ mediāte quo diuerſi parietes in teſtudine vniūtur. Iſti em̄ ſunt ſicut lylium inter ſpinas Cant. ij. quia ſcꝫ ſpine que ſunt pungitiue ꝛ ſicce. i. viri inimici diſcordes ꝛ inuicem pungitiui ꝛ nociui. (Prouerb. xiij. Inter ſuꝑbos ſemper iurgia ſunt) nunq̄ poſſunt cōcorditer vniri niſi aliquo lylio mediāte. i. aliqua perſona molli dulci: beniuola ꝛ benigna. Ideo diſcipulis ꝛ apoſtolis fuit dictū Luc. x. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. et Math. x. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio lupoꝝ eſtote g̊ prudētes ſicut ſerpētes ꝛ ſimplices ſicut columbe

Vbi nota ꝙ talis mediator debet habere

Benignā locutōem.
Perfectā diſcretiōem.
Sinceram intentōem.

Talis em̄ debet eſſe ſicut agnus benigniſſim⁹. Sicut ſerpens prudentiſſimus. Sicut columba ſimpliciſſimus. Quia debet eſſe Agnus benigniter allegādo Serpens pericula ꝑcauendo. Colūba ſimpliciter intēdendo. Applica ſi vis ꝛ dilata de cōditionibus Agni. Serpentis. Columbe. Inter ergo ſignat bonos mediatores. i. pacis ꝛ concordie inter alios compoſitores. Iſtud eſt em̄ quod partes debent velle: ꝛ hincinde querere dicētes ſcꝫ illud Gen̄. xiij. Ne queſo ſit iurgium inter me ꝛ te: frēs em̄ ſumus. Vide eam ſuperius vbi frater. Iſtud debet mediator procurare ꝛ ꝑcipere dicendo ſcꝫ illud Marci. ix. Habete in vobis ſal: ꝛ paceꝫ habete inter vos. Iſtud ſolet ipſe deus in ſcriptura ordinare ꝛ iniūgere. quia ſcꝫ orta queſtione inter apoſtolos quis eorum eſſet maior. Chriſt⁹ le

gitur dixiſſe. Quicūqꝫ voluerit inter vos maioꝛ fieri: mini,
ſter veſter erit. Math. xx. Signat ergo inter bonos media
toꝛes. Tercio dico ꝙ iſtud vocabulum inter: ſignat bo,
nos ſociatoꝛes: vel bone ſocietatis ſectatoꝛes ⁊ frequenta
toꝛes. Auis enī nō vult eſſe ſola: imo inter alias viuere de
lectat̄. ⁊ canis etiam nequaqꝫ viueret niſi inter hoies, ha,
bitaret. Sic ꝟe bonus hō vt cōmunit̄ nō vult eſſe ſolitariꝰ
nec a bonoꝛū ſocietatibꝰ alienus: q2 ſm Senecam. Oīa
mala docuit ſolitudo. imo certe inter bonos ſꝑ vult eē ſoci
us: medius ⁊ vicinus. Unde de bonis dicit̄ Sapie. v. Cō,
putati ſunt inter filios dei: ⁊ inter ſanctos ſoꝛs illoꝛū eſt.
Multū enī proficit eſſe inter bonos. Medium enī partici
pat naturam extremoꝝ. Unā ex ſocietate bonoꝝ foꝛtificat̄
debilitas infirmoꝝ. Ouis enī que ſola a tonitruo occidit̄:
ſi fuerit inter alias a tonitruo nō turbat̄. Bos etiam q̇ in
ter alias boues eſt a lupo nō tangitur: ſi ſolus inuētus fue
rit: nequaqꝫ liberat̄. Quia breuiter melius eſt eſſe inter ali
os bonos q̄ ſolum aut ſingularē. Sepe enī homo dum ſo
lus eſt ꝑ diuerſas tentationes a dyabolo inuadit̄. qui ſi in
ter alios fuerit: inuadi ab eo foꝛmidat̄. Nota ergo ꝙ nos
debemus eſſe inter alios. Sicut elemoſynariꝰ inter paupe
res vt propꝛia diſtribuamus. Sicut doctoꝛ inter ſcolares:
vt vtilia doceamus. Sicut lucerna inter cōuiuantes: vt ꝑ
bona exempla luceamus. Sicut iudex inter hoies: vt coꝝ
merita diſtinguamꝰ. Sicut aduocati in iudicio: vt ꝓ alijs
intercedamꝰ. Sicut prudētes in cōſilio: vt vtilia reſpicia,
mus. Sicut monachi in cenobio: vt maioꝛibus obediamꝰ
Sicut amici in cōuiuio: vt adinuicem cōgaudeamꝰ. Di
co ergo ꝙ nos debemus eſſe inter alios vt noſtroꝝ diſtri,
butoꝛes. Unde Prouerbioꝝ. xvij. Seruꝰ ſapiens dn̄abit̄
filijs ſtulti ⁊ inter fratres hereditatē diuidet. ps. Inter me
diū mōtium pertrāſibūt: aque potabūt oēs beſtie agri.
Itē ſimus inter alios vt ipoꝝ infoꝛmatoꝛes. Unde de
ſacerdotibꝰ dicit̄ Ezech. xliiij. Populū meū ducebūt quid
ſit inter ſanctū ⁊ pollutū: ⁊ inter mūdum ⁊ immūdū oſtē,
dēt eis. j. Coꝝ. ij. Sapiam loq̄mur inter ꝑfectos. Figurati
Ezech. x. In illis rotis que erāt inter cherubin: q̄ interpꝛe
tātur plenitudo ſciētie. Et in dauid ſapiētiſſimo inter tres
ij. Regū. xxiij. Itē ſimus inter alios vt ipſoꝝ illuſtratoꝛes
vt ſimus illi de q̄bus apoſtolꝰ Phyl. ij. dicit. In medio in
quit nationis praue atqꝫ ꝑuerſe inter quos lucetis tāqꝫ lu
minaria. Itē ſimus inter alios vt ipoꝛum p̄cognitoꝛes. vn̄
Malach. iij. Uidebitis q̄d ſit inter iuſtū ⁊ impiū: ⁊ inter
ſeruiētem deo ⁊ nō ſeruiētem. Itē ſimus inter alios vt ad
uocati vel interceſſoꝛes Ioelis. ij. Inter veſtibulū ⁊ alta,
re ploꝛabūt ſacerdotes miniſtri dei dicētes: parce dn̄e par
ce populo tuo. Itē ſimus inter alios vt conſilij ꝑſcrutato
res. Iob. xxxiiij. Iudiciū eligamus nobis: ⁊ inter nos vide
amus q̄d ſit meliꝰ. Itē ſimus inter alios vt obediētes ſer,
uitoꝛes. j. Macha. viij. Oēs obediūt vni. ⁊ zelus ⁊ inui,
dia nō eſt inter eos. Itē ſimus inter alios vt cōuiuātes et
alter alterius dilectoꝛes. Iſtud autē potiſſime fiet in para,
diſo: q̄ñ inter ſanctos ⁊ angelos fruemur gloꝛia ſempiter,
na. Et ꝓcerto ibi eſt verū. i. vera ⁊ eterna ſocietas. quia ſcꝫ
ibi eſt chara dilectio. dulcis fruitio. digna ꝓmotio. De dile
ctione dicit̄ Cant. j. vbi xp̄s loquēs beato paulo dicit. Bo
trus cypꝛi dilectus meꝰ mihi: inter vbera mea cōmoꝛabit̄.
De fruitōe poteſt dicere q̄libet beatus illud. ij. Regꝫ. xix
Poſuiſti me ſeruū tuū inter cōuiuas mēſe tue. De ꝓmo,
tione ꝟo poteſt dici de ipīs beatis illḋ Sapie. v. Ecce quō
computati inter filios dei: ⁊ inter ſanctos ſoꝛs illoꝝ eſt. Et
ſic ergo patet quō inter: ſignat malos ſociatoꝛes. Quar
to ꝟo dico ꝙ in bono ſignificato inter: ſignat bonos mode
ratoꝛes: hoc eſt dictu illos q̇ ſciūt eſſe: inter. i. q̇ ſciūt tenere
mediū in factis ⁊ negocijs ſuis: et qui extrema relinquūt:
mediūqꝫ virtutis ſectātur. Figurati in illo angelo. j. Para
lypo. xxj. vbi dicit̄. Ꝛ dauid vidit angelum ſtantem inter
celum ⁊ terram. De Ezechiel etiā dicit̄ Ezech. viij. Ꝛ ſpi
ritus eleuauit eum inter celū ⁊ terram. ⁊ adduxit in hieru
ſalē in viſione dei. In quo notat̄ ꝙ viri angelici ⁊ ꝓpheti,
ci media ⁊ nō extrema deſiderāt: ⁊ ꝙ neqꝫ celum. i. nimis
altos ſtatus: neqꝫ terram. i. nimis baſſos ⁊ depꝛeſſos que,
rūt ⁊ affectāt. ſꝫ inter celum ⁊ terram. i. mediocritatē ſtatu,
um vendicāt ⁊ procurāt. Et ſic ad hieruſalē celeſtēꝫ addu

ci merētur. vbi viſione diuina perhēniter ꝑfruūtur. Con,
ſtat enī ꝙ illos q̇ nimis alte volūt aſcēdere: ſepe contingit
cadere ⁊ errare. Exemplo ycari filij dedali: qui q2 nimis al
te volauit: cera plumarū ſuaꝝ liquefacta fuit ⁊ cecidit: ma
le enī tenuerat iuſſa patris q̇ dixerat. Inter vtrūqꝫ vola.
Unde ſuꝑbis ⁊ alta querētibus: dicit̄ Abḋ. j. Si inter ſyde
ra poſueris nidum tuū: inde detraham te dicit dn̄s. Ideo
verſus magiſtrales dicūt ſic. Ycari nati mēoꝛes eſtote pa,
rati. Iuſſa paterna pati mediū tenuere beati. Uide infra
de Medio Treno. j. Facta eſt hieruſalē quaſi polluta mē
ſtruis inter eos. Inter malos enī non poteſt aliq̄s profice
re. Quia ſicut dicitur Math. xiij. Semen quod cecidit in,
ter ſpinam non potuit fructificare. Et tamen proculdubio
multi ſunt qui magis volūt maloꝛum q̄ bonoꝛum conſoꝛ,
tia frequentare. Et ſic igitur patet quomodo nos debe,
mus inter homines cōuerſari. ſcilicet ad Intercedendum
Ad conciliādum. Ad aſſociādum. Ad moderādum. Et
nota ꝙ oīa iſta poſſunt dici de xp̄o. Ip̄e enī ſemꝑ voluit
eſſe intermedius. vt exoꝛatoꝛ paterne maieſtatis: vt recoꝛ,
datoꝛ oīs diuerſitatis. vt frequētatoꝛ bone ſocietatis. vt
defenſatoꝛ noſtre fragilitatis. vt erogatoꝛ magne benignita
tis. vt infoꝛmatoꝛ magne ſagacitatis ⁊c̄. ſicut ſupꝛa. Oīa
poteſt cōcoꝛdare de inter: ſicut ſupꝛa. Et ſic pꝫ ꝙ inter po
teſt accipi in bono. Deniqꝫ dico ꝙ inter pōt accipi i ma
lo. Et ſignat malas interceſſiones. malas mediatiōes. ma,
las ſociationes. triſtes habitatōes. Iſta enī quatuoꝛ ſunt
quedam mala intermedia. Hallini enī ſunt mali interceſ,
ſoꝛes. Iſti enī ſunt intermedij inter populum ⁊ pꝛincipes
ſed iſtud nō eſt ad intercedēdum pꝛo ipīs: ſꝫ contra ipſos.
Iſti enī non ceſſant ſubditos cum ſuis nugis accuſare: et
contra ipſos maliciaꝫ machinare. Unde talibus poteſt di
ci ꝙ ipſi occidunt Zachariam filium Barachie inter tem,
plum ⁊ altare. Sicut dicitur Mathei. xxiij. Et tales figurā
tur Iob. j. in ſathan. qui cum eſſet inter filios dei impetra
uit a domino vt Iob affligeret innocentem. quia ſcꝫ tales
inter filios dei. i. inter bonos ⁊ ſimplices cōuerſantur ⁊ ha
bitant. et nihil aliud intendunt: niſi ꝙ a ſuperioꝛibus ſuis
impetrare valeant quomodo innocentes depauperent et
affligant. Item mali mediatoꝛes ſunt detractoꝛes et re,
latoꝛes verboꝛū. qui ſcꝫ non querūt inter homies concoꝛ,
diam generare: ſed rancoꝛem ⁊ odium ſeminare. Unde ta
les ſunt de illis generibus hominū qui a deo pꝛincipaliter
odiūtur. Sicut dicitur Prouerbio. vj. Inter quos ponū,
tur proferentes mendacia. teſtes fallaces. ⁊ illi qui ſemi,
nant inter fratres diſcoꝛdias. Mali ſociatoꝛes ſunt homi
Dico primo. ꝙ iordanis ſignat ſtatũ p̄ſentis ꝓſperitatis.Nã ſicut iordanis plus abundat in eſtate q̃ in hyeme.⁊ hoc propt̃ niuiũ reſolutõem.ſicut et poſtq̃ diutius fluxerit. Finalit̃ aque dulces ipſius a mari mortuo abſorbent̃.ita ꝙ iordanis ad marẽ mortuũ terminat̃.ſicut dicit Iſiđ.Sic ꝟe mũdana ꝓſperitas tantũ abũdat in eſtate vite p̄ſentis.⁊ non in hyeme mortis vel vite future vel ſequẽtis.Dulcedo eñ aqnaꝝ ſuaꝝ ⁊ bonoꝝ tẽporaliũ:a mari mortuo.i.a mortis amaritudine finaliter abſorbet̃.ita ꝙ fluxus ⁊ fluctus ipſi⁹ in iſto mari ſiſtit̃.⁊ ibidem finaliter terminat̃ ⁊ arreſtatur. Mors em̃ eſt finis omniũ delectabiliũ hui⁹ mũdi.⁊ nihil eſt in p̄ſenti tamdulce q̃n in morte finaliter fiat amarum. Et ideo de iſto iordane põt dici illud.pſ̃. Jordanis cõuerſus eſt retrorſum.Et figuratũ eſt Joſue.iij.vbi dr̃.ꝙ aque inferiores iordanis deſcẽderũt ad mare ſolitudinis quod nũc vocatur mortuũ.Aque em̃ inferiores ſunt mũdi delitie:que in iordane mũdane ꝓſperitatis:hic tãtũmodo inueniũtur.que ꝓcerto finaliter ad mare mortuũ deſcẽdere dicũtur.inq̃ntum ad mortis amaritudinẽ cõuertũtur.Iſte eſt ergo iordanis p quem intelligit̃ mundi ꝓſperitas. Et aduerte ꝙ terra ꝓmiſſionis nõ erat citra:ſʒ vltra iordaneʒ Nullus em̃ terrã promiſſionis intrabat:niſi qui iordaneʒ p̄teribat et tranſibat.Juxta illud Deut̃.iiij.Jordanẽ vos trãſibitis et poſſidebitis terrã egregiam. Ad denotãdum ꝙ terra promiſſionis.i.paradiſus multũ diſtat a iordane mũdane ꝓſperitatis.Ipm̃ em̃ neceſſe eſt ꝙ tranſeam⁹ et dimittam⁹ anteq̃ ad terrã paradiſi egregiam veniamus. Ideo p̄cipit̃ Nũe.xxxij.Omis vir bellator armatus iordanem trãſeat.Iſtud tñ preceptũ nõ fecerat Loth.de quo dr̃ Geñ.xiij.Qꝛ ip̃e habitauit circa iordanẽ ꝓ eo ꝙ vniuerſa regio aquis irrigabat̃.ſicut padiſus:ſed ibi fuit rapt⁹ a rege babylonis ⁊ captiuat⁹. Loth em̃ qui interpretat̃ declinans:ſignat peccatores.qui oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terram:qui qꝛ habitatõem iordanis.i.mundane proſperitatis eligũt.ideo a rege babylonis.i.dyabolo p pctm̃ captiuant̃ ⁊ pereũt.Iſti vident̃ dicere illud Deut̃.ij.Cõcedas nobis tranſitũ donec veniamus ad iordanẽ.qꝛ ſcʒ pctõres iordanem ꝓſperitatis nolunt tranſire:ſed vſq̃ ad iordanem iſtũ tantum querũt venire ⁊ attingere.ita ꝙ finaliter ꝓſperitas facit eos captiuari.Dico ergo ꝙ iordanis ſignat ſtatũ p̄ſentis ꝓſperitatis. Secũdo dico ꝙ ſignat ſtatũ vrgentis aduerſitatis.Jordanis em̃ eſt fluuius quẽ filij iſrael tranſiuerũt qñ de egypto ad terrã promiſſionis venerũt:qꝛ vere eũ qui de egypto hui⁹ mundi ad terram ꝓmiſſionis paradiſi vult attingere:neceſſe eſt per aduerſitates fluuiũ pertranſire.Quia ſicut dicit̃ Actu.xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum.Quia ſicut dicit̃ Judicũ.viij.Quotquot em̃ trãſierũt:per multas tribulationes tranſierũt. Per iſtum ergo fluuiũ cupiebat moyſes trãſire Deut̃.iij. Tranſibo igitur et videbo terram hanc optimam et lybanum.Vbi aduerte ꝙ per iordanem tribulationis: nos perueniemus

Ad ſtatũ ſtabiliſſimũ. Terram. Ad ſtatũ fertiliſſimũ. Optimã. Ad ſtatũ ameniſſimũ. Lybanũ. qui. ſ. eſt mons amenus. Per iordanẽ ergo ſignat̃ ſtatus vrgentis aduerſitat̃.

Tercio ꝑ iordanẽ ſignificat̃ ſtatus labentis fragilitatis. Mortalis eñ vita deſignat̃ ꝑ iordanẽ. qꝛ ſcꝫ ſemꝑ fluit et labitur quouſq; venit ad mare mortis. pſ. Quid ẽ tibi mare qđ fugiſti: ⁊ tu iordanis: ⁊c. Et aduerte qđ dicit̃ Joſue iij. Qꝛ aque ſuꝑiores iordanis ſteterũt. aque vero inferiores in mare fluxerũt ⁊ deſcenderũt. Quia vere aque in iordane mũdane mortalitatis. i. illi q̃ ſunt ſuꝑiores. i. boni ⁊ ſpũales. habẽt ſtare. ſ. in ſtatu grẽ ⁊ ꝑfectionis. Illi vero qui ſũt i moribus inferiores ⁊ imꝑfectiores ſolẽt deſcendere ⁊ fluere ad mare peccati ⁊ ꝑditionis. Simꝰ ergo ſicut iacob qui ſciens fluuiũ iſtum eẽ periculoſum: nõ fuit oblitꝰ baculuꝫ ſuũ. i. memoriã crucis vt ſecurius ꝑtrãſiret. Vñ Geñ. xxxij dicit̃. In baculo meo iſto trãſiui ꝑ iordanem iſtũ ⁊c. Signat ergo ſtatũ moralis defluẽtie. Quarto dico ꝙ iordanis deſignat ſtatũ virtualis pnĩe. iordanis eñ interꝑtat̃ riuus iudicij. In iordane eñ fuit xp̃s baptizatus. Naaman a lepra curatus. Circa iordanẽ fuit etiã helyas carnibꝰ nutritus et educatꝰ. In iordane etiã ferrũ ſuꝑnatauit. Per iordanẽ populꝰ iſrael in terrã ꝓmiſſiõis intrauit. ⁊ iordanis tꝑe meſſis abũdare plenꝰ cõſueuit. ſicut hec oĩa in diuerſis ſcripture ꝑtibus continẽtur. Iſte fluuiꝰ chariſſimi deſignat ſtatũ penitentie. Iſte eſt eñ riuꝰ iudicij. qꝛ ibi pctõr in foro cõfeſſionis iudicat̃. In iſto eñ flumine baptizamur ⁊ purificamur. ſicut xp̃s. Mũdamur a lepra peccati ⁊ ſanctificamur ſicut naaman. Carnibꝰ xp̃i in ſacramẽto paſcimur et educamur ſicut helyas. A fundo peccati enatamꝰ ⁊ releuamur ſicut ferrũ. Et ꝑ iſtum in terrã ꝓmiſſionis paradiſi intramꝰ ⁊ trãſportamur. ſicut populꝰ iſrl̃. Et circa meſſem. i. tꝑe ſacramẽti altaris in iſto flumine abũdantiꝰ lauamur atq; balneamur. Ideo ꝓ oĩbꝰ ꝯſulit̃. iiij. Reg. v. Vade lauare ſepties in iordane ⁊ recipiet ſanitatẽ caro tua.

Ubi aduerte. ꝙ ꝑ virtutẽ penitẽtie penitẽtes Bonis laboribus exercitant̃. Ideo dicit̃. Vade. Prauis ſceleribus purificant̃. Ideo dicit̃. Lauare. Magnis muneribus remunerantur. Ideo dicitur. Recipiet ſanitatem caro tua.

Sic ergo patet ꝙ per iordanẽ intelligit̃. Status ſanctitatis ⁊ pen[illegible]tie. Status fragilitatis ⁊ defluentie. Status aduerſitatis ⁊ ſuſtinentie. Status ꝓſperitatis ⁊ opulẽtie. Et hoc de iordane ſufficit quo ad p̃ſens.

## Joſeph.

Nota ꝙ Joſeph interp̃tatur augmẽtũ vel appoſitio. Et põt ſignificare xp̃um. vel quẽlibet virũ iuſtũ perfectũ ⁊ v̾tuoſum. ⁊ maxime eccleſiaſticũ vel p̃latum q̃ ſemꝑ debet in gratijs ⁊ v̾tutibus augmẽtari. alios etiã doctrinis ⁊ exẽplis in fide ⁊ moribꝰ augmẽtare. Vñ de ioſeph dr̃ Geñ. xlix. Filius accreſcens ioſeph. filius accreſcens ⁊ decorus aſpectu. Ubi aduerte ꝙ ſi volumus ſpũaliter eſſe ioſeph: nos debemus habere

Mentalem charitatem. Moralem quantitatem. Realem honeſtatem.

Primũ probat amor filial̃. Filius inq̃t. Sed ſcđm vigor naturalis. Accreſcens. Sed terciũ nitor corꝑalis. Decorus inq̃t aſpectu. Nos eñ debemus Finaliter diligere. Vigoraliter ꝓficere. Exẽplariter ſplendeſcere. Primo ergo dico ꝙ debet eſſe in nobis affectus charitatis. Filius inq̃t. Filius eñ eſt nomẽ amoris. qꝛ ſcꝫ filius patrẽ ſuũ tenet̃ diligere. ⁊ a patre ſuo diligi ⁊ amari. Sic vere nos debemus a deo ſicut a patre luminũ diligi. ⁊ ip̃um diligere ſicut patrem. Filius inq̃t. Vñ de ioſeph dicit̃ Geñ. xxxvij. Qꝛ a patre plus ceteris fratribus amabat̃. ꝓpter hoc pater tunicã polimitã ſibi fecerat: et ip̃m ſecũ in domo iugiter retinebat. Sic vere iſte fuit p̃dilectus. ⁊ ab ip̃o tunica v̾tutũ indutꝰ. ⁊ ꝑ ip̃m in domo grẽ et eccl̃ie p̃fectus ⁊ retentꝰ. Sicut eñ dr̃ Joh. iij. Pr̃ enim amat filiũ. Vñ etiã ꝓpter exceſſum charitat̃ ⁊ cõpaſſionis dr̃ de ioſeph Geñ. xlv. Qꝛ videns frẽs ſuos nõ poterat ſe ampliꝰ cõtinere pre fletu. qꝛ ſcꝫ ad hoiem charitatiuũ ⁊ pium ꝑtinet alijs i neceſſitatibꝰ ꝯpati. ⁊ ꝓ eoꝝ miſerijs flere miſericordit̃ ⁊ turbari. Sit igit̃ in nobis affectꝰ charitatis.

Scđo ſi volumꝰ ſpũaliter eẽ ioſeph: dico ꝙ in nobis debet eſſe ꝓfectus bonitat̃. Accreſcẽs inq̃t. qꝛ ſcꝫ nos debemus ꝓficere in bono. ⁊ ire ⁊ creſcere de v̾tute in v̾tutem. donec videamꝰ deũ deoꝝ in ſyõ. qꝛ ſicut dr̃ Prouer. iiij. Juſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplẽdens ꝓcedit ⁊ creſcit vſq; ad ꝑfectã diẽ. Vide iſtã auctẽ expoſitã ſupra. ⁊ vide ſupra de creſcere. Vñ de ioſeph dicitur Geñ. xxx. Vocauit nomẽ eius ioſeph dicẽs. Addat mihi dñs ⁊c. q. d. Nomẽ ioſeph ſignat cremẽtũ ⁊ addimẽtũ. Sit igit̃ in nobis ꝓfectus bonitatis. Tercio ſit in nob̃ aſpectus honeſtatis. cũ dr̃. Decorꝰ aſpectu. Vñ ſcđm mgr̃m hyſto. dicit̃ ꝙ ip̃e erat indutꝰ tunica talari. q̃ ſignat v̾tuteꝫ honeſtatis q̃ vſq; ad talos. i. vſq; ad finem vite debet nos tegere ⁊ veſtire. Decorus inq̃t. Iſta eñ v̾tus facit hoiem pulcrum ſpũaliter ⁊ decorũ. Prouerbi. xxxj. Fortitudo et decor indumentũ eius. Sed ſi volumꝰ aliq̃tulũ de ioſeph amplius dilatare: poſſumꝰ dicere ꝙ in ſacra ſcriptura fit mẽtio de quadruplici ioſeph. videlicet de ioſeph qui

Chriſtũ deſignauit. Chriſto miniſtrauit. Chriſtũ tumulauit. Pro xp̃o ſuũ erogauit.

Primus fuit iacob infantulꝰ ſcꝫ ioſeph filius iacob. Sed ſecũdꝰ Marie baiulꝰ. ſ. ioſeph ſponſus marie. Sed tercius iudee primulus. ſcꝫ ioſeph ab arimathia. Quartus vero xp̃i diſcipulus. ſcꝫ ioſeph barſabas ſuꝑ quẽ ſors miſſa eſt cũ mathia. Iſtꝰ procerto quatuor modis debet ⁊ põt dici ioſeph q̃libet iuſtus hõ. Quia reuera exemplo ioſeph filij iacob debꝫ xp̃m per imitatõeꝫ figurare ⁊ deſignare. Exẽplo ioſeph viri marie debet xp̃m ꝑ obediẽtiam ⁊ ſbiectionẽ ſeruire obſequi ⁊ miniſtrare. Exẽplo ioſeph de arimathia debet xp̃m mortuum ꝑ iugem memoriã ⁊ cõpaſſionẽ in corde ſuo ſepelire ⁊ tumulare. Exẽplo vero ioſeph barſabas q̃ cognoiatus ẽ iuſtus. ſicut dicit̃ Act. iiij. debet ſua pauperibꝰ diſtribuere et diſpenſare. De ioſeph xp̃i filio ⁊ imitatore dicit̃ Geñ. xxxv. Filij rachel ioſeph ⁊ benyamin. Rachel videns deũ ẽ xp̃s continue vidẽs deũ patrẽ. De ioſeph famulatore obediẽte vel ſeruiẽte dr̃ in pſ. In ſeruũ venũdatus eſt ioſeph. De ioſeph xp̃i in memoria ſua pre ꝯpaſſione tumulatore ⁊ abſcõſore dicit̃ Geñ. xliij. Ingreſſus ẽ ioſeph in domũ ſuam. Seq̃tur. Feſtinauitq; in domũ. qꝛ cõmota ſunt viſcera eius ſuꝑ fratre ſuo. ⁊ erũpebant lachryme. Domus eñ ſignat mentem ⁊ conſciam. De ioſeph vero honoꝝ ſuoꝝ ꝓ xp̃o largitore ⁊ diſtributore dicit̃ Act. iiij. Qꝛ ioſeph q̃ cognominatus ẽ barſabas ab apoſtolis qđ eſt interꝑtatũ filius ꝯſolationis. leuites. cypriꝰ genere. agrum ſuũ vendidit ⁊ attulit preciũ ante pedes aplõꝝ. Sic ergo ꝑꝫ ꝙ q̃libet q̃ vult eẽ ſpũalis ioſeph debet xp̃m deſignare ⁊ figurare exẽplarit̃. xp̃o obedire ⁊ miniſtrare ſingularit̃. xp̃m abſcõdere ⁊ tumulare cordialit̃. ꝓ xp̃o ſua dare ⁊ diſpenſare liberalit̃. vt ſic de tali ioſeph dicat̃ illud Ecci. xlix. Joſeph inq̃t q̃ natꝰ eſt hõ princeps fratꝝ. firmamẽtũ gẽt̃. ſtabilimẽtũ ppl̃i. oſſa ip̃ius viſitata ſũt ⁊ poſt mortẽ ꝓphetauerũt. Iſtud. n. dici põt ꝓprie de q̃libet ſancto. q̃ ſcꝫ dici pt̃ ioſeph. i. appoſitio. ꝓpter v̾tutũ cumulatõem. hõ ꝓpter rõnẽ ⁊ diſcretõem. vel ꝓpter hũanitatẽ ⁊ cõpaſſionẽ: p̃nceps fratꝝ ꝓpter prudẽtiam ⁊ p̃latõem. firmamẽtũ gẽtis ꝑ exhortatõeꝫ ⁊ ꝯſolatõeꝫ et ſtabilimẽtũ ppl̃i ꝓpter adiutoriũ ⁊ ſbuentõeꝫ. Oſſa vero eius viſitata ſũt ꝑ honorẽ ⁊ canonizatiõem: ⁊ poſt morteꝫ p̃dicauerũt. ſ. gloriã ⁊ potentiã dei ꝑ miraculoꝝ choruſcationẽ ⁊ oſtẽſionẽ. Talis eñ ſpũalis ioſeph v̾tutibus debꝫ abũdare. qꝛ interꝑtat̃ appoſitio. debet eñ eẽ diues in v̾tutibus Matth. xxvij. Venit q̃dam homo diues ab arimathia cui nomen erat ioſeph ⁊c. Item ratõe debet rutilare. quia homo Geñ. xlj. dixit pharao ad ioſeph. Nunquid ſapientiorem ⁊ ſimilẽ tui inuenire potero: tu eris ſuper domum meam. Item vniuerſis debet imꝑare. quia ſcꝫ hõ diues et ſapiens dignus eſt alijs p̃ſidere. Princeps inq̃t fratrum Geñ. xlj. Ite ad ioſeph et quicq̃d dixerit vobis facite. Et ibidem. dixit ioſeph pharao. Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram egypti. Item vacillantes debet cõfortare. qꝛ debet eſſe firmamẽtũ gentis. Geñ. l. Fleuit ioſeph et fratribꝰ dicẽtibꝰ ſerui tui ſumꝰ. rñdit. nolite timere. Itẽ indigẽtes debet educare. qꝛ ſcꝫ ip̃e dꝫ eẽ ſtabilimẽtuꝫ ppl̃i. ſcꝫ ꝓ eis intcedẽdo ⁊ neceſſaria miſtrãdo Geñ. xlvij. Joſeph vero pr̃i ⁊ fr̃ibus dedit poſſeſſiõem in egypto i optimo terre ſolo. ⁊ alebat eos p̃bens cibaria ſingulis. Item ipſe mũdus debet eũ honorare. qꝛ ſcꝫ tales merent̃ poſt mortem adorari ſicut ſancti. Oſſa inquit eius viſitata ſũt. Vnde Geneſis. xxxvij. cap̃. legitur. Qꝛ ioſeph vidit in ſomnis

ſolem et lunam ⁊ ſtellis.xj.adorare ſe. Itē talis ioſeph miraculis ſolet choruſcare.qꝛ ſcꝫ mortuū ꝓphetauit.corpus eius. Unde de ioſeph legit̃. Gen̄.l.ꝙ mortuꝰ conditus eſt aromatibꝰ.quod ſcꝫ deſignat redolētiā fame ⁊ miraculorum. Allega ſi vis vocaliter de hō.princeps.firmamētum ⁊c̄.ſicut in titulis ſuis. Patꝫ ergo ꝙ ꝑ ioſeph denotat̃ iuſtꝰ

Adhuc dico.ꝙ ꝑ ioſeph deſignat̃ xp̄s. Ioſeph eñi fuit figura xp̄i. Sicut eñi ioſeph a patre ꝑdilectus tunica polimita fuit veſtitus.ad frēs ſuos fuit miſſus:a q̄bus pre inuidia fuit venditus.in ciſterna veteri poſitus.tandē egipti gubernator effectus.⁊ ad maiorem gradum q̄ȝ ante fuerat extitit reſtitutus. Sic dico ꝙ xp̄m pater dilexit.tunica humanitatis ip̄m veſtiuit.⁊ ſic ad frēs ſuos iudeos ip̄m miſit a q̄bus venditꝰ ⁊ occiſus extitit.ſed tandē per reſurrectionem gradum excellentiorē quo ad humanitatē obtinuit.⁊ alimenta gratie ⁊ glorie mortalibꝰ diſpenſauit.ita ꝙ frēs ſuos.i.iudeos ꝓ parte ad ſe venire ꝑ ꝯuerſionē fecit.quoſ ꝓmouit pre ceteris ⁊ dilexit.ſicut patuit in patribꝰ primeue eccl'ie qui de iudeis venerūt.q̄ ſanctitate pre alijs choruſcarūt.j. Macha.ij. Ioſeph in tp̄e anguſtie ſue cuſtodiuit mandatū ⁊ factus eſt dn̄s egypti. Iſte eñi ioſeph ī ſcriptura cōparat̃ oui ꝓ eo ꝙ tanq̄ȝ ouis ad occiſionē ductꝰ eſt. Unde deo pr̄i dirigit̃ illud ps̄. Qui regis iſrael intēde.qui deducis velut ouem ioſeph. Iſte eñi ioſeph.ſ.xp̄s domū ſuam.i.eccleſiā ꝯſtituit ⁊ fundauit.ip̄amq̄ȝ tutauit ab hoſtibus ⁊ ſaluauit. Un̄ de ioſeph legit̃.ꝙ pharao vocauit eū ſaluatorē egypti. Un̄ deus pater videt̃ dicere illud Zach.x. Cōfortabo domū iuda:⁊ domū ioſeph ſaluabo.⁊ ꝯuertam eos ⁊ miſerebor eoꝝ. Sed ꝓculdubio de iſta domo ioſeph q̄ eſt eccl'ia iam videt̃ ꝙ a deo iam nō defendatur aut ſaluet̃:ſed ꝙ potius ab ip̄o vilipendat̃ aut calcet̃ Un̄ in ps̄.dicit̃. Et deus repulit tabernacula ioſeph ⁊ tribum effrem nō elegit. Iſta eñi domus ꝓculdubio tantis hodie vicijs inflāmatur.ꝙ nō mirū ſi eius habitatio repellatur nec amet̃ Amos.v. Querite dn̄m et viuite.ne forte comburat̃ velut ignis domꝰ ioſeph.⁊ deuorabit ⁊ nō erit qui extinguat. Et reuera nūc videt̃ allegorice impletū illō qō ſcribitur Exod.j. Surrexit rex nouus ſuꝑ egyptū q̄ ignorabat ioſeph. Quia ṽe rex nouus xp̄s cuiꝰ ſcꝫ iuuētꝰ cōtinue renouat̃ vt aq̄la.iam videt̃ domū ioſeph et eius populū ſcꝫ eccleſiā et clerū relinq̄re.⁊ de ip̄o penitus nō curare:⁊ merito.qꝛ ꝓcerto iam verificat̃ illud qō ſcribitur Abdie.j. Erit domus iacob ⁊ domꝰ ioſeph flāma ignis.ſ. crudelitatis ⁊ rapacitatis.⁊ ignis cupiditatis ⁊ carnalitatis.nō ſic ⁊c̄. Patꝫ ergo quō ꝑ ioſeph deſignat̃ xp̄s.ſufficit

## Ioſue.

Nota ꝙ Ioſue q̄ fuit rex ⁊ dux a deo electꝰ ad introducēdū filios iſrael in terrā ꝓmiſſionis ⁊ ad diſtribuēdū eam ip̄is ſingulariter inſtitutꝰ:⁊ q̄ interp̄tatur ſalus ſaluator aut ſaluaturꝰ. Pōt mihi ſignificare quēlibet bonū principē aut p̄latū.qꝛ ſcꝫ iſte ad hoc a deo ſp̄ealiter eligit̃:vt ꝑ ipſiꝰ dicta exempla et facta pp̄l's ſaluet̃.⁊ in terrā ꝓmiſſionis.i.eccl'ie vel religionis xp̄iane introducat̃.⁊ vt poſſeſſiōes eccleſie cuilibet ſ̄m merita diſpēſent̃. Iſte eñi nō ſolū debet eſſe dux aut ductor per regimen p̄lationis:imo etiā debꝫ eſſe ſaluator ⁊ introductor ꝑ opem bone doctrine ⁊ eruditiōis.⁊ ꝑ impulſum boni exempli ⁊ oꝑatōis. Deut̃.xxxj. Uocauit moyſes ioſue ⁊ ait illi. Cōfortare ⁊ eſto robuſtꝰ.tu eñi introduces populū iſtū in terrā quā daturꝰ ſe patribꝰ eoꝝ iurauit dn̄s. De tali ergo ioſue videt̃ locutꝰ fuiſſe dn̄s di. Nūeri.xxvij. Tolle ioſue filiū nun virꝝ in quo eſt ſp̄us dei. Ubi aduerte ꝙ in q̄libet tali debet eē Titulus digne ꝓmotōis:qꝛ deus ip̄um vocauit dicens. Tolle. Baculꝰ tute defenſiōis.qꝛ dr̃ ioſue id ē ſaluator. Nodulꝰ chare dilectōis.qꝛ dicit̃ filiꝰ.qui diligit. Angulꝰ longe duratōnis.qꝛ dicit̃. Nun.qō interp̄tat̃ ſempiternꝰ. Cumulꝰ magne ꝑfectionis.qꝛ dicit̃ virū.i.viribus ornatū. Loculꝰ rate poſſeſſionis.in quo ē riuulꝰ ſancte deuotionis.qꝛ dicit̃ ꝙ habet ſp̄m.ſp̄us inq̄t. Oculus recte intētionis. Dei inq̄t. Iſte eñi debet digne vocatiōis habere titulū.qꝛ ſcꝫ nō ſe debet ingerere vl' inferre ſicut faciūt ambicioſi.ſ; expectare ꝙ a deo vocet̃.tolle inq̄t deus. Gen̄.xxij. Tolle filium tuū quē diligis yſaac. Un̄ illud predictū. Uocauit moyſes ioſue. Itē debet tute defenſiōis habere baculū:qꝛ debet dici ioſue.i.ſaluator.qꝛ ſcꝫ iſte debet ſaluare pauꝑes.ip̄is ſubueniēdo atq̄ȝ docendo.infirmos ⁊ debiles ꝓ eis pugnando ⁊ eos defendēdo. Deut̃.j. Ioſue intrabit ꝓ te. Et Ioſue.viij.dicit̃ quō ioſue intrauit ꝓ populo. Itē debet chare dilectōis habere nodulꝝ.qꝛ debet eſſe filius. Uide ſupra de filio ioſue.ix. Fecit ioſue pactum cū eis.ſ.cū gabaonitis. Pactū eñi charitatē deſignat. Itē debet longe duratōis hr̄e angulū. Nun inq̄t.i.ꝑpetuꝰ. Numeri.xiij. Uocauitq̄ȝ ſcꝫ moyſes oſee filiū nun ioſue. Itē debet magne ꝑfectiōis habere cumulū. Uirū inq̄t. Uide de viro infra Ioſue.xiij. Ioſue ſenex ⁊ prouecte etatis erat.ꝓuecta ſeu ꝑfecta etas ꝑfectōem ṽtutū ſignat. Itē debet rate poſſeſſionis habere loculū.in quo eſt inq̄t.quia ſcꝫ in ip̄o ſicut in loco digno ⁊ mūdo habitauit deus ⁊ poſſeſſionem habuit gr̃e diuine. Un̄ iſte ē vir cū quo eſt deus:⁊ qui deo ſecū morāte cōfortatus ē. Deut̃.xxxj. Et Ioſue.j.dicitur. Locutus eſt dn̄s ad ioſue miniſtꝝ moyſi dicēs. Seq̄t̃ Sicut fui cū moyſe ero tecū. Itē debet ſancte deuotionis habere riuulū. Sp̄us inq̄t. Un̄ Deut̃.xxxiiij.dicit̃. Ioſue repletꝰ eſt ſp̄ū ſapientie. Itē debet recte intētionis habere oculū.qō oſtendit̃ cum dicit. Dei. Ioſue.xj. Fecit ioſue ſicut p̄cepat ei dn̄s. Uide in titulis cōtentis in auctoritate ⁊ proſequere ſicut vis.

## Ypocriſis.

Nota ꝙ hypocriſ̃ dr̃ ab ypos:qō ē falſū:⁊ criſis qō ē iudiciū.quaſi falſum iudiciū. Hypocriſis eñi falſo facit de homie iudicare inquātū ſcꝫ facit eum reputari bonū cum ſit peſſimus ⁊ iniquꝰ. Eſt autem vicium hypocriſis tanq̄ȝ vituperabile deuitandū multiplici rōne. Quia.ſ.hypocrita hꝫ

| | |
|---|---|
| Latentem infectionem. | Oīa eñi iſta vicia ſolēt |
| Patentem ꝑfectionem. | in hypocritis abūdare.et |
| Turgētem p̄ſumptionē. | ideo nullus debet ſeip̄um |
| Mordentem detractionem. | per hypocriſim palliare. |
| Lambentem locutionem. | |
| Labentem durationem. | |

Primo ergo dico ꝙ hypocrite habent infectionē in corde latentē. Iſti eñi ſunt ſicut ſtiptalis ſerpens ſtellatus ⁊ coloratus. De quo dicit Iſid. Et quotquot hꝫ colores:tot hꝫ dolores.qꝛ ſcꝫ q̄nto maior ē in ip̄o exterior pulcritudo.tāto latet ī ip̄o venenoſior turpitudo. Quia ſcꝫ tales q̄uis habeant exteriꝰ pulcram ⁊ patentē.pictam ⁊ honeſtam cōuerſationē:habēt tñ cōtinue interiꝰ in corde falſam latentē ⁊ venenatam intētionem. Iſti ſunt ſicut ceraſtes.q̄ corpus habēs ſerpētis ⁊ cornua arietis.corpus abſcondit ſub ſabulo.arietina cornua tm̄ monſtrat:vt dum a tranſeūtibus arietina ſimplicitas nō timet̃.iuxta volūtatem ſuā ſerpentiū calliditas neq̄ciam operet̃. Qō vtiq̄ȝ exemplū ad luxurioſos hypocritas dinoſcit̃ ꝑtinere. Qui qꝛ latent ſub ſabulo ꝑnie.⁊ arietinā ſimplicitatē oſtendūt.iō ſepe fit ꝙ a multis frequētant̃.⁊ ſerpētinis inductōibꝰ ad peccatū luxurie inclinant̃. Un̄ dicit Chryſ. Nulla res ita exterminat bonū ſicut ſimulatio hypocriſis. Nā malum ſub ſpecie boni celatū dum nō cognoſcit̃:nō cauetur. Unde etiam Petrus Raue.in ſermone dicit. Et hypocriſis ē ſubtile malum.ſecretū virus.venenum latens.ṽtutum fucus.tynea ſanctitatis. Iſti ergo habēt in corde infectionē latentē. Ideo dicit dn̄s. Matthei.xxiij. Ue vobis ſcribe et phariſei hypocrite triſtes.q̄ ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis.q̄ apparetis q̄dem foris hoībus ſpecioſi:intus aūt pleni eſtis ſpurcicia ⁊ iniquitate. Secūdo dico ꝙ hypocrite habent ꝑfectionem foris apparētem. Sicut eñi ſambucus habet totam ṽtutem ſuam in flore.qꝛ fructus ipſius nihil valet:flos eñi redolet.⁊ fructus fetet. Thimus etiā eſt herba cuius tota virtus eſt in flore.quia vere tota virtus hypocritarum eſt in exteriori florida cōuerſatione.quia ſcilicet flos ſue cōuerſationis redolet per famoſitatem.fructꝰ vero ſue operationis fetet per iniquitatē. Unde dicit petrus Raue.in ſermone. Iniuria nulla capitalior q̄ȝ maluꝫ agere et bonuꝫ velle videri. Unde Oratius. Nunq̄ȝ te fallant lupi ſub vulpe latentes.impia ſub dulci ſepe venena latent. Habent ergo perfectionem foris apparentem. Unde Chryſoſtomꝰ. O hypocrita ſi bonum eſt bonum eſſe vt quid vis apparere quod nō vis eſſe.ſcꝫ bonum eſt ⁊c̄. Uide eam in manipulo floꝝ titu.iſto. Tercio dico ꝙ hypocrite habent p̄ſumptōem ſuꝑbe turgentem. Tales eñi vt cōmuniter ſunt arrogantes ⁊ turgidi.ſuꝑbi.p̄ſumptuoſi.

et inflati. ſiles oleo. qđ ꝗuis ſit nature infimitiue: vult tamen oibus liquoꝛibꝰ ſupeminere ⁊ oibus ſupeſſe. Sic vere iſti licet ſint infimi ꝑ mūdiciam: ſunt tñ ſempeminētes ⁊ preſūptuoſi per ſupbiam. Nā vbicūqꝫ ſunt cōmoꝛātes. ſiue in collegio ſiue in clauſtro: ſemꝑ volūt alijs ꝑeminere ⁊ eis in ꝑlationibus ꝑfici ⁊ ſuꝑ oēs apparere. Sicut eñ dicitur Job. xxxiiij. Deus qñqꝫ regnare facit hoiem hypocritam ꝓpter pctā populi. Vñ Grego. viij. moral'. Quid intꝫ in cūctis operibꝰ ſuis ſperat hypocrita: niſi reuerētiaꝫ honoꝛis. gl'iaꝫ laudis. ab oibus metui. ſanctꝰ ab oibus appellari. Ecce quō adulterat᷑. liquoꝛ balſami. Iſti ḡ habēt preſumptionē ſupbe turgentē. Unde de hypocritis dicit ſaluatoꝛ Math. xxiij. Qꝛ illa dilatāt filateria: ⁊ magnificāt fimbꝛias. ⁊ amāt pꝛimos recubitꝰ in cenis: pꝛimas cathedras in ſynagogis. ſalutatiōes in foꝛo: ⁊ vocari ab hoibus rabi

Quarto dico ꝙ iſti habēt detractōem aſpere moꝛdentē hypocrite eñ vt cōiter ſunt detractoꝛes. oēs eñ alios q̄rūt diffamare. vt ipſi ſoli boni valeāt apꝑere. Iſti eñ ſunt ſicut māticoꝛa vel mām̄anetus q̄ faciē hoīs videnť habere. hꝫ tamē tres oꝛdines dentiū in oꝛe. q̄bus nō ſolū animalia: imo etiā hoies deuoꝛat ⁊ cōſumit ſm Pli. Sic ꝟe chariſſimi: hypocrite q̄ in facie. i. cōuerſatione: hoies. i. boni eē videnť. ad deuoꝛādum alios ⁊ moꝛdendum tribus oꝛdinibus dentium. i. triplicibus ſermonibus ⁊ verbis detractorijs ſolent vti. q̄bus ſcꝫ moꝛdent tria genera ꝑſonarūꝫ ſcꝫ Superioꝛes. Mediocres. et Inferioꝛes. Vñ dicit Berñ. ꝙ ſunt alijs adulantes ⁊ alijs detrahētes. moꝛdaces vt canes. doloſi vt vulpes. ſupbi vt leones. rapaces vt lupi. laſciui vt vrſi. Hij volūt eſſe ſine auctoꝛitate iudices. ſine viſu teſtes. poſtremo falſi accuſatoꝛes. ⁊ oīm veritate carentes. Habent ergo detractōem aſpere moꝛdētē.

Quinto dico ꝙ iſti habēt locutōem dulciter lambentē. Iſti eñ dulciſſime ⁊ facūdiſſime et adulatiſſime loquūtur. vt ad amoꝛem ſuū attrahant auditoꝛes. ſiles ſyrenis q̄ dulciſſime cātando decipiūt nauigantes. Siles etiā ſunt hyenis q̄ vocē ſiſantes humanā. paſtoꝝ tabernacula ſubintrāt ⁊ ipſos deuoꝛant ⁊ occigūt. ſicut dicit Pli. Quia ꝟe per dulcedinem cantus. i. dulciū ſermonū ſuoꝝ decipiūt auditoꝛes: intātū ꝙ ad ingreſſum tabernaculoꝝ paſtoꝝ. i. domus ⁊ hoſpitij prelatoꝝ ⁊ pꝛīcipū ⁊ magnatū multotiēs admittūtur. vbi mala ꝗplurima aliquotiēs operanť. Iſta poſſunt videri de multis religioſis: qui qñqꝫ ad oſtia pꝛincipū recipiūtur ꝓpter ſuam hypocriticā fictionē. vbi cū introducti fuerint oīa ſolent ſibi officia vendicare: domus regimen vſurpare: alios laudare. ⁊ alios accuſare. nemini ſubiacere: ⁊ oībus impare. totāqꝫ ꝯmunitatē curie vel hoſpicij ſolēt ſuis adinuētionibus ꝑturbare: ꝑm etiā paſtoꝛē pꝛelatū ⁊ pꝛīncipum ſolēt depaupare. ⁊ tpaliter deuoꝛare. Iſti ſūt ergo illi de q̄bus dicit apoſtolꝰ. ꝙ ꝑ dulces ſermones decipiūt mentes innocentiū. Roma. xvj. Unde petrus Ra. in ſmone dicit ſic. Hypocrit̄ inq̄t mētit̄ affectu. oculis fallit. aſpectu illudit videntes. decipit audientes. ſeducit turbas. trahit populos. famā vendit. emit clamoꝛē. ꝑſenſqꝫ querit ꝑmiū nō futurū. Iſti ergo habent locutōem dulciter lambētem.

Sexto dico ꝙ iſti habēt durationem bꝛeuiter labentem. Statꝰ eñ taliū parū durat: qꝛ ſicut Job. xx. dr̄. Gaudiū hypocrite ad inſtar puncti. Sicut eñ glacies. niues. vitrū et floꝛes habēt eſſe debile nō durabile. qꝛ ꝗuis luceāt ⁊ ſplendeant ꝗdiu ſunt in ſtatu modico: tñ vento diruūtur. modico caloꝛe ſoluūtur ⁊ modico impulſu frangūtur. Sic vere hypocrite ꝗdiu ſunt in ſtatu ſue ficte ꝑfectiōis: valde ſunt pulcri ⁊ famoſi: honeſti ⁊ ꝟtuoſi. foꝛmoſi ⁊ gratioſi. ſꝫ vere iſta nō cōtinue poſſūt durare. imo occaſione modica ſolent perire ⁊ ceſſare: ita ꝙ eoꝝ neq̄cia ſolet oibus apparere. Auricalcū eñ qñqꝫ videtur eſſe aurū ꝓpter ſplendoꝛē Uerūtamen cito rubiginat̄. ⁊ ſic nō eſſe auꝝ euidētiſſime declarat̄. qꝛ ſcꝫ hypocrita ꝗuis qñqꝫ in ꝯuerſatiōe ſplendeat: ſplēdoꝛ tñ eius nūqꝫ diutius ꝑſeuerat. Vñ Job. xx. Hoc ſcio a ꝑncipio a quo poſitꝰ eſt hō ſuꝑ terrā ꝙ laus impioꝝ bꝛeuis ſit. ⁊ gaudiū hypocrite ad inſtar pūcti. Vñ dicit Hugo li. de meditatōe. Exitꝰ manifeſtat ꝙ a ꝑncipio latebat. ⁊ q̄ dubia ſunt in oꝛigine ꝓbant̄ a fine. Señ. etiā dicit. Qꝛ ficta cito in naturā ſuam reincidūt. q̄cūqꝫ aūt ex ſolido naſcūtur in maius meliuſqꝫ ꝓcedūt. Sic ḡ ptꝫ condi tio hypocritaꝝ in ſex ꝑtes diuiſa. Uide ſupꝛa ⁊ infra i multis titulis. ſicut per tabulam que fiet ſuꝑ hoc opus poteris edoceri.

**Ipſe.** Nota ꝙ iſtud ꝓnomen ipē: qđ aliqñ eſt relatiuū. aliqñ damonſtratiuū. pōt dici de xp̄o. de iuſto. de impio. de dyabolo. Pꝛimo ergo dico ꝙ deus pōt dici ipē. qꝛ ſcꝫ ipē eſt ꝓnomen demonſtratiuū ⁊ relatiuū. Pꝛonomen dico: qꝛ pꝛo noie. i. ꝓ homie ſe poſuit moꝛtem ꝓ illo ſuſtinendo. ⁊ ſe ꝓ eo dyabolo ⁊ vicijs opponēdo et eū defendendo. Quia ſicut dr̄ Matth. xv. Iſte eſt q̄ venit miniſtrare ⁊ nō miniſtrari. ⁊ dare aīam ſuā in redēptionē ꝓ multis. Iſte eñ fuit ſicut gallina que ſe ꝓ pullis expōit periculo. Quia ſicut dr̄ Eſa. liij. Uere languoꝛes noſtros ipē tulit: ⁊ doloꝛes noſtros ipē poꝛtauit. Sequit̄. Ipē aūt vulneratus eſt ꝓpter iniq̄tates noſtras. attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Item ipē fuit relatiuꝰ ſe nobis cōfoꝛmādo ⁊ carnem noſtrā aſſumendo. ⁊ volūtateꝫ patris celeſtiaqꝫ. myſteria ꝑdicando ⁊ referendo. Quia ſicut dr̄ Eph. ij. Ipſe eſt pax noſtra q̄ fecit vtraqꝫ vnū. ⁊ duos cōdat in ſemetipm̄ in vnū nouū hoiem. Item fuit demonſtratiuꝰ viam vite exemplariter ⁊ verbaliter oſtendendo. ⁊ ſeipm̄ viſibiliter hominibus demonſtrando. Quia ſicut dicit̄ in Pſalmo. Ipē tanqꝫ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo. Exultauit vt gygas ad currendū viam. Et ideo bꝛeuiter de iſto ipō. i. de chꝛiſto: poſſumus notare ꝙ Ipſe eſt

Imperatoꝛ digniſſimus.
Pꝛopugnatoꝛ foꝛtiſſimus.
Expiatoꝛ mūdiſſimus.
Diſpenſatoꝛ largiſſimus.
Miſeratoꝛ pijſſimus.
Liberatoꝛ dulciſſimus.
Concoꝛdatoꝛ gratiſſimus.
Judicatoꝛ certiſſimus.
Conſolatoꝛ letiſſimus.

Dico ergo ꝙ ipē eſt creatoꝛ et impatoꝛ. Eſt enim deus impatoꝛ ⁊ rex. Apocalyp. j. Ipſi gloꝛia ⁊ imperiū in ſecula ſeculoꝛum amen. Et Joh. j. Oīa ꝑ ipm̄ facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factuꝫ eſt nihil. Pſal'. Tu es ipē rex meus ⁊ deꝰ meꝰ qui mandas ſalutes iacob. Item ipē eſt ſaluatoꝛ ⁊ ꝓpugnatoꝛ Soph. iij. Dñs deꝰ tuꝰ in medio tui foꝛtis ipē ſaluabit. Item ipē eſt purgatoꝛ ⁊ expiatoꝛ. Luce. iij. Ipē baptizabit vos in ſpūſancto. Item eſt donatoꝛ ⁊ diſpenſatoꝛ: qꝛ ſcꝫ cariſmata gr̄arum diſpenſauit fidelibus abūdanter Eph. iiij. Qui deſcendit ipē eſt. Sequit̄. Et ipē dedit quoſdam q̄dam apoſtolos: quoſdam ꝟo ꝓphetas. alios auteꝫ euangeliſtas. alios autē paſtoꝛes et doctoꝛes. Item ipē ē indultoꝛ et miſeratoꝛ. Pſal'. Inuocabant dñm et ipē exaudiebat eos. Et alibi. Iacta ſuper dñm curam tuā ⁊ ipſe te enutriet. pš. Ipē eñ eſt miſericoꝛs: ⁊ ꝓpicius fiet pctīs eoꝛum ⁊ nō diſperdet eos. Iteꝫ ipſe eſt adiutoꝛ ⁊ liberatoꝛ. Dañ. vj. Ipſe eñ eſt deus viuens ⁊ eternꝰ in ſecula. Seq̄tur. Ipē ſaluatoꝛ ⁊ liberatoꝛ. Item ipē eſt amatoꝛ ⁊ ꝯcoꝛdatoꝛ. Unde illud predictū Eph. ij. Ipē eſt pax noſtra ⁊c̄. Item ipē eſt diſcuſſoꝛ ⁊ iudicatoꝛ. qꝛ ſicut dicit̄ in pš. Ipē dñs deus noſter in oīm terra iudicia eius. Et Ezech. xxxiiij Ecce ego ipē iudico inter pecus et pecus. Item ipē eſt pꝛomotoꝛ ⁊ conſolatoꝛ. qđ potiſſime fiet in patria. pš. Ibi letabimur in ipō qui dñatur in ꝟtute ſua in eternū. Patet ḡ ꝙ xp̄s eſt ipē. qꝛ reuera ſicut dr̄ Col'. j. Oīa ꝑ ipm̄ ⁊ in ipſo creata ſunt: ⁊ ipē eſt ante oēs. ⁊ oīa in ipō conſtant. ⁊ ipē eſt caput coꝛpis eccleſie. Seq̄tur. Ut ſit in oibus ipē pꝛimatum tenens. Quia in ipō complacuit omnē plenitudinem inhabitare. et per ipſum reconciliari omnia per ipſum pacificans ⁊c̄. Et pꝛo certo dico. ꝙ chꝛiſtus eſt ipſe.

Cuius potentia debet honoꝛari.
Cuius ſcientia debet auſcultari.
Cuius clementia debet amplexari.

Ipſe eſt dico cuius potentia eſt honoꝛanda. Unde in Pſalmo dr̄. Quoniā ipſius eſt mare ⁊ ipē fecit illud et aridam fundauerūt manus eius. Uenite adoꝛemus et pꝛocidamus ante deum: ploꝛemus coꝛam domino qui fecit nos quia ipſe eſt dominus deus noſter: nos autem populus eius ⁊c̄. Ipſe eſt etiam cuius ſcientia eſt auſcultanda. Matthei. xvij. Hic eſt filius meus dilectus in quo michi complacui ipſum audite. Item ipſe eſt inſuper cuius clementia eſt amplexanda. Unde Matthei. xxvj. Ipſe eſt tenete eū. Sicut eñ dicitur Eccli. v. Miſericoꝛdia ⁊ ira ab ipō cito ꝓperant. Et bꝛeuiter de iſto ipō ſcꝫ de xp̄o poſſumus cōcludere ⁊ dicere illud Roma. xj. Quoniā ex ipō et

per ip̄m.et in ipſo ſunt om̄ia.ipſi honoꝛ et gloꝛia in ſecula ſeculoꝝ.Et Augꝰ.de verbis apoſtoli.cap̄.xvj.dicit.ꝙ homo debet amare ip̄m amatoꝛem.ipſum ſpectatoꝛem.ip̄m coꝛonatoꝛem.ipſum p̄emij largitoꝛem.Poſtremo.ipſum p̄emiū deputare.⁊ nō aliud ab ipſo ꝙ̄ ipſum expectare. Patet ergo ꝙ per ip̄e:denotatur chꝛiſtus. Secūdo dico.ꝙ per ip̄e:denotatur iuſtus.Uir eīm iuſtus:et dicit̄ pronomen:⁊ dicitur relatiuꝰ:et dicitur demonſtratiuꝰ.Dicit̄ dico pꝛonomen quod pro nomie ponit̄.quia ip̄e pro alijs ſe ſolet ponere.ſcꝫ pꝛo eis oꝛando ⁊ intercedendo.ꝓ eis pugnando atq̃ dimicando.pꝛo eis loquendo atq̃ allegā-do.Unde de aaron dictum eſt Moyſi Exodi.iiij. Ip̄e loquetur pꝛo te ad populuꝫ.Relatiuꝰ etiam eſt ſcꝫ ſe deo et melioꝛibus confoꝛmando.comparando ⁊ referendo:⁊ in deo ſperando.⁊ ei innitendo:⁊ veritatem loquendo ⁊ pꝛedicando.Pſal̄.Ueritas mea ⁊ miſc̄dia mea cum ipſo:et i nomine meo exaltabitur coꝛnu eius. Demonſtratiuꝰ inſuper ſcꝫ per ſanctitatis exempla viam veritatis oſtendēdo et ſe exemplū alijs demonſtrando.j.Regum.xviij.Om̄is eīm iſrael diligebat Dauid:ip̄e eīm ingrediebat̄ et egrediebatur ante eos.ſ.bona exempla monſtrando ⁊ oſtendēdo Et ideo bꝛeuiter iſtud vocabulum ipſe:ſignat vniuerſitatem ⁊ generalitatē.quia ſcꝫ dici poteſt Ipſe iuſtus.Ipſe pius.Ipſe ſanctus.⁊ ſic de alijs.Et ideo quando q̇s ipſe dicitur.ſignū eſt ꝙ om̄ibus virtutibꝰ generaliter inſignit̄.ꝙ tante perfectionis extitit ꝙ neceſſe eſt ꝙ ipſius ſanctitudo que per pꝛopꝛium vocabulum denotari non poteſt: iſto generali vocabulo deſignetur.Ipſe ergo.Unde dominus in Pſalmo.Super ip̄um autem efflorebit ſantificatio mea. Et ſic nota.ꝙ iuſtus dicitur ipſe.Quia ipſe eſt

Charitas fraterna.
Firmitas eterna.
Claritas externa.
Paruitas interna.
Benignitas materna.
Seueritas paterna.
Iocūditas ſuperna.

Dicam ergo ꝙ ille q̇ vult ſpiritualiter dici ipſe: debet hr̄e charitatē fraternā.Nullus.n. pōt eſſe ꝓnomē relatiuū ⁊ demonſtratiuū.i.pꝛo alijs interceſſoꝛ.bonoꝝ imitatoꝛ.⁊ ꝟbo rum pꝛedicatoꝛ.⁊ demōſtratoꝛ niſi ſit homo charitatiuus.Figuratꝰ in yſaac q̇ interp̄tatur riſus.De quo dicit̄ Geneſ.xxij.Qꝛ ip̄e poꝛtabat in m̄anibus ſuis ignem et gladium.Ignis eīm ſignat charitatis feruoꝛem.Gladius vero ſignat verbi dei ⁊ veritatis rigoꝛem.vt de mutua charitate dicatur illud Geñ.xx. Ipſe dixit mihi ſoꝛoꝛ mea eſt:⁊ ip̄a dixit frater meus eſt. Item ip̄e debet habere firmitatē eternam.i.ſtabilitatem perſeuerantie.Figuratꝰ Exodi.xxv.vbi pꝛecipitur.ꝙ ip̄os vectes faciāt de lignis ſethim.que ſcꝫ ſm̄ magiſtꝝ in hyſtoꝛia ſcolaſtica erant imputribilia ⁊ incremabilia.q.d.ꝙ tales ipſi nunq̄ debent per peccatū putrefieri aut coꝛrumpi.ſed perſeueranter ſiſtere ⁊ manere.Unde de Abꝛaham dicit̄ Geneſis.xviij.Qꝛ ip̄e ſtabat iuxta angelos ſub arboꝛe. Item ip̄e debet habere claritatem externam.i.honeſtatē ⁊ ſplēdoꝛem vite et ſcientie.Figuratus Exod̄.xxv.vbi dicitur. ꝙ in ip̄o candelabꝛo erant ciſi ⁊ ſperule ⁊ lilia.quia reuera in candelabꝛo luminis.i.in homine claro ⁊ honeſto:debent eſſe ciſi doctrine ⁊ ſperule volubiles diligentie ⁊ obedientie.⁊ lilia caſtitatis ⁊ continētie:que potiſſime ſpectāt ad pꝛedicatoꝛem.Quia reuera ip̄e debet eſſe candelabꝛū ad illuminandū per vitam exemplarem.⁊ habere ciſum ad inebꝛiandū per ſcientiam ſalutarē.⁊ ſperulam volubilem per diligentiā ſingularem.⁊ lilia hoc eſt continētiam ⁊ mūdiciam coꝛpoꝛalē:vt de honeſta vita ipſius dicatur illud Iob.iij.Ipſe erat lucerna ardens ⁊ lucens.Itē debet habere paruitatē internam.i.virtutem hūilitatis.Geneſis.xxxij.Ip̄e ſeruus tuꝰ iacob iter noſtꝝ inſequit̄.Seruus eīm humilitatē deſignat.Unde de xp̄o dicit̄ Phyl̄.ij. Qꝛ ſemetipſum exinaniuit foꝛmā ſerui accipiens.Iteꝫ debet hr̄e benignitatē maternā.qꝛ ſcꝫ ipſe debꝫ eē miſericoꝛs ⁊ benignꝰ.ſicut de dauid dr̄.ij.Reg.xxiij.Qꝛ ip̄e ē quaſi tenerrimꝰ ligni ꝟmiculus.vn̄ dn̄s in p̄s.dicit.Ueritas mea ⁊ miſc̄dia mea cū ip̄o:⁊ in noīe meo exaltabit̄ coꝛnu eiꝰ Itē debet hr̄e ſeueritatē paternā.ſ.ad arguēdū malos.Geneſ xviij.Ip̄e eſt pr̄ moabitaꝝ.Et.ij.Reg.xxiij.Ip̄e q̇ꝫ interfecit virū egyptiū.viꝝ dignū ſpectaculo.Uir eīm egyptꝰ ſignat pct̄oꝛē q̇ ꝑ iuſtos debet ſpūaliter interfici.H̄ eſt dictu

coꝛrigi et caſtigari.⁊ ſic finaliter ſeq̇tur.ꝙ talis ip̄e.i.q̇libet vir ꝑfectus habebit finaliter iocūditatē ſupnam.ſ.gloꝛiaꝫ paradiſi.Quia ꝓcerto ſicut dr̄ Math.v.Beati pauperes ſpū:qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ.Beati mites:qm̄ ipſi poſſidebūt terrā.Beati q̇ lugent:qm̄ ipſi ꝯſolabunt̄.Beati q̇ eſuriūt:qm̄ ipſi ſaturabuntur.Beati miſericoꝛdes:qm̄ ipſi miſericoꝛdiā ꝯſequent̄.Beati mūdo coꝛde:qm̄ ipſi deū videbūt.Beati qui ꝑſecutōem patiūtur ꝓpter iuſticiā:qm̄ ipſoꝛū eſt regnū celoꝝ.Sic ergo ptꝫ.quō per ipſe:denotatur iuſtus. Tercio dico.ꝙ q̄nq̃ ꝑ ipſe:deſignat̄ iniuſtus ſeu etiā impius.Peccatoꝛ eīm relatiuꝰ eſt.qꝛ refert q̇cq̇d audit et q̇cq̇d nouit ſe iactando ⁊ magnificādo.⁊ alios ꝓdēdo ⁊ diffamando ⁊ de eis detrahendo.p̄s.Dn̄s ꝯteret dentes eoꝝ in oꝛe ipſoꝝ.Et in p̄s.dicit̄ de talibus.Qꝛ molliti ſunt ſermones eius ſuꝑ oleum:⁊ ipſi ſunt iacula. Item demonſtratiuꝰ mala exempla alijs oſtendēdo:⁊ ſuā malam intentionē per oꝑa demonſtrādo.Mali eīm ſolent ꝑ exterioꝛa ſigna ſuas interioꝛes iniquitates oſtendere:⁊ quales ſunt interius exterius demōſtrare.Ezechielis.xxxiij.Peccata noſtra ſuper nos ⁊ in ipſis tabeſcimus. Notabis ergo bꝛeuiter.ꝙ iſtud pꝛonomen ipſe:ſignat peccatoꝛē ſeu multoꝛum criminū poſſeſſoꝛem.Ipſe eīm generaliſſimum habet ſignatum. Et ſic nota ꝙ peccatoꝛ dicit̄ ipſe. Quia

Per ſuperbiā ſurſum erigitur.
Per inuidiam intus configitur.
Per maliciam hincinde vertit̄.
Per ignoꝛantiā cecus efficitur.
Per caſtrimargiā cibis ſubmergit̄.
Per inconſtantiā cito labitur.
Per dei ſententiā moꝛte ꝑcutitur.

Igit̄ dico de pct̄ōribus q̇ per ſuꝑbiaꝫ ſurſum erigūt̄.Nee.ix.Ipſi ꝟo ⁊ pr̄es noſtri ſuperbe egerūt ⁊ indurauerūt ceruiceſ ſuas.Itē per inuidiam intus cōfigunt̄.p̄s.Gladius eoꝝ intrat in coꝛda ipſoꝝ Itē per maliciam hincinde voluūtur.Geñ.xxxj. Ipſe ꝟo claudicabat.Claudicās eīm nō recte incedit.ſic nec malicioſus qꝛ ſemꝑ habꝫ intētionē claudam ⁊ ꝑuerſam. Iteꝫ ꝑ ignoꝛantiam deū obliuiſcūtur.p̄s.Ipſi ꝟo nō cognouerūt vias meas q̇bus iuraui ⁊c̄. Item ꝑ gulam ſeu caſtrimargiā cibis immergūtur.p̄s.Ipſi diſꝑgent̄ ad manducandū ſi ꝟo non fuerint ſaturati ⁊ murmurabūt.Item ꝑ inconſtātiā cito dilabūtur.p̄s.Ipſi infirmati ſunt ⁊ ceciderūt.Et illud.Ipſi videntes ſic admirati turbati ⁊ cōmoti ſunt tremoꝛ app̄hendit eos.Iteꝫ finaliter ꝑ dei ſniam ⁊ iuſticiam moꝛte ꝑpetua feriūtur.Ezech̄.xxxiij.Ipſe impius iniq̇tate ſua moꝛiet̄.Et in p̄s.Ipſi peribūt:tu aūt ꝑmanes ⁊c̄.Et illud.Ipſi ꝟo inuanū queſierūt aīam meā.introibūt in inferioꝛa terre:tradent̄ in manus gladij partes vulpiū erūt. Patet ergo.quō ꝑ ipſe pōt intelligi dyabolꝰ vel iniuſtus.

Si ꝟo contingit de aliqua ſancta ꝑſona in genē feminino ſermonē facere:vtpota de aliqua ſancta ꝟgine:vidua: vel femina.dic ꝙ iſtud ꝓnomen ip̄a ſignat iſtam ſanctā.q̇ ſcꝫ dici pōt ꝓnomen relatiuū ⁊ demōſtratiuū:⁊ generalit̄ ſignificatiuū:qꝛ ſcꝫ ipſa pꝛo nomine ponitur ꝓ nobis oꝛādo.Relatiua eſt vera pꝛedicādo.Demōſtratiua:exempla demonſtrando:⁊ generaliter ſignificatiua.bona om̄ia generaliter in ſe continendo.Unde de ip̄a ꝓpꝛie poteſt dici illud Geñ.xxiiij.Ipſa eſt mulier quā pꝛeꝑauit dominꝰ filio domini mei.Dn̄s eīm id eſt deus pr̄:p̄parauit ip̄aꝫ filio ſuo xp̄o in mr̄em:filiā ſeu ſponſam. Et nota ꝙ ipſa fuit

Penitens ⁊ gemens.
Prudens ⁊ clemens.
Docens ⁊ nō demens.

Qꝛ fuit gemens ꝑ penitētiaꝫ patet Trenoꝝ.j.vbi dicitur ſic Ipſa autem gemens cōuerſa ē retroꝛſum.Qꝛ etiam fuerit clemens per pꝛudentiam ſeu ꝑ miſericoꝛdiam:patet Geñ.xxix.Ecce rachel veniebat cuꝫ ouibus patris ſui.nam gregeꝫ ip̄a paſcebat.Qꝛ inſuꝑ fuerit docens ꝑ ſapiētiam:patet in p̄s.vbi dicit̄ de ea.Diſciplina tua.i.iſta bene diſciplinata coꝛrexit me in finem.diſciplina tua ip̄a me docebit.Hec igit̄ de ipſe ⁊ ipſa ſufficiant Uide de ille et iſte.

## Ra.Iraſci.Iratus.

Nota.Qꝛ eſt ira toleranda.Ira temperanda.Ira foꝛmidāda.Pꝛima eſt rigoꝛ diuine punitionis.De qua dicit̄ Michee.vij.Iram domini poꝛtabo qm̄ peccaui ei. Secūda eſt feruoꝛ humane tribulatiōis.Un̄ Prouer.xij. Fatuus ſtatim īdicat irā ſuā:q̇ aūt diſſilat impoſteꝝ calli

dus ē. Tercia eſt furoꝛ eterne dānatiōis. vñ Sap. xix. Im
pijs inq̄t ſine miſcdia ira ſupuenit. et Exo. xv. Miſiſti irā
tuā q̄ deuoꝛabit eos ſicut ſtipulā ⁊c. Poſſumꝰ ꝫ diſtigue-
re inter iram diuinā ⁊ irā humanā. Ira em̄ dei nihil aliud
eſt q̄ꝫ rigoꝛ ſue iuſticie que aliq̄ñ ledit pctōꝛes tꝑaliter pu-
niēdo. Aliq̄ñ eternaliter ꝯdēnando. Ira em̄ in deo non ſi-
gnat animi motū ⁊ turbatōem. ſꝫ tātūmodo dicit mihi ſue
iuſticie executōem. Sicut em̄ aqua pura ⁊ limpida ⁊ feci-
bus impmixta licet qñq̄ꝫ moueať. nunq̄ꝫ tñ propter ħ tur
batur. Sic eſſentia diuina q̄ꝫuis videať mota iracūdia vel
vindicta ꝑpter ſeueritatē iuſticie quā exercet. nunq̄ꝫ tamē
realiter iraſciť vel turbať. ſed in trāquillitate ꝑpetua imo
biliter ſituať. qꝛ ſicut dr̄ Iudith. viij. Deꝰ ſicut hō nō imu
tabiť. nec ſicut filiꝰ hoīs ad iracūdiā cōcitať. Diſtiguamꝰ
igitur breuiter ꝙ ſit triplex ira generaliter loquēdo. ſcilicet
Metuenda cum reuerentia.
Suſtinēda cum patientia.
Fugienda cum diligentia.
Eſt dico quedam ira cum reuerētia metuenda. Et iſta
eſt ira iuſticie diuine. que contra pctōꝛes infligiť ⁊ fertur.
Sicut em̄ per motum foꝛtis tonitrui mōtes qñq̄ꝫ mouen-
tur ⁊ concutiūtur. Ad vocē etiam ⁊ rugitū leonis irati: ce-
tera aīalia terrenť ⁊ ꝯturbanť. qꝛ ſicut dr̄ Amos. iij. Leo
rugiet quis nō timebiť? ⁊ ꝑ motū firmamenti oꝛbes infe-
rioꝛes mouenť ⁊ agitanť. Sic vere dico ꝙ q̄ñ celum ⁊ leo
nem de tribu iuda xp̄m ꝑpendimꝰ cōtra nos indignatum
⁊ motū per irā iuſticie ⁊ rigoꝛis. ⁊ q̄ñ rugitū ⁊ tonitruū cō
minationū ſuarū audimus (qꝛ ſicut rugitꝰ leonis eſt ita ⁊
furoꝛ regis. Prouerb. xx.) nos ꝓcerto debemꝰ ꝑ timoꝛem
cōcuti ⁊ moueri. ⁊ ꝑ tremuloſam reuerētiam agitari. Ps̄.
Fundamēta montiū cōturbata ſunt. ⁊ cōmota ſunt q̄nia
iratus ē eis. Talem timoꝛē ꝯceperat ille qui dicebat in ps̄.
Cōturbatus ē in ira oculus meꝰ. anima mea ⁊ vēter meꝰ.
Deus em̄ eſt ſicut elephas qui q̄ꝫuis ſit animal benigniſſi-
mū. qñq̄ꝫ tamē iraſciť nimiū ꝓuocatus. Quia ħ deus iu-
dex iuſtus foꝛtis ⁊ patiens: q̄ nunq̄ꝫ iraſciť ꝑ ſingulos di-
es. q̄ꝫuis ip̄e ſit pater miſcdiaꝝ ⁊ deus totius cōſolatiōis.
iuſte tamē habet aliquotiens iraſci: ⁊ ad punitiōem ⁊ vin-
dictam procedere prouocatis noſtris iniq̄tatibus ⁊ pecca
tis. Unde de peccatoꝛibus dicitur Nee. ix. Prouocauerūt
te ad iracūdiam et receſſerūt a te. ⁊ pꝛoiecerūt legem tuā
poſt terga ſua. Et aduerte ꝙ tria genera perſonarum ſo
lent ad iram dominum prouocare. Uidelicet.
Fatui ſapientes.
Superbi p̄ſumētes.
Diſcoli diſcoꝛdantes.
Deū em̄ ad iracūdiam ꝓuo-
cant ſapientes infatuati. Ma
gis em̄ offendit deū peccatoꝛ
ſapiens q̄ꝫ indoctus. qꝛ ſcꝫ ſapiens peccat ex malicia. inſi-
piens aūt ex ignoꝛātia. Un̄ Luc. xij. diciť. Qꝛ ſeruꝰ ſciens
volūtatem dn̄i ⁊ nō faciēs: plagis vapulabit multis. Et iō
cōtra tales iraſciť dn̄s. ⁊ in p̄ſenti ⁊ in futuro. Un̄ de ſalo-
mone ſapiētiſſimo dr̄. iij. Regū. xj. Iratus ē dn̄s ſalomoni
eo ꝙ auerſa fuiſſet mens eius a dn̄o deo iſrl̄. Leo em̄ plus
iraſciť hoībus q̄ꝫ pueris ⁊ mulieribus. illos em̄ quandoq̄ꝫ
occidit. iſtis aūt cōiter parcit. qꝛ ſcꝫ deus plus iraſciť hoi-
bus. ſ. rōnabilibꝰ ꝑſonis quādo delinquūt. qꝛ ſcꝫ videntur
peccare ex induſtria: q̄ꝫ mulieribꝰ ⁊ paruulis. i. q̄ꝫ perſonis
ſimplicibꝰ ⁊ ignoꝛantibꝰ qui videnť peccare ex ignoꝛātia.
Unde Dan̄. ij. Qꝛ rex in furoꝛē ⁊ iram cōuerſus: p̄cepit vt
perderētur oēs ſapientes babylonis. Prouocāt ꝫ ad iram
dn̄m ſapiētes infatuati. Itē deū ad iracūdiam ꝓuocant
p̄ſumentes humiliati. ſcꝫ iſti qui ex natura ſua deberēt eti
am eſſe hūiles: ⁊ tamē ſunt ſuꝑbi arrogantes ⁊ p̄ſumptuo
ſi ab oībus inueniūtur. Contra tales ꝫ deus iraſciť. quia ſi
cut videmus ꝙ fulgur plus ꝑcutit alta loca q̄ꝫ infima. ven
tus etiā citius plus ledit arboꝛes altas ⁊ ꝓtenſas q̄ꝫ mo-
dicas ⁊ depꝛeſſas. Sic vere ira iuſticie diuine magis deba
chatur in altos ſuꝑbos ⁊ elatos q̄ꝫ humiles ⁊ depꝛeſſos.
Et de hoc dr̄ in Pſal. Fundamēta montiū conturbata ſť
quoniā iratus eſt eis. Montes em̄ qui ſunt alti ⁊ inflati. ⁊
tamen ſunt de terra. ſignificāt tales qui ſunt ſuperbi. pꝛeſū
ptuoſi et elati. cum tamē moꝛe terre deberēt eſſe humiles
et depꝛeſſi. Iſti ſunt ergo pꝛeſumentes humiliati. Item
ad iracūdiam deum pꝛouocant litigantes pacificati. Et ta
les ſunt illi qui in pace eccleſie fundati ſunt. ⁊ tamen non
poſſunt cum aliquo pacifice cōuerſari. Quia ergo ſi filius
delinquens in patrem magis offendat eum q̄ꝫ aliquis ex-
traneus. Sic quia iſti qui pacem religionis ⁊ eccleſie elege
rūt ſunt pꝛopꝛie filij dei. (quia beati pacifici. q̄m filij dei vo
cabūtur Math. v.) magis deum offendūt quādo contra
naturam ſui ſtatus rebelles ⁊ litigioſi fiūt. De quibus dici
poteſt illud Abacuch. iij. Nunq̄d in fluminibus iratus es
aut in mari indignatio tua? Flumina em̄ ⁊ mare ſignificāt
litigioſos. quia ſicut dr̄ Eſa. lvij. Impij ſicut mare feruēs
q̄d quieſcere nō valet. Iſta igiť tria genera ꝑſonarum ꝓ-
uocant iram dei. Et ideo ira dei in ſcriptura comparať tri
bus generibꝰ rerū. ſcꝫ Lapidi ferienti. Igni comburēti ⁊
Lancee occidenti. Iſta em̄ eſt lapis ad percutiēdum. Un̄
Ezech. xiij. Dabo lapides grandes in ira in conſumptōeꝫ
Itē eſt ignis ad inflāmandū. Ezech. xxij. In igne ire mee
conſumpſi eos. Itē eſt lancea ad occidendū. Unde Sap̄.
v. Acuet diram iram in lanceā ⁊ pugnabit cū eo oꝛbis ter
rarū contra inſenſatos. Iſta eſt igiť ira dei que venit in fi-
lios diffidentie. Coloſ. iij. Iſta eſt igiť ira cum reuerentia
metuenda. Scd̄o pꝛincipaliter dico. ꝙ eſt q̄dam ira cū
patiētia ſuſtinenda. Et iſta eſt ira iuſticie diuine q̄ꝫtum ad
illationē tribulatōis tēpoꝛalis. Iſta eſt em̄ q̄dam ira pater
na que ad vtilitateꝫ noſtrā ſolent in nos ſeuire. Iſta ē em̄
ira miſericoꝛs: qꝛ ſcꝫ deus ad finem piū ⁊ miſericoꝛdem. ſ.
ad finem ſaluatiōis noſtre nobis aliquotiens infert iram.
Iuxta illud Pſal. Cū iratus fueris miſcdie recoꝛdaberis
Sicut em̄ dr̄ Eccli. vj. Miſcdia ⁊ ira ab ip̄o cito ꝓximant
Quia procerto talis ira ſemꝑ eſt cuꝫ miſcdia ꝯiugata. De
us em̄ eſt ſicut malogranatū quod eſt exterius valde duꝝ
interius autē eſt valde molle. Quia ſcꝫ deus ſepe apparet
exterius eſſē durus ꝑ iuſticiam ⁊ coꝛrectōem: qui tamē eſt
valde mollis ⁊ pius ꝑ compaſſionē ⁊ benignam intentio-
nem. Et ideo talis ira eſt merito ſuſtinenda: cum certi ſi-
mus ꝙ ꝓpter bonū noſtrum nobis eſt aliquotiens infligē
da. Quia ſicut dr̄ in ps̄. Non imperpetuū iraſceť. nec obli-
uiſcetur miſereri deus. nec continebit in ira miſcdias ſuas
⁊c. Iſta eſt ergo ira in patiētia ſuſtinenda. Sed de iſta vi-
de latius ſupꝛa de coꝛrectōe. Et infra de tribulatōe. Ter
cio dico. ꝙ eſt quedam ira cum diligentia p̄cauenda. Iſta
eſt ira coꝛdis que nihil aliud eſt q̄ꝫ motus animi ⁊ turbu-
lentus appetitus vindicte propter aliquod obſtaculū vo-
luntatis. Et iſta eſt fugienda propter plura. Scilicet quia
Deo contrariatur.
Proximo inimicatur.
Sibijpſi iniuriatur.
Dico ergo ꝙ ira eſt deo cōtra-
riatiua. Deus em̄ dr̄ deus pacis
nō deus ire. Quinimo ſicut vnū-
quodq̄ꝫ fugit ſuū contrariū: ſicut deus q̄ eſt vera pax ſem
per fugit iram ⁊ coꝛ turbidum ⁊ iracūdum. Ira em̄ eſt ſi-
cut ignis: qui ſi in coꝛde homis fuerit accenſus: illic deus
nō poterit remanere. Quia ſicut dr̄ Ecci. xxviij. Homo ira
cūdus incendit litem. Sicut em̄ motus aque deſtruit ima
ginem que in aqua reſultabat. Sic vere motus ire cū coꝛ
noſtrū mouerit ⁊ tetigerit: imaginem gr̄e diuine ibidem re
ſultantē ſolet turbare: ⁊ quādoq̄ꝫ penitus diſſipare. Unde
Gregoꝛiꝰ ſuꝑ Iob dicit. Māſuetudo in nobis imaginem
dei ſeruat. Semꝑ em̄ tranquillꝰ eſt: ſed ira diſſipat q̄ mul-
tis virtutibꝰ pꝛiuat. Ira ergo eſt incendiaria dyaboli que
deum de domo pꝛopꝛia expellit. Iſta em̄ eſt iſta mulier de
qua dicitur Prouerbioꝝ. xxj. Melius eſt habitare in do-
mo deſerta: q̄ꝫ cum muliere rixoſa ⁊ iracūda. Ira ergo d̄o
contrariatur. Deniq̄ꝫ dico ꝙ ira pꝛoximo inimicatur.
Iracūdus em̄ plus q̄ꝫ quicunq̄ꝫ alius peccatoꝛ magis ſo-
let ledere pꝛoximos ⁊ vicinos. Ledit em̄ eos multotiens
non ſolum in rebus: immo etiam in coꝛpoꝛe ⁊ in fama. Si
miles enim ſunt iracundi apꝛis: qui tanto impetu iracun-
die debachantur: ꝙ in venatoꝛum gladijs ſe infigūt. Si-
miles inſuper ſunt leonibus: qui tanto iracundie impetu
leopardos perſequūtur: ꝙ in foueam intrantes ibidem ir
remediabiliter includentur. ita ꝙ ab ipſis leopardis a par
te oppoſita exeuntibus occiduntur. Similes inſuper ſunt
apibus que tanto ardoꝛe vindicte figunt aculeum. ꝙ cum
aculeo dimittunt inteſtina. ita ꝙ dum alium volunt lede-
re: ſeipſas ſolent letaliter vulnerare. Sic vere chariſſimi:
cum iracūdi multociēs taliter iraſcanť. ꝙ abſq̄ꝫ iudicio rō
nis ad ledēdū alios animāť. ꝙ ſepe fit ꝙ q̄ꝫtū ad deū ⁊ q̄n-
tū ad mūdū coꝛpꝰ ⁊ aīam ꝑdere dinoſcūtur. Sic em̄ diciť

Eccli.xxx. Zelus ꝛ iracūdia minuūt dies. ꝛ ante tēpus ſe/
nectam adducēt. Et Prouerb.xxix. Uir iracūdus ſuſcitat
rixas ꝛc. Ira ergo ꝓximo inimicaꝰ. Inſup dico ꝙ ira ſb
iecto ꝓprio iniuriaꝰ. iſta eñ ſicut ꝛ inuidia coꝛ iracūdi pri
mo ferit. ꝛ deinde ad leſionē mēbroꝝ multipliciter ſe extē
dit. Nam vt dicit Grego. v. moral. Ire ſue ſtimulis accen
ſum coꝛ palpitat. Coꝛpus tremit. Ligua ſe impedit. facies
igneſcit. exaſperanꝰ oculi: ꝛ res note nō ꝯgnoſcūtur. Iſta
eſt igiꝰ ira que ē fugienda ꝛ p̄cauenda. qꝛ chariſſimi q̄uis
motus ire ſint in hoīe naturales. ipos tamē debet rō refre
nare. Uñ de quodā phō legiꝰ. ꝙ dū iratus inimicū ſuum
inueniſſet noluit ipm̄ nec occidere nec ledere dicēs. Occi/
derem inq̄t te niſi iratus eſſez tibi. Timebat eñ dictꝰ phs
ne brutalis appetitus iracundie ipm̄ ad vindictam moue
ret magis q̄ʒ rō ſuaderet. Juxta illud. Uindictā differ do
nec trāſiuerit ira. Impedit ira animū ne poſſit cernere ve
rum. Et hoc eſt qđ dicit Ambroſius ad vercellēſem. Irā
hō preuenire nō poteſt mitigare pōt. Ergo ꝛ ſi iraſcanꝰ af
fectus noſtri: motū recipiant. ſm naturā. nō pctm̄ p̄ter na
turam. Ptʒ igitur ꝙ triplex eſt ira. ſcʒ Metuenda. Suſti/
nenda ꝛ Fugienda. Sufficit.

**Ire.** Nota ꝙ ire nihil aliud eſt q̄ʒ de termino ad ter/
minū ſe p̄ſentialiter transferre. Et ſignat ire mo
tum ꝓfectum ꝛ trāſituʒ de loco ad locū. Quia ergo termi
nus eſt finis eūdi. idō cū a fine denoīetur res. hinc ē ꝙ ſm
naturam termini ad quē itur pōt eūdi qualitas denotari
Cū igitur terminꝰ ad quē itur ſit in duplici differentia. qꝛ
aut eſt terminꝰ bonus aut malus. ideo poſſumꝰ dicere ꝙ
ire ſumiꝰ in bono ꝛ in malo. In bono eñ ſignat bonū mo
tum. bonū profectū. bonū affectū. bonū effectū. Homo. n.
per bonos affectus ꝛ effectus de malo ad bonū mouetur
et de mūdo ad patriaʒ. de peccato ad ꝟtutem. ꝛ de gr̄a ad
gloriā progrediꝰ ꝛ trāſferꝰ. quelibet eñ bona affectio ꝛ co
gitatio vel opatio eſt q̄dam paſſus ad eūdum in padiſum
vt in ps̄. diciꝰ. Ibūt de ꝟtute in ꝟtutem. videbiꝰ deus deo
rum in ſyon. In malo etiā ſignat malum actū. malū motū
malū affectū. malum profectū. quo ſcʒ peccatoꝛ de mūdo
ad infernū. de virtute ad viciū. de bono ad malum profici
ſcitur et mutaꝰ. vnde. j. Joh. ij. Qui odit frēm ſuū in tene/
bris eſt: ꝛ i tenebris ambulat: ꝛ neſcit quo eat: qm̄ tenebre
excecauerūt oculos eius. Dicamus igiꝰ ꝙ eſt ire ꝟtuoſum
ꝛ laudabile. Ire vicioſum ꝛ dānabile. Primo ergo di
co ꝙ eſt ire ꝟtuoſum. Et iſte eſt ꝓfectus ꝛ cōtinuatio i bo
nis ꝟtutibus ꝛ operibꝰ. p quam ſcʒ ad paradiſi terminū
deuenimus. Ire eñ ſicut dicit mihi cōtinuatōem motus
coꝛpalis. Sic ſpūaliter loquēdo dicit mihi cōtinuationē et
profectū operis ꝟtualis. Sicut eñ quedā ſunt aīalia ma
gni motus ꝛ magne agilitatis ꝛ ꝟtutis. ſicut ptʒ de foꝛmi/
cis que nō ceſſant ire et redire. ꝛ pro querēdis victualibꝰ
motū ſui itineris quaſi ꝯtinue exercere. Sic ꝟe loquendo
ſpūaliter nos debemus p virtutes ꝛ bona opa continue
nos mouere: ꝛ pro victualibꝰ regni eterni querēdis profe
ctuʒ boni opis frequētare. vñ de yſaac dr̄ Geñ. xxvj. Ibat
yſaac ꝓficiens atꝗ ſuccreſcēs donec magnus vehemēter
effectus eſt. Et ideo precipue dñs videtur nobis precipe/
re talē motū Math. xx. vbi dicit. Ite ꝛ vos in vineā meā.



Ubi aduerte ꝙ homo quꝗ coꝛpaliter ſolet ire alicubi.

- Uigoꝛe preceptoꝝ.
- Amoꝛe ſocioꝛum.
- Dulcoꝛe premioꝝ.

Sic ꝟe ad ꝟtuoſe eūdū debʒ nos
mouere dei auctas impatiua. Jō
dicit Ite. Fratrū cōitas ſociati/
ua. ideo dr̄ vos. Fructꝰ vtilitatis excitatiua. Uineā inquit
meā. Hic igiꝰ oſtēdiꝰ ꝙ ad ſpūaliter eūdū. mādatoꝝ iuſ/
ſu cōpellimur. qđ oſtēdiꝰ cū dr̄. Ite. Socioꝝ nexu anima/
mur. qđ oſtēdiꝰ in vocabulo. Uos inq̄t. Premioꝝ fructu
attrahimur. q̄ ſuppōiꝰ cum dr̄. In vineā. qꝛ. ſ. vinea de ſui
nā fructū deſiḡt. Dico ḡ ꝙ ad ſpūaliꝰ eūdū dʒ nos mouē

- Juſſus impatiuus.
- Nexus copulatiuus.
- Fructus ſaturatiuus.

Juſſus dico impatiuus. qđ oſtē
ditur in ꝟbo Ite. qđ vtiꝗ eſt im
peratiui modi. qꝛ ſcʒ nobis a deo
ꝛ ab eccl̄ia cōtinue impatur vt iter moꝝ ſollicite frequēte/
mus. Ire inq̄t Michee. ij. Surgite ꝛ ite: qꝛ nō habetis h̄
requiē. Sicut eñ ad motū firmamēti mouenꝰ planete in/
feriores. Sic vere ad motū ꝛ monitionē dei debent moue
ri xp̄iani fideliores. Nam ſicut mādata regum ꝛ principū
a ſubditis celerius exequūtur. Sic etiam qñ rex ꝛ impera
toꝛ nr̄ nobis precipit ꝙ eamus. i. p ꝟtutum ſemitā celerius
procedamus. Iſtud mandatum tenemur exequi celeriter
et debemus. Dicit ergo. Ite. i. p bona opa vos mouete et
ad celeſtem patriā ꝟtutum greſſibus ꝓperate. Unde Luc.
xix. Ite in caſtellū qđ contra vos eſt. Et nota ꝙ ex dei
precepto nos debemus ſpiritualiter ire ad deum. p que/
dam itinera ſpiritualia. Uidelicet per viam

- Penitentie.
- Diligentie.
- Cōpaſſionis.
- Diſcretionis.
- Cōfeſſionis.
- Cōtēplationis.

Igiꝰ eamus p viam penitētie. Et hoc
precipiꝰ Exodi. v. Ite ad onera veſtra.
Itē eamus p viam diligētie. Et hoc p̄ci/
pitur Math. ij. Ite interrogate diligen
ter de puero. Ite eamus p viam cōpaſſi
onis. Et hoc p̄cipiꝰ Math. xxij. Ite ad
exitus viarū ꝛ quoſcunꝗ inueneritis vocate ad nuptias.
Itē eamus p viam diſcretōis. Et hoc precipiꝰ Mathei
xxvij. Ite cuſtodite ſicut ſcitis. Itē eamus p viam confeſ
ſionis. Et hoc precipiꝰ Luc. xxvij. Ite oſtēdite vos ſacer/
dotibus. Itē eamus p viam contēplatiōis. Et hoc preci/
pitur Michee. ij. p illud p̄allegatū. Surgite ꝛ ite: qꝛ nō ha
betis hic reqēm. q. d. ſurgite ad contēplandū celeſtia. quia
nō habetis hic requiē frequētando tp̄alia. Patet ergo q̄/
mō diuerſimode nos iubemur ire: ꝛ p ꝟtutū exercitiū nos
monere. Ite ergo. Nā ſicut equi feſtinant ire ꝛ currere qñ
ab auriga ſepius excitanꝰ. ſic qꝛ videmus ꝙ auriga nr̄ deꝰ
per tot incitamenta nobis in ſcriptura dicit. Ite. nos pro/
certo debemꝰ ire ſpūaliter ꝛ procedere: ꝛ ad currēdum p
bona opa feſtinare. Ite ergo ego mitto vos ꝛc. Mouet ḡ
ire ſpūaliter iuſſus impatiuus. Ite inq̄t. ¶ Secūdo dico.
Qꝛ nos debet mouere nexus copulatiuꝰ. ſ. amoꝛ ꝛ ſolaciū
ſocioꝝ. qđ notatur cū dicitur. Uos. Uos eñ dicit mihi q̄n
dam ſocietatē. cōitatē ꝛ aggregatā pluralitatē. Quia vere
ſicut multū proficit ei qui vult ire alicubi ꝙ plures ſocios
habeat atꝗ bonos. quia ſcʒ ipē efficiꝰ ſecurioꝛ ꝛ ad eūduʒ
facilioꝛ. Sic vere in via moꝝ procedēti vtile eſt in ſocieta/
te bonoꝛū per charitatē eſſe. ꝛ in alioꝝ conſoꝛtio p charita
tis vinculū habitare: Uos inq̄t. Per exemplū eñ bonoꝝ
ſocioꝛum melius animamur ad eūduʒ ſpūaliter in ciuita/
tem padiſi. ꝟtutum greſſibꝰ properando. Sicut eñ vnus
anulꝰ tactus ab adamāte mouet ꝛ trahit poſt ſe ꝛ ſecum
alios plures anulos. Sic hō tactus gratia diuina: nō ſolū
ad bonū trahiꝰ. progrediꝰ et moueꝰ. imo alij p ipm̄ ꝛ eius
exēplis ad ſilia prouocāꝰ ꝛ progrediūtur. ꝛ ad bona ope/
ra excitanꝰ. Qđ figuratū eſt in illis ſanctis animalibꝰ. Eze
chiel. j. de quibꝰ diciꝰ. Qꝛ cū eūtibus ibant: ꝛ cū ſtantibus
ſtabāt: ꝛ cum eleuatis a terra pariꝰ eleuabanꝰ. Uos ergo.
Uñ Zach. viij. Ibimus vobiſcū. audiuimꝰ eñ qm̄ deus
vobiſcū eſt. Et nota ꝙ in via moꝝ debemꝰ eſſe. vos. i. vni/
ti. ꝛ p charitatis vinculum ſociati multiplici ratōne. ſcʒ ad

- Foꝛtius operandū.
- Firmius reſiſtendū:
- Uerius diligendum.
- Clarius intuendum.
- Altius contēplandū.

Nā chariſſimi p copulam chari
tatis nos opamur foꝛtius. Joh.
xv. Uos amici mei eſtis ſi feceri/
tis q̄ precipio vobis. Item nos
reſiſtemus firmius. vñ Joh. xvj
Uos eſtis qui pmanſiſtis mecū in tentatōibus meis. Itē
nos diligimus verius. Joh. xv. Uos autem dixi amicos.
Itē nos intuemur clarꝰ Treno. j. O vos oēs qui tranſi/
tis p viam attendite ꝛ videte. Item nos cōtemplamur al
tius. Joh. vij. Uos aſcendite ad diem feſtū hūc. Et Ma/
thei. xix. Sedebitis ꝛ vos ſup ſedes duodecim iudicātes.
ꝛc. Moueat ergo nos ad ſpūaliter eūdū nexꝰ copulatiuꝰ
Uos inq̄t. ¶ Tercio dico. ꝙ nos debet mouere fructꝰ pre
miatiuꝰ. In vineam inq̄t meam. Multū eñ mouet curſo
rem ad eūdum premiū qđ ſperat repoꝛtare. ꝛ maxime qñ
ſperat ꝙ per hmōi motum ꝛ curſuʒ: in ſero veniet ad ter
minū ꝛ hoſpitiū vbi ſatiabiꝰ ꝛ q̄eſcet: ꝛ vbi ꝓ itinere p̄mi/
um repoꝛtabit. Sic chariſſimi qꝛ ſperamꝰ ꝛ certi ſumus.
ꝙ ſi bñ meruimꝰ in via moꝝ: ad padiſi terminū veniemꝰ.
vbi ſatiabimur ꝛ viuemꝰ. ꝛ vbi recepto p̄mio a laboꝛibꝰ
quieſcemꝰ. Qđ oſtēdiꝰ cum dr̄. vineam meā. qꝛ ſcʒ ſicut il
le q̄ laboꝛat in vinea: ſolet finaliter fructꝰ pro laboꝛibꝰ re/
poꝛtare. Sic ille q̄ in via moꝛum eūdo p bona opera labo
rat: fructum et premiū paradiſi repoꝛtat. Unde Canꝰ. vij
Mane ſurgamus ad vineas: videamus ſi floꝛuit vinea. ſi

floꝛes fructus ꝓturiūt. Spes.n.lucri eſt illud qḋ non ſinit hoīem fatigari. ⁊ ideo videmus ꝙ mercatoꝛes cū magnis laboꝛibus eunt ⁊ currūt ⁊ circueūt nūdinas ⁊ mercata ꝓ lucro aliq̄ repoꝛtādo. Apes etiā nō ceſſant ire exterius ad floꝛes querēdos vt exinde cōficiant mella ſua. Quia vere chariſſimi laboꝛes itineris. tantū debet releuare ſpes eterne dulcedinis ⁊ mercedis. Et ideo nota ꝙ nos debemꝰ ire ad paradiſi ſocietatem ⁊ quietem. quia ibi eſt Locus

Inextinguibilis charitatis.
Indiſſolubilis vnitatis.
Indefectibilis vbertatis.
Inexpugnabilis firmitatis.

Ibi.n.ē charitas inextinguibilis. q2.ſ.oīnes ſunt fratres filij dei. Vñ illuc poſſumus videre prēm ⁊ fratres noſtros. Lu.xv. Surgam ⁊ibo ad pꝛēm meū. Item ibi ē vnitas indiſſolubilis. Eſt.n.ibi ꝑpetua pax. vñ Geñ.xv. Ibis ad patres tuos in pace. Item.n. ē vbertas indefectibilis. vñ Ioh.xv. Poſui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis. p̄s. Euntes ibant ⁊ flebant ⁊c̄. veniētes aūt ⁊c̄. Item eſt ibi firmitas inexpugnabilis. Mar.xj. Ite in caſtellū qḋ cōtra vos eſt. Eamus igitur chariſſimi ad locum iſtum

Per viam rectam.
Per viam tutam.
Per viam artam.

Via.n.recta eſt veritas. Iuxta illud p̄s. Deduxit eos per viam rectam vt irent in ciuitatem habitationis. Via aūt tuta eſt humilitas.j.Mach.vj. Per loca hūilia ibant caute ⁊ oꝛdinate. Via arta eſt penalitas. de qua Exoḋ.iij. Viam triū dieꝝ ibimus in ſolitudine. Solitudo eñ eſt penitentia. vbi per tres dietas debemꝰ ire. que ſunt. Coꝛdis contritio. Oꝛis confeſſio. Opis ſatiſfactio. Per iſtas.n.vias ad ꝑadiſum tendimus. ⁊ de vinea domini ſabaoth fructū beatitudinis repoꝛtamꝰ. Ite inquit in vineā meaꝫ. q2 ſicut dr̄. Eſa.v. Vinea domini ſabaoth domus iſrael ē. Et ſic ergo patet ꝙ ad bene eundum inducimur ⁊ mouemur

Per iuſſum impatiuum.
Per nexū copulatiuum.
Per fructū ſatiatiuum.

Et ſic dico ꝙ eſt quoddam ire virtuoſum ⁊ laudabile. Sꝫ adhuc dico ꝙ eſt quoddaꝫ ire vicioſum ⁊ damnabile. Et iſtud ē ire de peccato ad viciū. de vicio ad toꝛmentū. Peccatoꝛes eñ dicūtur ire inquantū.ſ.ſolent de malo ad malū ꝓcedere. quouſq3 poſſint ad inferni terminū deuenire. Iſti eñ ſunt ſicut cancer qui neſcit ire niſi retrogradiēdo. Iſti etiā ſunt ſicut talpa que neſcit ire niſi ſub terra fodiēdo. Iſti ſunt ſicut bubo q̄ neſcit ire niſi de nocte volādo et diſcurrēdo. Quia vere chariſſimi totū iter aut ꝓgreſſus peccatoꝛū aut ē retrogradꝰ ꝑ cōtradictionē et diſcoꝛdiā. Aut eſt ſubterraneꝰ per cupiditatem et auariciā. Aut eſt etiā nocturnꝰ ꝑ obſcuritatē ⁊ ignoꝛantiā. Et ideo ꝓcerto iſti non poſſunt ad bonū terminū ꝑuenire. Nam iter retrogradū non eſt rectum. Iter ſubterraneū non eſt mundū. Iter vero nocturnū non eſt tutū. et ideo tales ad terminū inferni veniūt ⁊ labuntur. et ibidem deſcēdere compelluntᷣ. Vnde de iſtis dicitur Math.xxv. Ibunt hi in ſupplicium eternū. Vnde peccatoꝛes pñt figurari in illis rotis. Ezech.j. de quibꝰ dicitᷣ ꝙ ꝑ quatuoꝛ partes euntes ibāt. Quatuoꝛ eñ ꝑtes oꝛbis ſunt. Oꝛiens. Aq̄lo. Auſter. Occidēs. Oꝛiens ſignat ſtatū ſuꝑbie. Oꝛiens ei eſt pꝛincipiū mundi. et ſicut dicitᷣ Thob.iiij. A ſuꝑbia ſumpſit initiū omnis ꝑditio. Vnde de ſuꝑbo lucifero dicitᷣ Eſaie.xiiij. Quō cecidiſti de celo lucifer q̄ mane oꝛiebarꝭ. Aq̄lo pars frigidiſſima ſignat ſtatuꝫ inuidie. quia ſicut dicitur Hiere.j. Ab aq̄lone pandetᷣ oīne malū ſuꝑ vniuerſam terram. Ita Sap̄.ij. dicitᷣ. Per inuidiā dyaboli intrauit moꝛs in oꝛbeꝫ terraꝝ. Auſter pars feruidiſſima ſignat ſtatū auaricie. De hoc eñ dicitᷣ Iob.xxxvij. Nonne veſtimenta tua calida ſunt cū ꝑflata fuerit terra auſtroꝭ. Occidēs q̄ ē pars humidiſſima ſignat ſtatū luxurie que ex humoꝛibus et carnalitatis fetoꝛibꝰ habet oꝛtum. Vnde holoferni qui interp̄tatur infirmitas dicetᷣ Iudith.ij. Egredere aduerſus omne regnū occidētis. Infirmitas eñ eſt debilitas carnis que ſolet ſemper ad regnū occidentis ⁊ ad regnū luxurie egredi et exire. Rote ergo ꝑ quatuoꝛ partes euntes ibāt et non reuertebantur cū ambularent. et ad quem locū declinabat quē pꝛima erat. ſeq̄bantᷣ et cetere. Peccatoꝛes eñ dicūtur rote ꝓpter volubilem mutationē. Euntes. Ire ꝓpter vagabileꝫ conditionē per quatuoꝛ partes pꝛopter quadꝛuplicē ad peccatū conuerſionē. Non reuerti ꝓpter obſtinatam in peccato indurationē. Pꝛima inquit. Sequi ꝓpter mali exēpli ſequelam ⁊ imitationē. Et bꝛeuiter. q2 tales ſemꝑ eunt ⁊ volunt ire de bono in malum ideo finaliter dicitur eis illud Math.xxv. Ite maledicti in ignem eternum qui vobis paratus eſt ab oꝛigine mūdi ⁊c̄. Hoc igitᷣ de ire ſufficiat Vide ſupꝛa de ambulare. ⁊ infra de Via ⁊c̄.

## Irridere.

Nota ꝙ irridere idem eſt ꝙ illudere. Contemnere. Vilipendere. ⁊ modicū reputare. Et ſunt ideꝫ irridere ⁊ deridere. Sed quia ſupꝛa ſatis dictū eſt de contemptu. ideo bꝛeuiter diſtinguamus. Nota ergo ꝙ eſt irriſio ſeu deriſio diuina ⁊ humana. Deꝰ eñ eſt irriſoꝛ ſeu deriſoꝛ peccatoꝝ. Peccatoꝛes vero ſunt irriſoꝛes bonoꝝ ⁊ ꝑfectoꝝ. Peccatoꝛes eñ irridentᷣ a deo ꝑ eternā damnationē. iuxta illud p̄s. Qui habitat in celis. irridebit eos ⁊ dñs ſubſannabit eos. Et tūc loquetᷣ ad eos in ira ſua. ⁊ in furoꝛe ſuo conturbabit eos. Boni vero irridentᷣ a peccatoꝛibꝰ ꝑ ſue fame coꝛroſioneꝫ. Vnde Iob.xij. Deridetᷣ iuſti ſimplicitas. lampas cōtempta apud cogitationes diuitū ꝑata ad tempus ſtatutū. Vnde nota ꝙ mali derident. illudūt ⁊ vilipendūt bonos ⁊ iuſtos. eoꝝq3 facta ſuis laniāt ⁊ cōtemnunt verbis. Nam ſicut illa auis q̄ dicitᷣ vlula. q̄ nocte clamādo ⁊ in nemoribꝰ vlulando voceꝫ habet deriſoꝛiam. ⁊ etiam cantus ſuus illuſionē denotat ⁊ deriſum. Sic vere multi ſunt irriſoꝛes ⁊ deriſoꝛes. qui de factis ⁊ conditionibus alioꝝ nō ceſſant ꝯtinue vlulare. loq̄ ioculari ⁊ deridere. ita ꝙ ꝓpꝛie de vlulando vlule poſſent dicit. De quibꝰ dr̄ Neemie.iiij. Peccatū eoꝝ a facie tua nō deleatᷣ. q2 irriſerūt edificantes. Et nota ꝙ tales derident.

Superiores et coꝛrectoꝛes.
Antiquioꝛes et ſenioꝛes.
Humilioꝛes et melioꝛes.
Nobilioꝛes et foꝛtioꝛes.

Dico ergo ꝙ tales derident coꝛrectoꝛes et ſuꝑiores. Vnde Iob.xlj. Quaſi ſtipulam eſtimabit malleum et deridebit vibꝛantem haſtam. Vnde de talibus loquitᷣ Prouer.ix. Qui erudit deriſoꝛem. ipſe ſcꝫ deriſoꝛ ſibi iniuriam facit. Et ideo cōſulit ibidem. Noli arguere deriſoꝛeꝫ ne oderit te. doce iuſtū et feſtinabit accipere. Quia ſicut dr̄ Prouer.xv. Stultus irridet diſciplinaꝫ. Item iſti derident ſenioꝛes ⁊ antiquioꝛes. Vñ Iob.xxx. Nunc aūt derident me iunioꝛes tempꝛe quoꝝ patres nō dignabar ponere cum canibus gregis mei. Item derident melioꝛes ⁊ humilioꝛes. ſicut patuit in chꝛiſto crucifixo qui humiliauerat ſe vſq3 ad moꝛtē. De quo dicitᷣ Luce.xxiij. Oꝛ deriderunt eū pꝛincipes ⁊c̄. Iteꝫ derident foꝛtioꝛes ⁊ nobilioꝛes Vñ Iob.xxxix. dicitᷣ de ſtrutione ꝙ ipſa deridet equū ⁊ aſcenſoꝛeꝫ eius. Et nota ꝙ tales pꝛopꝛie compantᷣ ſtrutioni que ē auis pōdere carnis ita grauata. et plumis taliter denudata. ꝙ vt cōiter nunq̄ volat. quia vere illi ſtrutiones ⁊ pōdere carnalitatis grauioꝛes. ⁊ plumis virtutū carentiores. ſunt maioꝛes cōiter deriſoꝛes. et ad illudendum alijs ꝓmptioꝛes. ⁊ ideo cōſulit Prouer.xxij. Eijce inquit deriſoꝛem ⁊ exibit cū eo iurgiū. ceſſabuntq3 rixe ⁊ cōtumelie. Iſti ergo in die iudicij a deo ⁊ a ſanctis deridebuntᷣ et in p̄ſentia illoꝛum quos deriſerāt damnabūtᷣ. Vñ Sapie.v. dicitᷣ Impij vidētes ſanctos ⁊ beatos turbabūtᷣ timoꝛe hoꝛribili dicentes Hij ſūt quos aliq̄n habuimꝰ in deriſum ⁊ in ſimilitudinē ipꝛoꝑerij nos inſenſati vitā illoꝝ eſtimabamꝰ inſaniam ⁊c̄. Et bꝛeuiter tunc verificabitur illud Prouer.xix. Parata ſunt deriſoꝛibus iudicia ⁊ mallei percutientes ſtultoꝛum coꝛpoꝛibus. Et hoc de Deriſione ⁊ irriſione ſufficit Vide ſupꝛa de Detractione ⁊c̄.

## Irrigare.

Nota ꝙ irrigare in ſcriptura ſumitur ml̄tis modis ſcḋm ꝙ ex diuerſis cāis res artificialiter vel naturaliter irrigantur. Video enim ꝙ

Hoꝛtus irrigatᷣ ꝙ ridens vireſcat.
Campus irrigatᷣ ne nimis areſcat.
Moꝛbꝰ irrigatᷣ vt doloꝛ tepeſcat.
Ignis irrigatᷣ vt ardoꝛ accreſcat.
Arbor irrigatᷣ vt fructus excreſcat.
Fimus irrigatᷣ vt cito putreſcat.

Sic reuera dico moraliter loquendo ꝙ in ſcriptura reperitᷣ Irriguū Gratie qḋ eſt deuotoꝛum. Irriguū Lachꝛime qḋ eſt contritoꝝ. Irriguū Elemoſine qḋ eſt egenoꝝ. Irriguū Doctrine. qḋ eſt indoctoꝝ. Irriguū Gloꝛie. qḋ eſt beatoꝝ. Irriguum Foꝛtune. quod eſt peccatoꝛum.

Sicut hortus rigantᷣ deuoti vt grate vireāt.
Sicut cāpꝰ rigantᷣ ꝯtriti ne ſicci palleāt.
Sicut vulnꝰ rigantᷣ egeni ne nimis doleāt.

Pꝛimo ergo dico ꝙ ad modum

Sicut ignis rigant indocti vt magis ardeāt. horti riga
Sicut arbor rigant beati vt fructū augeant. tur deuo-
Sicut fimus rigant impij vt cito feteant. tus vt gra
te vireat. Hortus eñ irrigationibꝰ indiget ne efficiat aridꝰ ⁊ vt virens appareat ⁊ decorus. Sic vere ſancti viri ⁊ deuoti irriguo diuine gratie ꝯtinue indigent. vt virore honeſtatis ⁊ deuotōis ꝗtidie plus ſplēdeſcāt Gratia eñ diuina eſt ille fons de quo dicit Geñ. ij. Fluuiꝰ egrediebat de loco voluptatis ad irrigandū paradiſum q̄ deinde diuidit in ꝗtuor capita. Fluuiꝰ eñ iſte eſt gratia dei. a loco voluptatis. id ē ab ipo deo ꝓgrediens ⁊ emanās ⁊ ꝑadiſum. i. virū deuotū irrigans ⁊ fecūdans. q̄ quidā fluuiꝰ in capita ꝗtuor diuidit dum virtute diuine gratie ſupius ⁊ inferius. interius ⁊ exterius homo ſpūaliter dilatat. Supius dico tendens in celum ⁊ in deū. Inferius cogitans mortem. iudicium ⁊ infernum. Interius conſiderans cor ꝓprium ⁊ delictum. Exterius vero attendens erga proximum ⁊ amicum.

Superiꝰ rigat fluuius amoris. Exteriꝰ vero rigat flu
Inferius rigat fluuius timoris. uiꝰ cōpaſſionis ⁊ dul
Interius rigat fluuiꝰ doloris. coris. Et ſic vere dico

ꝙ fluuiꝰ gratie diuine ꝑadiſum. i. cōſcientiā deuotā irrigat qñ in p̄dictis ꝗtuor partibꝰ ſe dilatat. Geñ. ij. Fons aſcendebat de terra. i. gratia veniebat a deo. irrigans vniuerſam ſuꝑficiem terre. i. mētis deuote. Vt de aīa deuota dicat illud Hiere. xxxj. Erit aīa eoꝝ ſicut hortꝰ irriguꝰ ⁊ vltra nō eſurient. Igit ad modū horti ꝑ gratiam irrigat deuotꝰ vt grate vireſcat. Scd̄o dico ꝙ ad modū cāpi ꝑ lachrymaꝫ irrigat cōtritꝰ ne nimis areſcat. Quidā eñ ſunt campi ita ſteriles ⁊ ſicci ꝙ neceſſe eſt ꝙ rigent. alr̄s eñ cōuerterent in ſabulū vel deſertū. vt nec herbā ꝓducerent neqꝫ fructū. Sic vere peccator aridꝰ neceſſe habet ꝙ per penitentiā lachrymis irriget. ne ꝑ deſperationē ⁊ obſtinationē penitꝰ deſiccetur. Lachryme eñ mentē peccatoris irrigāt. ⁊ ipām a ſiccitate indeuotionis imutant. Joelis. iij. Fons de domo dñi egrediet ⁊ irrigabit torrētē ſpinaꝝ. i. pctōrē hiſpidū ⁊ ſpinoſū. Et ſic aīa penitens figurat in axa filia Caleph. cui pat ſuꝰ dedit irriguū ſuperiꝰ ⁊ irriguū inferiꝰ. ſicut dicit Joſue xv. ⁊ Judicū. j. Quia reuera aīa penitens tūc a patre ſuo deo irriguū ſuperiꝰ recipit. qñ ꝑadiſum ⁊ celū ſe ꝑdidiſſe ꝑpendit. Sed tūc irriguū inferiꝰ ſibi dat qñ lachrymas ꝓ eo ꝙ infernū acꝗſiuit ⁊ meruit admiſtrat. Dicat ergo penitēs illud p̄s. Laboraui in gemitu meo lauabo ꝑ ſinglas noctes lectū meū lachrymis meis ſtratū meū rigabo. Igit ad modū campi ꝑ lachrymam rigat contritus ne nimis areſcat.

Tertio dico ꝙ ad modū membri vulnerati rigat ꝑ elemoſynā egenus ſeu tribulatꝰ vt dolor ꝗeſcat. membra eñ vlcerata ⁊ igne ⁊ colera inflāmata aquis refrigeratiuis rigant atqꝫ lauant vt dolor leniat ⁊ infirmitas extinguat. Sic vere tribulati ⁊ pauperes aꝗs elemoſynaꝝ ⁊ beneficiorū a diuitibꝰ debent rigari. vt ardor ſue triſticie ⁊ penurie valeat temperari. Figura de magdalena q̄ lachrymis rigabat ⁊ ore oſculabat ⁊ capillis tergebat pedes ieſu. ſicut dr̄ Luce. vij. Pedes eñ corꝑis myſtici ieſu chriſti ſūt pauꝑes q̄ gradū inferiorē tenent in corꝑe ecclīe militātis. q2 reuera iſti lachrymis cōpaſſionis ⁊ oſculo dilectionis ⁊ capillis. i. diuitijs pie ſbuentionis ſūt rigandi ⁊ amicabiliter adiuuādi. Unde de diuite pio ⁊ pauꝑe ꝑſona pōt dici illud Ezec. xvij. Or palmites ſuos extendit ad illā vt irrigaret eam de areolis germinis ſui. Quarto dico ꝙ ad modū ignis per doctrinā irrigat indoctus. vt magis flameſcat. Conſtat eñ ꝙ faber videns ignē tepidū ipm̄ ſolet rigare. vt calorē poſſit de potentia ad actū educere. ⁊ ipm̄ ignē fortiꝰ inflamare Sic vere p̄latꝰ vel p̄dicator aꝗ bone ⁊ irrigue doctrie tepidas irrigat. vt ardor charitatꝭ i eis ampliꝰ cōualeſcat Job. v. Dat pluuiā ſuꝑ faciē terre ⁊ irrigat aꝗs vniuerſa. Sic rigabat alios apl̄s dicēs. j. Coꝝ. iij. Ego plantaui appollo rigauit. deꝰ aūt icremētū dedit. q2 certe ſicut ibidē ſbdit neqꝫ q̄ plātat neqꝫ q̄ rigat eſt aliꝗd. ſꝫ q̄ dat incrementū deꝰ. Adlrām eñ tales q̄ ꝑ ſacrā doctrinā irrigant. p̄ ceteris in virtutibꝰ ⁊ operibꝰ bonis creſcere cōprobant vel ſaltē plus tenent. ita ꝙ hoībus ſacra ⁊ theologica doctrina bene rigatꝭ videt dici illud Nume. xxiiij. Or pulcra tabernacula tua iacob. et tentoria tua iſrael vt valles nemoroſi vt horti iuxta fluuios irrigui. vt tabernacula q̄ fecit dñs ꝗſi cedri iuxta aquas. Aduerte tamē ꝙ bene dicit ꝙ neqꝫ q̄ rigat eſt aliꝗd. Quia vere multi ſunt rigatores ⁊ p̄dicatores q̄ non ſunt alijs meliores. imo ſunt inter ceteros. imo p̄ alijs peiores. ſimiles nubi que. ſcꝫ dum terrā rigat. ſeipām aridā cōſtituit ⁊ annihilat. q2 ſcꝫ iſti dum rigant alios ꝑ bonā doctrinā ſeipſos cōſumūt ꝑ malā vitā. Iſtud etiā pōt dici cōtra ꝗſdam p̄dicatores q̄ non libenter vadūt ad rigandū pauꝑes ſed diuites. ſcientes ꝙ ſi pauperibꝰ p̄dicarent. ipſos laute non paſcerent aut nutrirent. ſimiles cuidā fonti. de q̄ narrat Geruaſius. q̄ eſt in ꝓuincia narboñ. talis cōditiōis ꝗa dum herba eſt in pratis ſufficit ad pratū ꝯtiguū irrigandū Cum vero herba reſecata fuerit etiā fons tūc deficit ⁊ areſcit. Sic vere moderni p̄dicatores bene ꝑſeuerāt vt irrigēt prata herboſa. i. vt p̄dicent illis q̄ herbis. i. diuitijs ſūt muniti. ſiccos vero ⁊ ſecatas. i. pauꝑes ⁊ tribulatos et herbis diuitiaꝝ nudatos ſolent dimittere ⁊ de eoꝝ irrigationibus non curare. De iſtis videt poſſe dici illud ſupradictū Joelis. iij. Fons de domo dñi egrediet ⁊ irrigabit torrentē ſpinaꝝ. q. d. Iſti irrigant torrentes q̄ habent ſpinas. i. illos q̄ habent diuitias ⁊ alios nō. Nota adhuc etiā circa hoc. ꝗa reuera illi q̄ doctrina theologica plus ceteris irrigant. nō ꝓpter hoc plus alijs bonis operibꝰ fecūdant. Sunt eñ q̄dam terre ita ſicce. ꝙ nullꝰ humor ſuꝑfluꝰ ipſas fecūdat. imo ſiccitas et ſterilitas ibi magis ꝙ̄ alibi ꝑſeuerat. Harene eñ libie. fluuiū nyli ſcḋm Solinū ⁊ Senecā abſorbent. et tamē fructū nō faciūt neqꝫ portāt. Fluuiꝰ etiā eufrates in meſopotamia a terra ſorbet. q̄ licet ſit ꝓpēſius irrigata. nō magis in loco illo ꝓpter hoc fecūdat. Sic vere dico de theologis aliquibus. q2 licet irriguo ſcientiaꝝ p̄ ceteris ſunt humecti. nō tamē ꝓpter hoc plus alijs virtutibꝰ ⁊ bonis operibus ſunt repleti. quinimo ſepe accidit ꝙ ꝑ indeuotioneꝫ ſunt alijs magis nudi ⁊ vacui. Terra eñ bibula dū aquaꝫ abūdanter abſorbet humorem tamē nō retinet. nec fructū etiā ex hoc prebet. q2 reuera terra ſue volūtatis dū aquas ſuaꝝ ſcientiaꝝ attrahit nō ex hoc humore deuotōis replet ſed potius exareſcit. Eſaie. xix. Attenuabunt ⁊ exiccabunt riui aggeꝝ calamꝰ ⁊ iuncus marceſcēt. nudabit alueus riui a fonte ſuo ⁊ oīs ſemētis irrigua ſiccabit areſcet ⁊ non erit. Expone cōtra tales. Sed non ſic chariſſimi. q2 reuera iſti debent eſſe irrigui ⁊ fecūdi. ⁊ charitate ceteriſqꝫ virtutibus magis pleni. Dicat igit p̄dicator deuotꝰ exemplo xp̄i illud Eccl. xxiiij. Ego ꝗſi fluuiꝰ dorix. ⁊ ſicut aꝗductus exiui de ꝑadiſo. dixi rigabo hortū plantationū ⁊ inebriabo ꝑtus mei fructū. Dico igit ꝙ ad modū ignis ꝑ doctrinā rigatur indoctus vt magis flameſcat. Quinto dico ꝙ ad modū arboris ꝑ glīam rigat beatꝰ vt fructꝰ excreſcat. Sicut eñ videmus ꝙ ficus rigat aliquotiēs vt fructus eius citꝰ matureſcāt. Sic deꝰ aīas in celo. pluuia ⁊ refrigerio eterne voluptatis irrigat. vt fructus. i. beata fruitio in eis cōtinue maturet ꝑficiat ⁊ creſcat. Unde cuilibet beato videt dici illud Eſaie. lviij. Requiē dabit tibi dñs deꝰ ſemꝑ. ⁊ implebit ſplēdoribꝰ aīam tuā. ⁊ oſſa tua liberabit. Et erit ꝗſi ortꝰ irriguꝰ. ⁊ ſicut fontes aꝗrū cuiꝰ nō deficiēt aꝗ. Sexto vero dico ꝙ ad modū fimi ꝑ fortunā rigat impiꝰ vt cito putreſcat. Agricole eñ fimū ⁊ paleas ꝯgregatas ſolēt irrigare. vt citiꝰ poſſint putreſcere. Sic vere diabolꝰ pctōres diuitijs. delitijs. erroneis et hereticis doctrinis ⁊ ſcientijs. mūdiqꝫ honoribꝰ ⁊ eminētijs irrigat. vt ipos ꝑ peccata putreſcere cito cogat. Uñ de diuitibꝰ mundi dr̄ Job. xxj. Iſte morit robuſtus ⁊ ſanus. diues ⁊ felix. viſcera eiꝰ plena ſūt adipe. ⁊ medullis oſſa ipſius irrigant. Fortuna eñ ſeu etiā mūdi ſciā ⁊ ſapiā videt ſimilis illi fluuio ſeu fonti q̄ eſt in ytalia. q̄ cōtinue feruet ⁊ bullit. q̄ penitꝰ nihil valet ꝓ agris irrigādis. q2 terra q̄ aquis ipſiꝰ tangit ⁊ ꝑ quā riuꝰ eiꝰ ducit in lapidem mutat. Sicut dicit Plinius. Sic vere ꝗcꝗd fluuiꝰ fortune ⁊ mūdane ſapie irrigat. in lapidē. i. in mentalis obſtinatiōis duriciā illud mutat Geñ. xiij. vbi dicit. Or Loth diuiſus ab abraham vidit regionē ſodomoꝝ q̄ peſſimi erāt corā dño. q̄ vniuerſa irrigabat aꝗs ſicut ꝑadiſus dei et ſicut egyptus. elegitqꝫ habitationē circa Jordaneꝫ ⁊ receſſit ab oriente. Sicut tñ dicit in ca. ſequēti. cito poſt ibi fuit ꝑ chodorlaomor ⁊ alios reges raptus ⁊ ab eis captiuatꝰ. Iſta eñ regio peſſimoꝝ ſignat mundū ⁊ ꝓſperitatē mūdanā. q̄ ſcꝫ aꝗs p̄ſatis multipliciter irrigat. In iſta ſꝫ

loth qui interpretaꝛ declinans.id eſt peccatoꝛ a deo decli-
nans ⁊ fugiens.⁊ ab Abꝛaham.i.a ſanctis hominib⁹ ſe di-
uidens ⁊ recedens cupit habitare ⁊ ab oꝛiente gratie decli-
nare ⁊ recedere.vbi certe Chodoꝛlaomoꝛ cū alijs regibus
ſcꝫ lucifer cū ſuis cōplicib⁹ ipm̄ ſolet ꝑ diuerſa peccata ca-
pere.⁊ in infernū finaliter captiuare. Talis ergo irrigatio
non eſt bona ex qua oꝛiꝛ captiuitas ſempiterna.De tali er
go irrigatione diciꝛ Ezec.xxxij.Et videꝛ dn̄s loqui diabo
lo vel foꝛtune dicens.Sup faciem agri abijciam te ⁊ habi-
tare faciā ſup te omnia volatilia celi.⁊ ſaturabo de te vni-
uerſas beſtias terre.⁊ dabo carnes tuas ſup montes.⁊ im
plebo colles tuos ſanie tua.⁊ irrigabo terrā fetoꝛe ſangui-
nis tui.Expone ⁊ applica quō diabol⁹ habet carnes.ſaniē
⁊ ſanguinē.⁊ quō exinde irrigant ſaturant ⁊ iplent volati
lia beſtie.mōtes ⁊ colles ⁊c. Pꝫ ergo quō irrigatio ſumiꝛ
bis ſex modis.Vide vbi aqua.Flumen.fons.riuus ⁊c.

**Irritare.** Nota ꝙ irritare quandoqꝫ accipiꝛ pꝛo offendere ſeu ꝓuocare.Et ſic accipiꝛ cō
muniter in ſcriptura.Vn̄.iiij.Regū.xvij. Irritauerūt deū
verbis non rectis.Et Deut.xxxij.Ipſi ꝓuocauerūt me in
eo qui nō erat deus.Et irritauerūt in vanitatibus ſuis. Et
ego ꝓuocabo eos in eo qui nō eſt popul⁹.⁊ in gente ſtulta
irritabo illos.Item qn̄qꝫ accipiꝛ ꝓ caſſare.vel defraudare
ſicut in ps̄.Exacerbauerunt eloquia dei ⁊ conſilium altiſſi
mi irritauerūt.id eſt caſſum ⁊ vacuū effecerūt.Sed de hoc
vide infra vbi Offendere.et de Pꝛouocare.et vbi Irritus

**Irritus.ta.tū.** Nota ꝙ irritū idē eſt qḋ de-ſtructū.Annihilatū ⁊ Diſſi-
patum.Inane.Vacuū ſeu caſſum.Et eſt ꝓpꝛie irritatio ali
cuius boni violatio vel deſtructio.⁊ potiſſime alicuius cō-
uentionis vel pacti irruptio.Et ſic irritatio dicit mihi pec-
catum.vn̄ de peccatoꝛib⁹ diciꝛ Hiere.xj.Irritū fecerūt do
mus iſrael.⁊ dom⁹ mea pactū meū.Sicut em̄ vaſallus ꝓ-
mittens domino fidelitatem.irritū facit pactū ⁊ ꝓmiſſio-
nem qn̄ venit cōtra iuratam fidelitatem.Sic vere qꝛ in ba
ptiſmo nos facti ſumus vaſalli xp̄i.⁊ eidem pepigimus fi-
dem ⁊ reuerentiā exhibere.⁊ erga ipm̄ in moꝛib⁹ iuſte ⁊ de
bite nos habere.irritū facimus pactū iſtud qn̄ per peccatū
ipm̄ dimittimus ⁊ diabolo ipſius aduerſario obedimus.
Vnde Eſaie.xxxiij.Ceſſauit tranſiens ꝑ ſemitā irritū factū
eſt pactū. Et in ps̄.diciꝛ. Irritat aduerſari⁹ nomen tuū in
finem.Sicut ergo papa ſolet irritare infringere ⁊ caſſare il
la que facta fuerunt cōtra iura.Sic vere chariſſimi deus ſo
let caſſa ⁊ irrita reputare mala opa noſtra.vel etiam bona
opa ſi in peccato fuerūt ꝑpetrata vel ſi ꝑ ſequens moꝛtale
fuerint moꝛtificata.De hoc habem⁹ figurā Nume.vj.vbi
diciꝛ Qꝛ ſi nazareus anteqꝫ ſanctificationem compleuerit
moꝛtuū tetigerit ſuā ſanctificatio irrita fiebat.ita ꝙ oēs
dies quos ꝑmitus cōpleuerat nullatenus cōputanꝛ. imo
de nouo cerimonias reincipe tenebaꝛ. Quia vere chariſſi-
mi cū ſanctificatio noſtra omni die debeat incipere nec de-
bet vſqꝫ ad moꝛtis terminū terminari.hinc eſt ꝙ ſi moꝛtu-
um tetigerim⁹.i.ſi aliqḋ peccatū moꝛtale cōmiſerim⁹.om-
nes dies ſanctificatōnis noſtre.ꝑcedentis.i.omnia opa bo
na noſtra ꝑcedentia vana ⁊ irrita reputanꝛ.Quia ſicut dꝛ
Ezech.xviij.Si iuſtus auerterit ſe a iuſticia.oēs iuſticie
eius quas fecerat nō reputabunꝛ.qnimmo neceſſe eſt ꝙ ꝑ
dicta opa reincipiat. et ꝙ ad benefaciendū quaſi de nouo
iterum ſe conuertat ⁊c.Omitto materiā quia ſterilis eſt.

**Irruere.** Nota ꝙ irruere dicit mihi quendā ſubi-tum repētinū ⁊ inexcogitatū motum.
Et poteſt accipi in bono ⁊ in malo.inqꝫtū ſcꝫ pōt eſſe act⁹
⁊ mot⁹ alicuius bone rei vel male.Et iō qꝛ irruere pōt ꝑti-
nere ad ſanctiſpūs agilitatē. ad diabolicā malignitatē vel
ad mali hominis crudelitatē ꝑoſſumus notare ꝙ eſt que
dam irruitio mirabilis que eſt eligenda.Quedam damna
bilis que eſt pꝛecauenda.Quedam

Miraculoſa.
Periculoſa.
Pernicioſa.

Pꝛimo ergo dico ꝙ eſt irruitio miracu
loſa que eſt ſanctiſpūs iſpiratio.Spūs.
em̄ ſctūs diciꝛ irruere iuxta illḋ Ezech.
xj.Irruit in me ſpūs dn̄i.qꝛ ſcꝫ repente ⁊ ſubito conſueuit
hoibus inſpirare.Teſte em̄ Ambꝛo.Neſcit tarda molimi
na ſpūſſancti gratia.Et ideo ſpūſſanctus dꝛ mobilis.coin-
quinatus.certus.ſuauis.amans bonū ⁊c.Sap̄.vij.Vnde
de beato Paulo diciꝛ Actuū.ix.ꝙ lux de celo circūfulſit eū
ſubito.De diſcipulis etiā diciꝛ Act.ij.ꝙ factus eſt repente
de celo ſonus aduenientis ſpūs vehemētis. Spūs em̄ vbi
vult ſpirat Ioh.iij.Qui tunc diciꝛ in hoiem irruere.quan
do ipm̄ ſolet ſubito ⁊ inſperate ad bonum aliqḋ inſpirare.
Figura iudicū. xiiij.⁊.xv. vbi diciꝛ. Qꝛ ſpūs dn̄i irruit in
Samſonē ⁊ rupit funes qbus ligabaꝛ.⁊ dilacerauit leonē
Quia vere chariſſimi qn̄ ſpūs ſpūalis ⁊ diuine inſpiratōis
irruit in hoiem ipm̄ cōuertendo vel ad bonū mouendo.ſe-
pe fit ꝙ funes auaricie lacerat.⁊ ꝙ leonē ſupbie ſupat atqꝫ
domat. Nume.xxiiij.Irruente ſpū dn̄i in balaam ⁊c.Iſta
eſt ergo irruitio miraculoſa. Scḋo dico ꝙ eſt irruitio ꝑi
culoſa.⁊ iſta eſt irrutio ſeu tētatio diabolica.Sicut em̄ cat
tus caute expectat murem exire de foꝛamine.⁊ dum nō ad
uertit ſubito irruit ⁊ capit ⁊ tandē poſtqꝫ cū ipſo luſerit ip-
ſum finaliter lacerat ⁊ occidit.Sic vere diabolus caute ex
pectat ꝙ mus.i.anima foꝛamē ſtricte cōſcientie exeat ⁊ di-
mittat.ſe ad aliqua exterioꝛa delectabilia relaxanda. ſbito
dum nō cauet irruit in eam ꝑ ſubitas tentationes.capit ea
ꝑ conſenſus ⁊ opationes.ludit cū ea ꝑ malas cōplacētias
⁊ delectationes.⁊ finaliter occidit ꝑ moꝛtis tꝑalis ⁊ eterne
vulnera ⁊ inflictiones Iob.xvj. Concidit me vulnere ſup
vulnus irruit in me ſicut gygas. Iſta eſt ergo irruitio ꝑicu
loſa. Tertio dico ꝙ eſt irruitio ꝑnitioſa.Et iſta eſt irrui-
tio rapine ⁊ exactionis.Quia mūdi raptoꝛes ⁊ vſurarij ſo
lent in paupes irruere.⁊ ad modū latronū nemoꝝ veſtes
bonoꝝ tempoꝛaliū ſubripere ⁊ auferre.Similes leoni qui
ſub folijs latitat.vt dum beſtie nō aduertant in ipſas irru
at ⁊ occidat ſicut dicit Plini⁹.Quia vere chariſſimi illi qui
in alios volunt ꝑ rapinam ⁊ vſuram irruere.ſemꝑ ſolent
ſe aliquib⁹ folijs.id eſt aliquib⁹ occaſionib⁹ ⁊ fictis pallia
tionibus operire.vt ſic ſub ſpecie alicuius boni ſeu iuſticie
poſſint ſuā maliciā exercere.Sicut patet de vſurarijs. qui
ſub ſpecie mutui.de malis balliuis ⁊ iudicib⁹ qui ſub ſpe-
cie alicuius cōmiſſi delicti inferunt alijs nocumenta.Figu
rati.j. Regū.xxij.In doech ydumeo pꝛincipe paſtoꝝ ſaul
qui irruit in ſacerdotes domini ⁊ occidit eos. qꝛ ſcꝫ tyran-
ni ⁊ officiales ad litterā in ſacerdotes ⁊ eccleſiaſticos ꝑ ce-
teris irruūt.⁊ eos plus qꝫ alios fatigant atqꝫ ledūt Hiere.
xlviij.Supvindemiā meā ꝑdo irruit.Vnde repꝛehenſiue ta
libus diciꝛ in ſcriptura in ps̄.Quouſqꝫ irruitis in hominē.
interficitis vniuerſi vos tanqꝫ parieti inclinato ⁊ macerie
depulſe.Sic ergo patet ꝙ irruitio diciꝛ tribus modis ⁊c.

**Iſrahel.** Nota ꝙ iſrael quandoqꝫ ſuppo-nit ꝓ ꝑſona.qn̄qꝫ ꝓ populo. qn̄
qꝫ ꝓ regno. Pꝛo perſona ſupponit Gen̄.xxxij.vbi
diciꝛ. Non vocaberis vltra iacob ſed iſrael appellabiꝛ no
men tuū. Pꝛo populo ſupponit.ij.Regū.xv.Vniuerſus iſ
rael ſecutus eſt Abſalon. Pꝛo regno vero ſupponit Ecci.
xxiiij.In Iacob inhabita ⁊ in iſrl̄ hereditare. Moꝛaliꝛ er
go loquendo ꝑ iſrael pōt intelligi vir ꝑfectus.ſtatus eccle-
ſiaſticus ⁊ etiā paradiſus. Per iſrael ergo poteſt ſignari

Moꝛalis conuerſatio.et
Clericoꝛum cōgregatio.
Celeſtis habitatio.

Moꝛalis dico ꝯuerſatio.qꝛ.ſ.
ꝑ iſrael pōt intelligi vir ꝑfect⁹
⁊ etiā ſtatus eccleſiaſticus vbi
eſt congregatio ꝑfectoꝝ.qꝛ iſrael interꝑtaꝛ videns deum.
Iſrael dictus fuit Iacob qui interꝑtaꝛ ſupplantatoꝛ.Iſ-
rael fuit paſtoꝛ ouiū.iſrael fuit ſimplex ⁊ ſine pilis. Iſrael
benedictionē fratris ſui Eſau repoꝛtauit.⁊ eius pꝛimoge-
nita dimittendo ſibi lenticulam acquiſiuit.Sic vere vir ꝑ-
fectus dꝛ iſrael vides deū ꝑ fidē ⁊ deuotionē. Iacob ſup-
plantās diabolū ꝑ penitentiā ⁊ cōuerſionē. Paſtoꝛ ⁊ nu-
tritoꝛ ouiū.id eſt pauperū per elemoſinarum largitionem.
Simplex ⁊ rectus et timens deum ꝑ puram ⁊ innocentem
intentionem. Fratris ſui ſcꝫ luciferi benedictionem ⁊ he-
reditatem repoꝛtās et baptiſmi et fidei ſuſceptionē. Lenti
culā vero bonoꝝ temꝑoꝛaliū dimittens per cōtemptū ⁊ vi
lipenſionem.Et ſic iſte pꝛopꝛie diciꝛ iſrael per omnimodā
virtutem et ꝑfectionem. vt ſic de ipſo poteſt exponi illud
Eſaie.xlj.Et tu iſrael ſerue meus. ſemen Abꝛaham amici
mei.Vbi oſtendiꝛ ꝙ ille qui vult eſſe ſpiritualiter iſrael de
bet eſſe Contemplatoꝛ ſumme maieſtatis. iſrael.i. videns
deum. Famulatoꝛ ſumme poteſtatis.Serue meus. Imi-
tatoꝛ ſūme bonitatis.Semen abꝛaham. Dico ergo ꝙ nos

debemus habere Diſcretionem ad contemplandū.qꝛ de-
bemus eſſe iſrael.Subiectionē ad famulandū qꝛ debemus
eſſe ſerui dei. Affectionem ad imitandū.quia debemꝰ nos
reputare ſemen abrahami.Simus ergo.Secretoꝝ cōtem-
platores.Dominoꝝ famulatores.Melioruꝫ imitatores.
Dico ergo ꝙ nos debemus eſſe ſecretoꝝ contemplato-
res. Quia debemus eſſe iſrael.i. deum videntes. quia ſcꝫ
deum ⁊ ſecreta celeſtia debemus per conſideratioņeꝫ ⁊ cō
templationem videre.⁊ ibidem cordis oculum ſemper ha
bere.Aues enim vt cōmuniter nunq̄ꝫ vident vel reſpiciunt
aliquid cum duobus oculis ſimul.Habent enim ſicut ſer-
pentes oculos in tymporibus non in fronte.Et ideo quo-
tienſcunqꝫ viderint aliquid.cū vno oculo ad terram reſpi
ciunt.ſemper alium oculū ſurſum leuāt. In quo poſſumꝰ
ſpiritualiter inſtrui ꝙ oculū corporis ⁊ oculū cordis debe-
mus diuerſificare.Quia licet ſenſus corporis ad terram.i.
ad terrena miniſtranda reſpiciāt.ſemper tamen neceſſe eſt
ꝙ cordis oculi ſurſum tendant.et ꝙ quicquid inferius fe-
cerimus in mūdanis.ſemper oculo cordis reſpiciamus ſu
perꝰ in diuinis.Luce.xxj. Reſpicite ⁊ leuate capita veſtra
Nunq̄ꝫ enim debent duo oculi noſtri.id eſt duplex noſtra
attentio ⁊ conſideraio eſſe circa terrena.Quia ſm ps̄. Di-
uitie ſi affluant nolite cor opponere. quaſi diceret. quicq̄d
ſit de occupatione corporis.ibi tamen nunq̄ꝫ debet attēde-
re oculus cordis.Quia nos debemus eſſe iſrael.id eſt vidē
tes deum ⁊ ad deū principaliter attendentes.Unde deut.
xxxiij.Oculus Jacob in terra frumenti ⁊ vini. Sequitur.
Beatus tu iſrael quis ſimilis tibi. Oculus em̄ cordis no-
ſtri ſemper debet eſſe ſurſum ad deū ⁊ ad bona eterna per
conſiderationem ⁊ contemplationem vbi eſt. Terra dura
bilis firmitatis.Frumentū delectabilis ſatietatis. ⁊ Uinū
amicabilis iocūditatis.Simus ergo dei ſecretoꝝ contēpla
tores. Secundo ſimus noſtroꝝ maiorum famulatores.
Serue meus inquit.Ad verū em̄ iſraeliticū ⁊ perfectum ꝑ
tinet ſeruire.famulari ⁊ obedire ſuis ſuperiorībꝰ et prelatꝭ
et maxime deo. Planete enim que ſunt ſub firmamento ſi
bi continue famulanť.motui et tractui eius obediendo. et
ip̄m ſequendo et imitando.Apes etiaꝫ ſeruiūt regi ſuo. et
eius obſequijs ſe applicant toto poſſe Et breuiter iſtud eſt
verum.ꝙ illud quod eſt inferius ſeruit et obedit naturali-
ter illi quod eſt ſuum ſuperius atqꝫ maius.Quia igitur de
us ⁊ prelati ſunt noſtri ſuperiores.dico ꝙ eis debemus ſer
uire.eoꝝ mandata complere et nos eoꝝ obſequijs appli-
care.Serue meus inquit.Unde.ij.Regū.xv.diciť.Oꝫ om
nis iſrael ſecutus eſt abſalon.qui interpretať pater pacis.
Hieremie.ij. Nunquid ſeruus eſt iſrael aut vernaculꝰ qua
ſi diceret ſic debet eſſe. Quod maxime pertinet ad nos ec-
cleſiaſticos.qui pro ſeruiendo hereditatem eccleſie poſſide
mus.Quia ſicut diciť Eſaie.lix. Hec eſt hereditas ſeruoꝝ
domini.vnde de iſrael diciť in ps̄.Oꝫ dominus dedit terrā
eoꝝ.id eſt ſecularīū.hereditatem iſrael ſeruo ſuo. De mul
tis tamen verificatum eſt illud Prouerbio.xxix. Qui deli-
cate nutrit ſeruū ſuū.ip̄m in fine ſentiet contumacē.Quia
enim bonis eccleſie ſumus dilatati.impinguati.incraſſati.
Hinc eſt ꝙ contra dominum calcitramus.et ei ſeruire no-
lumus vt tenemur.ſed ſicut mali ſerui ⁊ infideles eius im
perio rebellamus. Non ſic igiť ſed ſimus noſtrorū maioꝝ
famulatores Joſue.xxiiij.Seruiuit iſrael domino cunctis
diebus Joſue. Tertio dico Oꝫ nos debemus eſſe viro-
rum bonoꝝ imitatores.quod oſtendiť cum diciť.Semen
Abrahami.q.d.Si filij abrahe eſtis.opera abrae facite Jo-
han.viij.Semen enim quod ſeminatū eſt cōformať illi ani
mali cuius eſt ſemen.Unde de ſemine hominis naſciť ho-
mo non porcus vel mulus.et econuerſo. ad denotandum
ꝙ nos qui ſumus ſemen.id eſt ſucceſſores ſanctoꝝ patruꝫ
qui fuerūt predeceſſores noſtri in ordine vel eccleſia quam
habemus.debemus illis in moribus conformari.et eos in
virtutibus imitari.Ut ſic dicamus.Semen Abrahe ſumꝰ
et nemini ſeruiuimus vnq̄ꝫ.Johannis.viij.Aduertendum
tamen ꝙ q̄ꝫuis ſemen a bona herba vel arbore ſumpſerit
originem.quandoqꝫ tamen taliter corrumpiť ꝙ ſuam ori-
ginem nullatenus imitať.ita ꝙ exinde nullus fructus vti-
litatis reportať.Sic vere chariſſimi multi ſunt in eccleſia
et religione.qui q̄ꝫuis a bona radice proceſſerint.⁊ a bonis

fundatoribus fuerint inſtituti.ipſi tamen ſunt ſemen peſſi-
ferum et corruptū ita ꝙ nullum proferunt bonū fructum.
Quibus diciť Eſaie.j.Ue genti peccatrici poplo graui ini-
quitate.ſemini nequam.filijs ſceleratis. Non ſic ergo. ſed
ſi volumus eſſe iſrael ſimus predeceſſoꝝ imitatores. Se-
men inquit.Unde Hieremie.xxxj.diciť.Seminabo domū
iſrael ⁊ domum iuda ſemine hominis. Et ſic patet ꝙ ſi vo
lumus iſrael proprie nominari.neceſſe eſt.

| | |
|---|---|
| Oꝫ bonis predeceſſoribus conformemur. | Et ſic erimus |
| Oꝫ noſtris ſuperioribus famulemur. | ſpūaliter iſrl' |
| Oꝫ rebus ꝓfundioribus contemplemur. | ita ꝙ de nob |

poterit dominus dicere illud Oſee.xiiij. Ero quaſi ros. et
iſrael germinabit q̄ſi liliū.Et ſic dico ꝙ ſicut ppl's iſrl' fuit

| | |
|---|---|
| Deo precipue dedicatus. | Et ad poſſiden- |
| Dei cerimonijs ⁊ legibus ſubiugatus. | dam terram ꝓ- |
| A paganis et ydolatris ſeparatus. | miſſionis a deo |
| Ab egypto mirabiliter liberatus. | principaliter or |
| In deſerto damnabiliter flagellatus. | dinatus.Sic ve |

re ſancti viri et perfecti et maxime eccleſiaſtici ſolent

| | |
|---|---|
| Dei ſeruitio dedicari. | In deſerto penitentie con |
| Diuinis legibus ſubiugari. | uerſari.Et ſic finaliter po- |
| A malis gentibꝰ ſegregari. | tenimꝰ in terra promiſſio- |
| Ab egypto peccati liberari. | nis paradiſi feliciter domi |

nari.et ſic verificabiť illud Hieremie.xxxiij. In diebꝰ illis
ſaluabiť iuda et iſrahel habitabit confidenter. Et Hiere-
mie.xxxj. Inuenit gratiā in deſerto vadet ad requiē ſuam
iſrael.Sed heu ꝓculdubio q̄ꝫ proprie videť loqui apoſto-
lus Roma.ix.vbi dicit ſic. Non enim omnes qui ſunt ex iſ
rael hij ſunt iſraelite.Quia vere chariſſimi multi ſūt hodie
qui vocantur iſrael.i. viri eccleſiaſtici.qui ſcꝫ crednť viri
boni ⁊ perfecti.qui tm̄ non ſunt in veritate iſraelite.qꝛ ſcili-
cet non ſunt ſpūales et boni.Unde nota ꝙ in pplo iſraeliti
co.id eſt in ſtatu eccleſiaſtico inueniunť hodie multa gene
ra peccatorum videlicet.Carentes virtute

| | |
|---|---|
| Gratitudinis. | Deficit enim hodie in iſrael gratitudo |
| Fortitudinis. | Ingrati ſunt em̄ deo qui tot beneficia |
| Rectitudinis. | dedit eis. Unde Eſa.j. Cognouit bos |

poſſeſſorem ſuū.⁊ aſinus preſepe domini ſui.iſrael aūt me
non cognouit. Item ibi deficit fortitudo. Non em̄ ſunt for
tes ad reſiſtendū alicui tentatiōi.Unde Joſue.vij.Uideo
iſrael hoſtibꝰ terga vertere. Item ibi deficit rectitudo. qꝛ
ſcilicet veritas ⁊ rectitudo iuſticie ibi ceſſant.Unde Oſee.
iiij.Sicut vacca laſciuiens declinauit iſrael. nunc paſcet
eos dominus. Non ſic ergo non.ſed ſimus iſrael in bono
ſignificato.et ſimus iſrael et iſraelite.vt de quolibet noſtrū
dicatur illud Johan.j.Ecce vere iſrahelita in quo dolus
non eſt.Et ſic patet quomodo per iſrael intelligiť vir per-
fectus vel etiam perfectorum ſtatus. Sed adhuc poſſet
dici ꝙ per iſrael intelligiť paradiſi locus. In iſto enim lo-
co eſt perfecta viſio dei.⁊ ſicut regnum iſrael fuit in terra
promiſſionis vbi dauid ⁊ Salomon regnauerunt.ſic in pa
radiſo et in illa patria que chriſti fidelibus eſt promiſſa.et
vbi dauid.id eſt chriſtus imperat atqꝫ regnat. Iſta igitur.
eſt hereditas et habitatio affectanda.ad quod mouet ſcri-
ptura. Eccleſiaſtici.xxiiij. In iacob inhabita et in iſrael he
reditare ⁊c.Sufficit.Uide in multis alijs titulis.

**Iſte.** Nota ꝙ iſtud pronomen iſte.cum ſit pronomē
demonſtratiuum.in ſcriptura ſignat mltis mo-
dis.Et nota ꝙ iſtud pronomen iſte.dicitur quandoqꝫ de ꝑ
ſonis.quandoqꝫ de rebus.quandoqꝫ de locis. Et primo
quidem dicitur de perſonis. ⁊ ſic dicam ꝙ iſtud pronomē
iſte.poteſt predicari de chriſto.Sicut enim iſte eſt prono-
men demonſtratiuū ſignificans realem exiſtentiā ⁊ naturā
qꝛ ſcꝫ ratio demonſtratiua eſt illa per quā veritas neceſſa-
rio concludiť.⁊ inferť demonſtratio.Etiā diciť illud q̄ q̄d
euidens.ſolemne.notabile.ſpectabile ⁊ demonſtrabile indi
cať. Illud inſup demonſtratiuū diciť per qđ aliq̄d alijs o-
ſtendiť ⁊ monſtrať.Sic dicam ꝙ xp̄s pōt dici iſte.Et p̄mo
qꝛ diciť ꝓnomen qđ poniť ꝓ noie.qꝛ xp̄s ſe poſuit ⁊ expo
ſuit ꝓ homine ꝓpter ſuā piiſſimā charitatē. qꝛ ſcꝫ iſte fuit
pōtifex ex hoibus aſſumptꝰ. q̄ ꝓ hoibus cōſtituiť in his q̄
ſunt ad deū Hebre.v.Diciť etiā demōſtratiuꝰ ꝓpter ſue di
uinitatis realiſſimā q̄dditatē ⁊ ꝓpter ſue indefectibilis po
tentie maieſtatē.Eſa.xxv.Ecce dn̄s deus noſter iſte. expe-

ctauimus eū ⁊ ſaluabit nos. iſte dominus ſuſtinuimus eū
et exaltabimus ⁊ letabimur in ſalutari eius. Item iuit etiā
alio modo demonſtratiuꝰ .i. demōſtrari dignꝰ per ipſius no
tabilem ſanctitatē. ⁊ per ipſius ſplendidiſſimā honeſtatem
vnde queraꝛ de ipſo Eſa. lxiij. Quis eſt iſte q̄ venit de edō
⁊c. Reſpōdeꝛ ibidē. Iſte formoſus in ſtola ſua ⁊c. Itē alio
inſuꝑ mō demonſtratiuꝰ extitit. eo ꝙ viā vite alijs demō-
ſtrauit verbo ⁊ exemplo ⁊c. Ad patriā deſtinauit ꝑ ſue ſcie
infallibilē veritatē. Unde deus pater potuit de eo dicere il-
lud Act. ix. Uas electionis eſt mihi iſte vt portet nomē me
um corā regibus ⁊ principibus ⁊ filijs iſrael. ⁊ ſic bene patꝫ
ꝙ iſtud ꝓnomen iſte. aliquādo p̄dicaꝛ de chriſto. Dein-
de dico ꝙ aliquando p̄dicaꝛ de iuſto. Iuſtus em̄ diciꝛ ꝓno
men. q2 ꝓ alijs ſe ſolet ponere ⁊ exponere. ſcꝫ ꝓ eis orādo
⁊ intercedendo. ipſos defendendo ⁊ coadiuuādo. ꝓ ipſoꝝ
cōcordijs tractādo atqꝫ meditando. ij. Mach. xv. Hic eſt
fratrum amator ⁊ populi iſrael. Hic eſt q̄ multū orat ꝓ po
pulo ⁊c. Ut de ipſo dicant alij. illud Gen̄. v. qđ ſcꝫ dictū eſt
de Noe. Iſte cōſolabiꝛ nos ab operibus ⁊ laboribꝰ manuū
noſtraꝝ in terra cui maledixit dn̄s. Demonſtratiuꝰ eſt etiā
veraciter ⁊ realiter exiſtendo ⁊ ꝑmanendo. ⁊ viā vite alijs
verbis ⁊ exemplis mōſtrando ⁊ ſe virtutibus claꝝ ⁊ demō
ſtrabilē oſtendēdo. Unde illud p̄dictū Eſaie. lxiij. Iſte for
moſus in ſtola ſua gradiens in m̄ltitudine fortitudinis ſue
vt de multitudine ⁊ pulcritudine ſanctitatis iſtius dicaꝛ il
lud Luce. ij. Et ecce homo erat in hieruſalē cui nomen ſy-
meon. ⁊ homo iſte iuſtus ⁊ timoratus expectans conſola-
tionem iſrael. et ſpūſſanctus erat in eo. In quibus verbis
ſua ſanctitas ⁊ claritas demonſtratiua commendatur.
A decentie fulgido nitore. Ecce. A prudentie prouido ſplē
dore. Homo. A conſtantie ſolido vigore. Erat. A concor-
die placito dulcore. Hieruſalem. A triſticie turbido mero-
re. Symeon. A rectitudinis liberato timore Iuſtus. A cer
titudinis ſperato languore. Expectans. A beatitudinis gu
ſtato ſapore. Conſolatiouē iſrael. A plenitudinis conferto
valore. Spūſſanctus erat in eo. Per ecce aduerbium de
monſtrandi intelligiꝛ ſplendor honeſtatis ⁊ decentie. que
ſcꝫ obtutibus hominū pre alijs virtutibꝰ demonſtraꝛ. Cā-
ti. ij. Ecce iſte venit ſaliens in montibus ⁊ tranſiliēs colles
Uide ſupra de Ecce. Per iſtud vocabulū homo qđ eſt ani
mal rationale domeſticū ⁊ ciuile intelligiꝛ virtus prudētie.
Uide ſupra de Homo. ⁊ ſupra de Iohannes. ⁊ allega de
illo iſte. illud Luce. xxiij. Nullā cauſam ſcꝫ mortis inuenio
in homine iſto. id eſt in viro ratione vtente. De Erat quod
eſt verbū ſubſtātiuū eſſentiā. quidditatē ⁊ realitatē ſignās
Uide ſupra vbi Eſſe. ⁊ vbi Abraham. Et allega de illo iſte
illud Math. xxvij. Uere filius dei erat iſte. Et. j. Regū. xxj
⁊. xxix. Nunq̄d non iſte eſt Dauid rex terre? Nōne huic cā
tabant ꝑ choros dicētes. Saul ꝑcuſſit mille ⁊ dauid decē
milia. De hieruſalē que interpretaꝛ viſio pacis. ⁊ que pa-
cem ⁊ cōcordiā ſignat vide ſupra vbi hieruſalē ⁊ in alijs ti
tulis. Et allega de illo iſte. illud Ezech. v. Iſta eſt hieruſalē
in medio gentiū poſui eam. ⁊ incircuitu eius terras. Expo-
ne quō pacificator debet eſſe in medio ⁊ tenere mediū. ⁊ q̄
modo alij ſunt circa eū. ⁊ quō tales ſolēt ab alijs circuiri et
frequētari. ⁊ amari ⁊ venerari. De ſymeon q̄ interp̄taꝛ au
diens merorē. ⁊ de timoratus q̄ ſunt vocabula ſignātia ſpi
ritalē triſticiā ⁊ tremorē. qua ſcꝫ iuſtus timet ⁊ turbaꝛ de
offenſa dei rōne culpe. q2 ꝑadiſum ꝑdidit ⁊ mortē inuenit.
Uide vbi Timor ⁊ vbi Fletus. ⁊ Meror. Et allega de illo
iſte. illud Thob. vij. vbi angelus loquēs thobie de Sara
filia raguelis per quā intelligo gratiā diuinā diciꝛ ſic. No
li timere dare illā iſti qm̄ huic timēti deū debeꝛ cōiunx filia
tua. Et poſſunt eſſe verba loquentis deo de iuſto ⁊ de gra
tia. Iuſtus vero ſignat rectitudinē et temperantiā morū.
Uide in titulo de iuſticia ⁊ de iuſto. Et allega de illo iſte. il-
lud Eſaie. xxxiij. Qui ambulat in iuſticijs ⁊ cuſtodit verita
tem. qui ꝓijcit auariciā ex calumnia ⁊ excutit manus ſuas
ab oī munere. q̄ obturat aures ſuas ne audiat ſanguinē. ⁊
claudit oclos ſuos ne videat malū. iſte i excelſis hitabit. et
bn̄ iſte i excelſis hitabit. ſ. in ꝑadiſo. q2 ſicut dr̄. iij. Reg. xxij.
Rex iſrael p̄cepit adduci ad ſe micheā ꝓphetā qui interp̄-
tatur quis eſt iſte Feſtina inquit adducere micheā filiū iem
la. q2 ſcꝫ talis iuſtus de quo admiratiue diciꝛ. quis ē iſte.
ad regem finaliter adduciꝛ ⁊ in ꝑadiſo corā eo p̄ſentaꝛ. ij.
Paral. xviij. Uoca cito micheā filiū iemla. De expectans
aūt quō ſignat ſpem. fiduciā ⁊ patientiā vide in titulo de ex
pectare ⁊ concordia. pſ. Iſte pauꝑ clamauit ⁊ dn̄s exaudi
uit eū. Ut ⁊ talis dicat illud Tren̄. ij. Iſte ē dies quā expe-
ctabamus. inuenimus ⁊ vidimus. De conſolatione aūt iſ-
rael quō ſignat guſtū beatitudinis eterne maxime q2 iſrael
interp̄taꝛ videns. Uide de Conſolatione ⁊ iſrael. Et allega
de illo iſte. illud Gen̄. v. Iſte cōſolabiꝛ ⁊c. vt ſ. De ſpūſan-
cto vero qui erat in eo quō ſignat plenitudinē gratiaꝝ. vi-
de vbi Spūſſanctus. Et allega de illo iſte. illud. iiij. Regū.
iiij. Animaduerto ꝙ vir iſte ſanctus ſit. Sāctitudo em̄ ple
nitudinē virtutū importat. Sic ergo dico ꝙ per iſte. intell
g tur omnis ꝑfectio virtuoſa. vt de populo iuſtoꝝ dicaꝛ il-
lud Ezech. xxvj. Populꝰ domini iſte ē. Et reuera tales iſt
id eſt viri ſancti ⁊ iuſti in dei populum ſunt electi. Ad

| | |
|---|---|
| Magnificandundū dei bonitatem. | Iſti ergo deū lau |
| Iuſtificandū mūdi vanitatem. | dant ⁊ magnifi- |
| Fortificandū cordis voluntatem. | cant Eſaie. xliij. |
| Pacificandū mundi ciuitatem. | Populū iſtū ſer- |
| Notificandū dei veritatem. | uaui mihi laudē |
| Uendicandū altam dignitatem. | meam narrabit. |

Item iſti mundū ſpernunt ⁊ viuificant. Zach. j. Iſti ſunt
quattuor venti celi. Nihil em̄ celerius tranſit ſuꝑ terrā q̄
ventus. ſic nihil velocius tranſit ꝑ terrena q̄ iuſtus. Unde
in eccleſia caniꝛ. Iſtoꝝ eſt em̄ regnū celoꝝ q̄ cōtempſerūt
vitam mundi ⁊c. Item iſti cōtra penas ſeſe fortificant ſcꝫ
ad ſuſtinendū viriliter ꝓ deo ⁊ ꝙ fide. Un̄ caniꝛ. Iſti ſunt
triūphatores ⁊ amici dei q̄ cōtemnentes iuſſa principū me
ruerūt p̄mia eterna. Item iſti charitate nos pacificāt. Un̄
caniꝛ. Iſti ſunt viri ſancti quos elegit dn̄s in charitate nō
ficta. dedit illis dominus claritatē magnā cecos illumina-
re ⁊ demones effugare. Item iſti veritatē mundo p̄dicant
ſeu hoc notificant. Zach iiij. Septē ſunt iſti oculi domini.
⁊ Act. xvj. Iſti ſunt homines ſerui dei excelſi ſunt. q̄ annū
ciant vobis viam ſalutis. Item iſti poteſtatem digne ven-
dicant. quia ſcꝫ iſti ad dignitatem terrenam ⁊ eternam per
dominū ſunt electi. j. Paral. iiij. Iſti ſunt noīati principes
in cognationibus ſuis. Et ibidem. vj. ca. Iſti ſunt quos cō
ſtituit dauid ſuꝑ cātores domus dn̄i. Patet ergo ꝙ iſtud
ꝓnomen iſte. aliquotiens p̄dicaꝛ de iuſto. Ideo de talibꝰ
iſtis ⁊ de ꝑfectionibus eorūdē admirās eccleſia dicit Eſa
ie. lx. Qui ſunt iſti q̄ vt nubes volant. ⁊ quaſi columbe ad
feneſtras ſuas. et Eſa. xlix. loquiꝛ admiratiue dicēs. Quis
genuit mihi iſtos? ego ſterilis ⁊ non pariens. tranſmigra-
ta et captiua. ⁊ iſtos quis enutriuit. ego deſtituta et ſola. et
iſti vbi erant. Deniqꝫ dico ꝙ hoc ꝓnomē iſte aliq̄n p̄di-
caꝛ de impio. Res em̄ non ſolū ē demōſtrabilis ⁊ ſpectabi
lis quando excellit in bonitate. imo etiā quando excellit in
prauitate. Et ideo peccator iſte p̄ multitudine ⁊ turpitudi-
ne vicioꝝ demōſtrari ad digitū ꝓmereꝛ. Ezec. viij. Ingre-
dere ⁊ vide abhoīatiōes peſſimas q̄s iſti faciūt hic. Nota
ergo ꝙ peccator diciꝛ iſte. vel pctōres dicunꝛ iſti. Quia

| | |
|---|---|
| Carent virtutum opibus. | Dico ꝙ peccatores dicun |
| Student rixis ⁊ litibus. | tur iſti. q2 iſti virtutū opi- |
| Fetent culparum fecibus. | bus ſolēt carere. Unde de |
| Uigent fraudū rhetibus. | peccatore diciꝛ Hiere. xxij |
| Mordent linguaꝝ dētibus. | Scribe virū iſtū ſterilē vi- |
| Madent cibis ⁊ potibus. | qui in diebus ſuis non ꝓ- |
| Gaudent ꝑuerſis mentibus. | ſperabiꝛ Item q2 iſti rixis |
| Strident penis in fletibus. | ⁊ litibus ſolent turgere q2 |

ſcilicet mali nūq̄ volūt viuere in ꝯcordia nec in pace. Hie
remie. xvj. Abſtuli pacem meā a populo iſto. Unde de illo
turbatore pacis nabuchodonoſor ad inferos deſcendente
diciꝛ Eſa. xiiij. Nunquid non iſte ē vir qui conturbat ter-
ram qui concuſſit regna. ⁊ poſuit orbem deſertum. Item
q2 iſti imundis fecibus ſolent fetere Ezech. xiiij. Fili homi
nis viri iſti poſuerūt imundicias ſuas in cordibꝰ ſuis. Itē
q2 iſti fraudiū rhetibus ſolent vigere. q2 ſcꝫ tales ſunt mali
cioſi ⁊ fraudulenti ſicut de malis illis iudicibꝰ diciꝛ Dan̄.
xiij. Ecce morior dicit Suſanna cū nihil hoꝝ fecerim que
iſti compoſuerunt aduerſum me malicioſe. Item quia iſti
frēdendo dentibus ſolent mordere. ſcꝫ de alijs murmurā-
do. Nume. xiiij. Uſqꝫ quo detrahet mihi populꝰ iſte. ⁊ Eſa.

viij. Omnia que loquitur populus iſte coniuratio eſt. Un
de de ſtultiloquo dicit Iob. xxxviij. Quis eſt iſte inuoluēs
ſententias ſermonibus imperitis? Itē quia iſti cibis et po
tibus ſolent madere. hoc eſt delicijs carnalibus. Iob. xxj.
Iſte morit̄ robuſtus ⁊ ſanus. diues ⁊ felix viſcera eius ple
na ſunt adipe. Item iſti peruerſis mentib⁹ ſolent ardere
quia. ſ. cor iſtoꝝ eſt auerſū. et peruerſum a deo. Hiere. viij.
Quare ergo auerſus eſt populus iſte in hieruſalem auerſi
one contentioſa. Item quia iſti amaris fletibus habent lu
gere ſcilicet finaliter in inferno. Hieremie. ix. Cibabo po-
pulū iſtum abſintheo. ⁊ potū dabo eis aquam fellis. Sic
igitur patet quomodo Iſte aliquando predicatur de viro
iuſto. Et ſic dico ꝙ quandoq̄ refertur ad perſonas. Si
ṽo de beata virgine vel aliqua ſancta loquaris i genere fe-
minino. potes dicere ꝙ ſignat virtutū perfectionem et ve-
ritatis intrinſece nec non honeſtatis extrinſece exiſtentem
demonſtrationem. vt de qualibet tali dicat̄ illud. Que eſt
iſta q̄ ꝓgredit̄ quaſi aurora cōſurgens. pulcra vt luna. ele
cta vt ſol ⁊c. Canticorū. vij. In quib⁹ verbis aduerte. Stu
porem admirationis. Que eſt iſta. Uigorē operationis.
Progredit̄. Splendorem conuerſationis. Quaſi aurora.
Amorem contemplationis. Conſurgēs. Humorem miſe-
ratōnis. Luna. Ualorē ṗmiationis. q2 fuit electa vt ſol. ſcꝫ
in paradiſo. Si vis ꝓſequere de beata virgine vel de qua-
libet ſancta. Que eſt igit̄ iſta q̄. ſ. ſic opatur. ſic ꝯuerſat̄ ſic
ꝯtemplat̄ ſic miſeretur ſic promouetur. Et certe poteſt re
ſponderi quando queritur. Que eſt iſta? Qꝛ Iſta eſt

Regula ſeu forma regēs ⁊ moderās.
Ferula vrgens et verberans.
Sportula claudens ⁊ obſeruans.
Cordula ligans ⁊ federans.
Premula regnans ⁊ imperans.

Iſta ergo fuit re-
gula que ſeſe mo
derauit Ezec. xliij
Iſta eſt lex dom⁹
in ſūmitate mon
tis. Item iſta fuit ferula que corpus macerauit ſeu verbe-
rauit. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto ſicut virgula fu-
mi ex aromatibus mirrhe ⁊ thuris. Cañ. iij. Deſertū em̄ ſi-
gnat Carnis macerationem. Uirgula. Denotat ſui caſtiga
tionem. Fumus. Signat orationem ⁊ deuotionē. Aroma
ta. Myrrha que a putredine ſeruat cōtinentiā ⁊ caſtam co
gitationem ſignat. Et thus redolentem cōuerſationē. Iteꝫ
fuit ſportula ſeu ciſtula in qua chriſtus latitauit. q2 ſcꝫ chri
ſtus in omnibus ꝑ gratiam. ⁊ etiā in maria ꝑ preſentiā no
ſcit̄ habitaſſe. Et ideo in ſcriptura iſta dicit̄ ciuitas atq̄ do
mus Zach. iiij. Manus zorobabel fundauerunt domum
iſtam. Et aggei. ij. dicit̄. Quis ex vobis eſt derelictus qui vi
dit domū iſtaꝫ in gloria ſua. Item iſta eſt cordula que fe
dus colligauit. q2 ſicut dicit̄ Ezech. v. Iſta eſt hieruſaleꝫ q̄
interpretat̄ viſio pacis in medio gentiū poſui eam. Item
iſta eſt primula ſeu primiceria quā chriſtus honorauit bea
tificauit et glorificauit. Qui ſicut dicit̄ Canti. viij. Iſta eſt
que aſcendit de deſerto. ſcꝫ huius mūdi. delitijs affluens i-
nixa ſuꝑ dilectū ſuū. Delicijs ſupple glorie paradiſi. Qui.
ſcꝫ chriſtus de ea dixiſſe videt̄ illud Aggei. ij. Implebo do
mum iſtam gloria. Et ibidem magna erit gloria dom⁹ iſti⁹
nouiſſime. Sic ergo bene patet ꝙ iſta beata dici potuit iſta
Hoc eſt dictu clara virtutibus ⁊ ꝑfecta. ⁊ moꝝ pulcritudi
ne deo grata. et cunctis exemplariter demonſtrata. Uoca
ergo dicit chriſt⁹ ſunamitem iſtam. iiij. Reguꝫ. iiij. Quia ꝓ
certo eccleſia canit. Iſta eſt ſpecioſa inter filias hieruſaleꝫ
Iſtud igit̄ pronomen vt dictū eſt refert̄ ad ꝑſonas. De
alijs vero ſcꝫ inq̄ntū ad res vel ad loca Nihil ad pn̄s h̄ ex-
cepto ꝙ iſtō ꝓnomē iſte. i negocio de q̄ dꝛ pōt ſꝑ ſignificare

Realis exiſtentie quantitatem.
Moralis apparentie claritatem.
Uerbalis eloquentie veritatem.

Res em̄ demonſtrati
ua dicit̄ quando con-
cludit̄ realiter quan-
do predicatur ſeu dicitur vocaliter ſeu verbaliter. Et ſic di
co ꝙ locus eccleſie vel religionis. locus etiam paradiſi ⁊ ce
leſtis manſionis ſunt loca certa realia ⁊ durabilia atq̄ ſan
cta. Geñ. xxviij. Qꝛ terribilis eſt locus iſte. vere non eſt hic
aliud niſi domus dei ⁊ porta celi. Et ibidem. Uere domin⁹
eſt in loco iſto. Hieremie. vij. Habitabo vobiſcum in loco
iſto. Et hoc de iſte. ſufficit ⁊c.

Ita. Nota ꝙ iſta dictio ita quandoq̄ eſt aduerbium
affirmandi. ſicut cum dicit̄ Geñ. j. Et factum eſt
ita. Et illud Math. xj. Ita pater quoniam ſic fuit placitū
ante te. Quandoq̄ vero ⁊ cōmuniter eſt aduerbiū ſimilitu
dinis. vt cum dicit Ioh. xiij. Exemplū dedi vobis. vt quē-
admodu ego feci vobis. ita ⁊ vos faciatis. Igit̄ dico ꝙ ita
ſe habet per modū regule ſimilitudinis vel exempli. ſemꝑ
ſupponens hoc aduerbium vt. prout. quomodo. ceu. ſicut

Notabo ergo ꝙ iſta ſignat
Quandā imitationē vtilē ⁊ virtuoſam.
Quandam inutilem ⁊ vicioſam.
Quandam flebilem ⁊ periculoſam.

Eſt dico quedā
imitatio vtilis.
et illa ē iſta qua
nos debem⁹ imi
tari chriſtū et ſanctos. ſcꝫ bene operando docendo ⁊ cōuer
ſando. vt quemadmodū ipſi ſe habuerunt nobis exempla
vite prebendo. ita et nos habeamus ipſos imitando ⁊ nos
eis conformando. Roma. vj. Quomodo ſurrexit chriſtus
per gloriā patris a mortuis ita ⁊ nos in nouitate vite am-
bulemus. Et bene dicit patris ad denotandū ꝙ ſicut filius
imitat̄ patrem. ita et nos imitari debemus chriſtū ⁊ iuſtum
quemlibet vel prelatum. vt de nobis poſſit deus dicere il-
lud Ezech. xviij. Sicut anima patris ita et anima filij mea
eſt. q. d. Ita debet facere fili⁹ ſicut pater. vt aīa eius ita ſit
dn̄i ſicut eſt aīa ſancti pr̄is. Dic igit̄ ꝙ inuenit̄. Unū ita qđ

Humilis facit ſubiectio.
Nobilis facit perfectio.
Flebilis facit compaſſio.
Precata facit dilectio.
Equata facit diſcuſſio.
Deuota facit conſenſio.
Miranda facit conuerſio.
Terrena facit afflictio.
Eterna facit poſſeſſio.

Igit̄ faciamus ita ſicut xp̄s
et ſancti q̄ntum ad humilem
ſubiectionē. Exo. vij. Fece-
runtq̄ ita moyſes et aaron.
ſicut ṗceperat domin⁹. q2 ſi-
cut dicit̄. ij. Mach. ix. Antio
chus ita ait. Iuſtū eſt ſubdi-
tum eſſe deo. ⁊ mortalē non
paria deo ſentire. Item faci
amus ita ſicut ſancti q̄ntum ad nobileꝫ ꝑfectionē. q2 ſcꝫ ita
debemus eſſe perfecti pro modo poſſibilitatis noſtre ſicut
ſancti ṗdeceſſores noſtri. Nume. vj. Sicut mente deuoue-
rat ita faciet ad perfectionem ſanctificationis ſue. Item fa
ciamus ita ſicut ſancti q̄ntum ad fraternā compaſſionem.
q2 ſcꝫ iuxta poſſibilitatem debemus indigentibus ſubueni
re. Thobie. iiij. Quomodo poteris ita eſto miſericors. Itē
habeamus nos ita ſicut ſancti q̄tuꝫ ad internā dilectionē
dicentes alterutrum illud. ij. Regū. j. Sicut mater vnicum
amat filium. ita te diligebam. Item habeamus nos ita ſi-
cut ſancti q̄tuꝫ ad iuſticie diſcuſſionē. Deut. j. Siue ciuis
ſit ipſe ſiue peregrinus nulla erit diſtinctio perſonaruꝫ. ita
paruū audietis ſicut magnum. nec accipietis perſonaꝫ cu-
iuſq̄. Item habeamus nos ita ſicut ſancti q̄ntum ad diuie
beniuolentie aſſecutionē. q2 ſcꝫ ita debemus mentē noſtrā
conformare voluntati diuine ꝙ in omnibus que per eum
inferunt̄ debemus gratias agere. ⁊ reputare ꝙ omnia ſint
iuſta dicentes illđ predictū Mat. xj. Ita pater qm̄ ſic fuit
placitū añ te. Exēplo Iob q̄ tribulat⁹ dicebat Iob. j. Dn̄s
dedit dn̄s abſtulit. ſicut dn̄o placuit ita factū eſt. ſit nomen
dn̄i benedictuꝫ. Et merito q2 ꝓcerto ſicut dicit̄ Eccs. viij.
Nullus poteſt deo dicere quare ita facis. Item faciam⁹
ſicut ſancti q̄ntum ad virtualem cōuerſionem. vt ſcꝫ ſi quā
doq̄ mali fuimus ita conuertamur ad dominū ꝙ deceterō
non peccemus. Iuxta illud pš. Deficiant peccatores a ter
ra et iniqui ita vt non ſint. Et illud Roma. vj. Sicut exhi-
buiſtis membra veſtra ſeruire i mūdicie ⁊ iniquitati ad ini
quitatem. ita et nunc exhibeatis membra veſtra ſeruire iu
ſticie in ſanctificationem. Item ſimus ita ſicut ſancti q̄tuꝫ
ad tolerandū afflictionē. quia ſcꝫ ſicut dicitur Luce. xxiiij.
Oportuit pati chriſtum ⁊ ita intrare in gloriam ſuam. Et
ſic finaliter ita erimus ſancti q̄ntum ad acquirendū celeſtiſ
glorie poſſeſſionem. q2 ſicut dicit̄. ij. Coꝝ. ij. Sicut abūdāt
paſſiones xp̄i in nobis. ita et per chriſtū abundat cōſolatio
noſtra. Ecce ergo quomodo per ita deſignant̄ virtutū re-
gule vel exempla. que ſcꝫ nos debemus facere ⁊ exequi. et
quibus nos debemus pro viribus conformari. et ita ſicut
ſancti viuere et eos imitari. Bene ergo in perſona chriſti
vel cuiuſlibet ſancti poteſt alijs dici illud Ioh. xiij. Exem-
plū dedi vobis vt quēadmodū ego feci vobis ita ⁊ vos fa
ciat̄. Ubi aduerte ꝙ ad bonā ſilitudinē ⁊ imitationē req̄rit̄
Precedens regula. Exemplum inquit dedi vobis. Acce-
dens formula. Ut quemadmo. ego feci. Succedens notu-
la. Ita et vos faciatis. Nam regula ſolet erigere ſpecula-
tiuam. Exemplum dedi vobis. Sed formula ſolet corrige

re operatiuam. Quemadmodum inquit ego feci. Sed no‑tula ſolet dirigere executiuam. Ita ⁊ vos faciatis. Iſta enī tria ſunt neceſſaria cuilibet operanti. ⁊ maxime pingere vl' facere imaginem attentanti. ſcꝫ vt habeant regulam. ſcꝫ exemplū. qꝛ exemplū dedi vobis. Ut habeant magiſtrū ꝑagentem. Quēadmodū ego feci. vt audiat doctrinā dirigē‑tem. Ita ⁊ vos faciatis. Et ſic ꝓcerto de quolibet ſic ꝑ imitationē bene ꝯuerſo poterit dici illud Mat. xij. Et ieſus curauit demoniacū cecum ⁊ mutū ita vt et loqueret̄ ⁊ audiret ⁊ videret. Patet ergo ꝙ ita deſignat imitationē vtilē ⁊ virtuoſam. Secūdo ꝟo dico ꝙ ita qn̄qꝫ deſignat imitationē inutilem et ꝑniciosam. et iſtud eſt quando quis vult imitari malos et non bonos. et ita viuere ſicut impij ⁊ non vt iuſti. Mali enī magis ſtudent deterioribus q̄ melioribꝰ conformari. ⁊ magis ſtultos q̄ prouidos imitari. Conſtat enim ꝙ qui operatur ſm malam regulam aut ſm malum exemplar neceſſe eſt ꝙ faciat malum opus. ſicut de quadā muliere legitur in Plinio. Et in actu ꝯceptionis non attē‑debat ad virum ſuum qui erat pulcer. ſed ad quandā imaginem ethyopis qui erat in muro. que. ſ. non pulcrū fetum imo nigrum et ethiopycuꝫ parturiuit. Malum. n. exēplum ſecuta eſt natura non bonum. qꝛ in figuram ethyopis ferebatur non in viri. Ita ꝓcerto ꝯtingit ꝙ ſi quis in oꝑando malū exemplar ſequitur. filius qui inde naſcit̄. i. opus qđ. inde ꝓuenit ſuo exemplari neceſſario ſimilat̄. Ezech. xvj Sic mat̄ ita et filia eius Nota ergo ꝙ mali ſequendo malam regulam ⁊ exemplū habēt hodie. Unū ita quo

Redundant mundi delitijs.
Abundant rerū ſubſtantijs.
Se fedant carnis ſpurcicijs.
Rodunt̄ cordis inuidijs.
Priuant̄ veris ſcientijs.
Turbant̄ duris diſcordijs.
Sedent in anguſtijs

Dico ergo ꝙ mali habēt vnū ita quo delicijs redūdāt Eccs. ij. Quis ita deuorabit ⁊ delcijs affluet ſicut ego. Item vnum ita quo diuitijs abundant. Eccs. ij. Peccatori autē dedit deus afflictionē et curam ſuperfluam ita vt addat et congreget. Item habent vnū ita quo ſpurcicijs ſe fedant. vnde de luxurioſis dicitur Thobie. vj. ꝙ in his qui libidini ita vacant ſicut equꝰ ⁊ mulꝰ poteſtatē habet demoniū. Itē hn̄t vnū ita quo inuidijs ſtridēt. Unde de anthiocho dicit̄ ij. Machabeoꝝ. ix. Et apprehendit eum dolor dirus viſcerum et amara interioꝝ tormenta. Sequitur. ita vt de corpore impij vermes ſcaturirent. Amaritudo enī interiorum ⁊ vermes corroſioneꝫ inuidie ſignificāt. Item habent vnū ita quo fallacijs ſtudent. quia ſcꝫ tales a via veritatis faciliter ſolent errare. Matth. xxiiij. Pſeudo prophete dabūt ſigna et prodigia ita vt in errorem deducant̄ ſi fieri poteſt etiam electi. Item habent vnū ita quo diſcordijs gaudent Galath. iiij. Quomodo tunc is qui ſm carnem natus fuerat perſequebat̄ qui ſm ſpūm natus. ita et nunc. Item habent vnum ita quo anguſtijs ſedent. ſcꝫ in inferno. Unde de damnatis poteſt dici illud Iudic. xx. Ita factū eſt vt ex vtraqꝫ parte ab hoſtibus cederent̄. vtraqꝫ pars eſt corpus et anima. Sic ergo patet quo ita ſignat imitationem ſeu cōparationē inutilē et pernicioſam. Tertio dico ꝙ ſignat quandam cōparationē mirabilē atqꝫ glorioſam. Et hec eſt illa que refert̄ ad chriſtū. Chriſtū dico cū patre manentem Unde in ſymbolo Athanaſij. Ita deus pater. deus filius. deus ſpūſſanctus. Ita dominus pater dominus filius ⁊c̄. Chriſtum etiam in carne latentē Matthei. xxiiij. Ita erit aduentus filij hominis. Chriſtū etiā mundo docenteꝫ. Unde Matthei. xiij. dicit̄. Et congregate ſunt ad Ieſum turbe multe ita vt nauiculam aſcendens ſederet ⁊c̄. Et locutus eſt eis mlta. Chriſtum etiā in morte iacentē. quia ſicut dicit̄ Luce. xj. Sicut fuit Ionas in ventre piſcis. ita erit filius hominis in corde terre. Chriſtū inſuper i throno ſedē‑tem. ſcꝫ in iudicio Iob. v. Indica mihi cur me ita iudices. Et actuū. j. Quēadmodū vidiſtis. eū euntē in celū ita veniet. qꝛ ſicut in pſ̄. dicit̄. Nox ſicut dies illuminabit̄. ſicut tenebre eius ita et lumen eius. Oportuit enim pati chriſtū et ita intrare in gloriā ſuā Luce. xxiiij. Patet igit̄ quomodo ita diuerſimode poteſt ſumi.

**Itaqꝫ.** Nota ꝙ iſta coniūctio rationalis vel cauſalis itaqꝫ. ſemper ſignat concluſiue. determinatiue. illatiue. et deciſiue. ſicut ergo. ideo. quo circa. igit̄ et idcirco. Sed qꝛ ſicut de alijs dictū eſt. itaqꝫ poteſt referri ad iuſtū. Ad impium. et ad chriſtum ſeu Ad vnum

Profeſſorem iuſticie.
Confectorem nequitie.
Xp̄m redemptorē clementie.

Dicam primo aliquid de itaqꝫ inq̄ntum ſignat fineꝫ et concluſionē. determinationem et ordinationē que pertinet ad iuſtū. Sicut in logicalibus. ex veris premiſſis ſequit̄ vera concluſio. In iudicialibꝰ ex bono proceſſu ſequit̄ bona ſententia ſeu deciſio. In agibilibꝰ ex bonis et rectis itineribus ſequit̄ bonꝰ terminus et ad bonū portū applicatio. Sic dicā ꝙ in moralibus ex bona intentione et ex diuine gratie infuſione ſequit̄ bonum itaqꝫ. id eſt bonus effectus. et bonus finis et concluſio. Uidete itaqꝫ frēs quō caute ambuletis. nō q̄ſi inſipientes ſ; vt ſapiētes. Ephe. v. Ergo exhortādo ꝯcludit ſcriptura Thobie. xiij. dicens. Conuertimini itaqꝫ peccatores et facite iuſticiam corā domino. In quibus verbis aduerte ꝙ ſcriptura nos hortat̄ ad triplicē bonā concluſionem. que ſcꝫ apud iuſtos per itaqꝫ ſubinfert̄. videlicet. Et tū ad ingreſſum venie procuratiuꝰ. Conuertimini inquit itaqꝫ. Et tum ad ingreſſum q̄ debet eſſe gratie augmentatiuus. Facite inquit iuſticiā. Et tum ad ingreſſum qui debet eſſe glorie propinatiuus. Corā dn̄o inquit. Itaqꝫ ꝓgrediens

Dimitte ſcelera. Conuertimini.
Bona fac oꝑa. Facite iuſticiā.
Recipe munera. Corā domino.

ſcꝫ in paradiſo. Dico ergo ꝙ in ſcriptura inuenit̄ vnū itaqꝫ ꝑ qđ imutat̄ noſtra ꝯditio. Et iſtud nihil aliud eſt q̄ꝫ penitentia Iſta enī eſt poſt lapſum prima concluſio quā nobis infert ſcriptura. qꝛ ſcꝫ ante oīa neceſſe eſt de agro ſpinas et tribulos euertere. q̄ꝫ ſemen ibi valeas ſeminare et fructꝰ poſtea reportare. Quia reuera in agro cordis nec dei gratia ſerit̄. nec fructꝰ virtutis et finalis glorie colligit̄. niſi ſpine vicioꝝ exinde per penitētiā euellant̄. Et niſi homo a ſuis malis moribꝰ conuertat̄. Cōuertimini itaqꝫ peccatores Uide ſupra de conuertere. Unde ſub alia coniūctione illatiua dn̄s dicit Ioelis. ij. Nūc ergo conuertimini ad me in toto corde veſtro. in ieiunio et fletu. et planctu ⁊c̄. qꝛ reuera poſt talē fletū cōſolatio ſequit̄. et poſt lachrymas venia ꝓmeret̄ Iudith. vj. Finito itaqꝫ fletu ⁊ per totū diē populoꝝ oratione cōpleta conſolati ſunt achior. Aduerte tamē ꝙ quintuplex itaqꝫ ad cōuerſionē pctōris eſt neceſſariū. ſcꝫ

Unū itaqꝫ Remiſſionis.
Unū itaqꝫ Subiectionis.
Unū itaqꝫ Cōpunctionis.
Unū itaqꝫ Confeſſionis.
Unū itaqꝫ Satiſfactionis.

ſeu carnis mortificationis. Itaqꝫ remittamꝰ et indulgeamus in nos peccantibꝰ. Scriptū eſt enī. Dimittite ⁊ dimittet̄ vobis. qꝛ ſicut dicitur Luce. xvj. de villico diffamato quando vidit ꝙ villicatio ſua auferebat̄ ab illo remiſit ſingulis debiti portionē de quo plurimū cōmendat̄. vnde ibidē dicit̄. Et conuocatis itaqꝫ debitoribꝰ dn̄i ſui dixit p̄io. Quantū debes ⁊c̄. Iteꝫ itaqꝫ pareamꝰ et obediamꝰ nos exhortantibꝰ. ſcꝫ deo predicatoribꝰ et prelatis. ij. Regū. v. Fecit itaqꝫ dauid ſicut p̄ceperat ei dn̄s. Iteꝫ itaqꝫ doleamꝰ ſeu defleamꝰ pro p̄cedētibꝰ. id eſt ꝓ culpis cōmiſſis. Exēplo xp̄i q̄ fleuit q̄ndo lazarū q̄driduanū voluit ſuſcitare. Ioh. xj. Sic hō q̄ndo ſpūm ſuū in peccato mortuū et ſepultū. et iā q̄driduanū. id eſt in q̄ttuor cordis affectionibꝰ fetidū ⁊ corruptū vult a morte peccati ſuſcitare et eripere. certe ante oīa per cōpūctiōis amaritudinē debet flere ⁊ triſtari. ⁊ cōteri et dolere. Unde Ioh. xj. dr̄. Uenit itaqꝫ ieſus ⁊ inuenit Lazaꝝ q̄tuor dies iā in monumēto habentē. Sequit̄. Lachrymatꝰ eſt ieſus ⁊ reſedit q̄ erat mortuꝰ ⁊c̄. Itē itaqꝫ diſſeramꝰ vel reſpōdeamꝰ de noſtris actibus. ſcꝫ ſacerdoti integraliter cōfitendo. Roma. xiiij. Itaqꝫ vnuſq̄ſqꝫ nr̄m ꝓ ſe rōneꝫ reddet. Iteꝫ itaqꝫ ſatiſfaciamꝰ ⁊ penas addamꝰ nr̄is corporibꝰ. ſcꝫ carnē macerādo. ⁊ labores ſuſtinendo. ⁊ bona oꝑa faciendo. Roma. vij. Itaqꝫ fratres mei et vos mortificati eſtis legi. Sequit̄. Nunc aūt ſoluti ſumꝰ a lege mortis in q̄ detinebamur. ita vt ſeruiamꝰ in nouitate ſpūs nō in vetuſtate litere. Patet ergo ꝙ in ſcriptura repit̄ vnū itaqꝫ ꝑ qđ immutat̄ noſtra conditio. Conuertimini inq̄t. Deinde dico ꝙ ibi reperit̄ vnū itaqꝫ per qđ augmentat̄ noſtra pfectō. Facite inq̄t iuſticiā. Sub noīe enī iuſticie oīs virtꝰ atqꝫ perfectio deſignat̄. Uide infra de iuſticia. Cū ergo ſub iſta cōiunctione itaqꝫ executio iuſticie ſubinfertur. bene dico ꝙ

omīs virtus ⁊ ꝑfectio cōcluditur ⁊ mandaꝛ.ij.Mach.xij. Oīnes itaqꝫ bndixerūt iuſtū iudiciū. Notabo ergo ꝙ ſcriptura nobis infert ſub titulo cōis iuſticie. Unum ita quo

Fidenter noſtris conſulimus.
Gaudenter noſtros recipimus.
Feruenter cunctos diligimus.
Prudenter nos regimus.
Potenter nos defendimus.
Decenter pacem perquirimus.
Firmiter in bono ſiſtimus.
Grauiter labi metuimus.
Digniter liberi viuimus.
Cōmuniter ſolamen ſumimus.
Subtiliter verum cognoſcimus.
Salubriter nos deo ſubdimus.
Utiliter fauores ſpernimus.
Sinceriter fraudes expellimus.
Suppliciter deum requirimus.
Totaliter in deum fidimus.
Sagaciter tempus attendimus.
Mentaliter legi inſiſtimus.
Humiliter magnis aſſiſtimus.
Fertiliter in bono creſcimus.

Iſte ſunt ergo viginti illationes. argumentationes. cōcluſiones ad bonū inductiones ⁊ inuenctiōes. q̄s nobis facit ſcriptura ſacra per itaqꝫ. Dicaꝫ ergo ꝙ ſcriptura per iſtud vocabulū illatiuū nos admonet fidenter noſtris cōſulere. Iſtud eſt eīn de iure naturali ſcꝫ ꝙ homo homini debeat conſulere qđ eſt tutū. Sic faciebat Loth generī ſuis qn̄ de cōbuſtione ſodome ipos educere cupiebat. Unde Gen̄.xix. Egreſſus itaqꝫ loth locutus eſt ad generos ſuos. Surgite ⁊ egredimini de loco iſto. q̇a delebit dominus ciuitatem hanc. Item admonet gaudenter noſtros recipere. ſcꝫ hoſpitio. vn̄ de rebecca dicit Gen̄.xxiiij. Qꝛ inuento ſeruo abrahe ipm̄ gaudenter ꝓcurauit recipi et ſibi ⁊ camelis omīa neceſſaria miniſtrari. Unde ibidem dicit. Cucurrit itaqꝫ puella ⁊ nūciauit omīa que audierat. Seq̄tur. Ingredere benedicte domini. Item admonet feruenter cunctos diligere. qꝛ ſcꝫ nos debemus p amorem ⁊ dilectionem eſſe vnum cum omnibus. Mathei.xix. Itaqꝫ iam non ſunt duo ſed vna caro. Item admonet prudenter nos ipſos regere. Ephe.v. Uidete itaqꝫ fratres quō caute ambuletis. non quaſi inſipientes ſed vt ſapientes. Item admonet potenter noſmet defendere. quia ſcꝫ cōtra ſpiritales hoſtes nos per tentationes obſidentes nos debemus viriliter dimicare. Iudith.xv. Uidentes itaqꝫ filij iſrl̄ fugientes aſſyrios ſecuti ſunt illos. ⁊ vno agmine ꝑſequentes debilitabāt omnes quos inuenire potuiſſent. Itē admonet decenter pacem perquirere. Roma.xiiij. Itaqꝫ que pacis ſunt ſectemur.ij.Mach.iiij. Feſtinanter itaqꝫ rex venit ſedare illos. Item admonet in bono firmiter ſiſtere.j.Cor.vj. Itaqꝫ fratres mei dilectiſſimi ſtabiles eſtote. Et.ij. Theſ.ij. Itaqꝫ fratres ſtate ⁊ tenete traditiones quas didiciſtis. Item admonet grauiter labi metuere quia. ſcꝫ homo ſemper debet timere et preuidere ne cadat.j. Chor.x. Itaqꝫ qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Itē admonet digniter liberos viuere. qꝛ ſcꝫ ad hoc concludit ⁊ infert ſcriptura vt a ſeruitute culpe liberi maneam⁹ vt dicamus illđ Galath.iiij. Itaqꝫ fratres non ſumus ancille filij ſed libere vt de iuſto dicaꝛ illud ibidem. Itaqꝫ iam non eſt ſeruus ſ filius. Item admonet cōmuniter ſolamen ſumere. prima Theſſalo.iiij. Itaqꝫ conſolamini inuicē in verbis iſtis. Itē admonet ſubtiliter vera cognoſcere. Iacobi.j. Nolite itaqꝫ errare fratres mei dilectiſſimi. Item admonet ſalubriter deo nos dedere ſeu ſubſedere. Phil.ij. Itaqꝫ chariſſimi ſicut ſemper obediſtis. Sequitur. Cum metu et timore veſtram ſalutem operamini. Item admonet vtiliter fauores fugere ſeu ſpernere.j.Cor.iij. Itaqꝫ nemo glorietur in hominibus. Itē admonet ſinceriter fraudes dimittere.j.Cor.v. Itaqꝫ epulemur non in fermento veteri. neqꝫ in fermēto malicie et nequicie. ſed in azimis ſinceritatis et veritatis. Item admonet deū ſuppliciter req̄rere.j.Petri.iiij. Eſtote itaqꝫ prudentes ⁊ vigilate in orōnibus. Iteꝫ admonet totaliter in deū fidere. Heb.x. Habentes itaqꝫ fratres fiduciā in introitu ſanctorum. Sequiꝛ. Accedam⁹ cū vero corde in plenitudine fidei. Itē admonet ſagaciter tēpus attēdere.j.Cor.iiij. Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare ⁊c. Et j.Cor.vij. Itaqꝫ dico fratres tēpus breue ē. Itē admonet mentaliter legi inſiſtere. qꝛ ſcꝫ nos debemus obedire legi ſicut diſcipulus magiſtro Gala.iij. Itaqꝫ lex pedagogus nr̄ fuit in xp̄o. Et merito qꝛ ſicut dicit Roma.vij. Itaqꝫ lex q̄dem ſancta ⁊ mādatū ſanctū. Itē admonet humiliter magnis aſſiſtere ſeu dignos eligere.j.Mach.ix. Nunc itaqꝫ te eligimus hodie nobis in principē. Itē admonet fertiliter ī bono creſcere ſeu bonis effluere.j.Cor.iij. Itaqꝫ neqꝫ qui plantat neqꝫ qui rigat eſt aliquid. ſed q̇ incrementū dat deus. Incrementū dico. id eſt gratiarū augmentū. Iſta ſunt ergo viginti itaqꝫ in quibus cōſiſtit vera iuſticia. id eſt vera perfectio. Facite inquit iuſticiā Luce.j. In ſanctitate ⁊ iuſticia coram ipſo omībus diebus noſtris. Bene ergo dicit Math.xxv. Uigilate itaqꝫ quia neſcitis dieꝫ neqꝫ horā. Et merito circa talia ita. id eſt circa tales concluſiones ⁊ inductiones vigilandū eſt ⁊ inſiſtendū. Quia ſicut dicit.j. Theſſalo.iiij. Itaqꝫ hec qui ſpernit non ſpernit hominē ſed deū Et ſic ergo patet ꝙ inuenitur vnū ita per qđ augmentatur moruꝫ perfectio. Romano.xij. Obſecro itaqꝫ fratres vt exhibeatis mēbra veſtra hoſtiam viuentē. ſanctā deo placentem. rationabile obſequiū veſtrū ⁊c. Deniqꝫ dico. Qꝛ inuenitur vnū itaqꝫ per qđ vendicaꝛ celi poſſeſſio. Et hoc oſtendiꝛ cū dicit. Corā dn̄o. hoc eſt dictu in gloria paradiſi vbi deo p̄ſentialiter aſſiſtunt ſancti. Iſta eſt vera ſana beata ⁊ grata concluſio. beatū itaqꝫ. beatus finis. ad quē omīs qui in moribus bene ſcit arguere ⁊ concludere ſolet finaliter peruenire. Figura heſter.ij. in illa puella heſter. de q̄ ibidem dicit. Ducta eſt itaqꝫ. ſcꝫ heſter ad cubiculū regis aſſueri mēſe decimo qui vocaꝛ thebeth. ſeptimo anno regni eius. ⁊ adamauit eaꝫ rex plus q̄ oēs mulieres. et inuenit gratiā ⁊ miſericordiā corā eo. ⁊ poſuit dyadema regni in capite eius. Heſter eīn q̄ interp̄taꝛ abſcōdita. ſignat aiam humilē ⁊ deuotā q̄ iuxta doctrinā Senece eſt occultatrix virtutū ſicut alij viciorꝫ. Per aſſuerꝫ qui interp̄taꝛ beatitudo. intelligiꝛ xp̄s. Per thebeth qui interp̄taꝛ bonitas vite glorioſus finis et ſtatus. Iſta eſt ergo veritas ꝙ puella heſter id eſt aia deuota itaqꝫ cōcluſiue ⁊ neceſſario duciꝛ ad cubiculū regis aſſueri. id eſt ad quietē beatitudinis regis xp̄i. ⁊ hoc menſe decimo thebeth. hoc eſt dictu. vt recipiat denariū retributiōis eterne. qui ſibi ꝓpter vite bonitatē a deo p̄paraꝛ. ⁊ hoc anno ſeptimo regni xp̄i. hoc eſt dictu ſeptēnali. id eſt vniuerſali felicitate glorie regni dei. Et ꝓcerto ipſe rex aſſuerus xp̄s iſtā puellā. ſcꝫ animā qn̄ venit corā eo ſolet mirabiliter adamare. ⁊ gratiā ⁊ miſericordiā ſibi dare. ⁊ eā eterni regni dyademate coronare vt ⁊ ipſa cū alijs ſanctis de iſto regno dicat illđ qđ dicit Heb.xij. Itaqꝫ regnū imobile ſuſcipientes. habemus gratiā p quā ſeruiam⁹ placentes deo. Corā deo inquit. Ut ſic dicat quilibet btūs deo ⁊ angelis illud.j.Reg.xij. Itaqꝫ cōuerſatus corā vobis ecce p̄ſto ſum. Patet ergo ꝙ itaqꝫ pōt inferre ⁊ concludere. Ad occupandū celi poſſeſſionē corā deo inq̄t. Ad augmētandū morū ꝑfectionē facite inquit iuſticiā. Ad imitanduꝫ vite cōditionē. Conuertimini inq̄t. Cōuertimini itaqꝫ peccatores ⁊ facite iuſticiā corā dn̄o. Et ſic patet ꝙ eſt vnū itaqꝫ qđ ſpectat ad iuſtū ⁊ hoc eſt primū principale. Scđo principaliter dico ꝙ inueniꝛ vnū itaqꝫ ſpectās ad iniuſtū. Et ſic dico ꝙ ſcriptura determinās de ipſo p modū allegationis ⁊ cōcluſionis infert cōtra eū ſeu de eo multiplex itaqꝫ. videlicet vnū itaqꝫ Crudelitatis qđ inſontes ledit ⁊ afficit. Unū itaqꝫ Carnalitatis qđ luxurioſos inq̄nat ⁊ deijcit. Unū itaqꝫ Uoracitatis qđ guloſos cibat ⁊ reficit. Unū itaqꝫ Fatuitatis qđ ad vana tēdit ⁊ reſpicit. Unum itaqꝫ Proteruitas qđ res iuſtas ſpnit ⁊ deſpicit. Unū itaqꝫ Diuerſitatis qđ brigoſos nocet ⁊ officit. Unū itaqꝫ Pōpoſitatis qđ indoctos iactat ⁊ obijcit. Unū itaqꝫ Debilitatis qđ in icōſtantē cadit ⁊ deficit. Unū itaqꝫ Indignitatis qđ peccatores dānat ⁊ ificit. Dico ergo qđ ad malos ſpectat vnū itaqꝫ crudelitatis ⁊ ſeuicie. Un̄ impi⁹ ſaul de dauid quem volebat occidere dixit Ionathe.j.Reg.xx. Itaqꝫ iā nunc mitte ⁊ adduc eū ad me qꝛ fili⁹ mortis eſt. Iteꝫ ad malos ſpectat vnū itaqꝫ carnalitatis ⁊ luxurie. Un̄ de filiab⁹ loth patrem ſuū inebriātib⁹. ⁊ cū eo ꝯcubentib⁹ dr̄ Gen̄.xix. Dederūt itaqꝫ prī ſuo bibere vinū nocte illa ⁊ ꝯcubuit ⁊c. Iteꝫ ſpectat ad malos vnū itaqꝫ voracitatis ⁊ ingluuie. Unde Eccl̄s.ij. Hec eſt itaqꝫ mihi viſū eſſe bonū vt comedat quis bibat ⁊ fruaꝛ leticia. Itē ſpectat ad malos vnū itaqꝫ fatuitatis ⁊ ſtulticie. ſicut apparuit in nabuchodonoſor q̄ ſomniū qđ oblit⁹ fuerat petebat a ſapientib⁹ ſibi dici. dicens

Dañ.ij. Somniũ itaq; meũ dicite mihi vt ſciam interpta-tionem q̃z eius verã loquamini. Itẽ ſpectat ad malos vnũ itaq; ꝓteruitatis ⁊ obſtinatie. q2 ſcʒ peccatoꝛ deo ⁊ maioꝛibus ſe opponit. Roma.xiij. Itaq; qui reſiſtit ptãti oꝛdinationi dei reſiſtit. Itẽ ſpectat ad malos vnũ itaq; ꝑuerſitatꝭ ⁊ diſcoꝛdie Joh.vij. Diſſenſio itaq; facta eſt in turba. Iteʒ ſpectat ad malos vnũ itaq; põpoſitatis ⁊ iactantie. Vñ de illis iactatoꝛib⁹ dĩ Joh.viij. ꝙ ipſi dicebant. Semen abrahe ſumus ⁊ nemini ſeruiuim⁹ vnq̃. Sequit̃. Dixerũt itaq; nos ex foꝛnicatione nati nõ ſum⁹. Item ſpectat ad malos vnũ itaq; debilitatis ⁊ incõſtantie. q̃ ſcʒ faciliter cadunt in peccatũ ⁊ etiã in infoꝛtuniũ ⁊ toꝛmentũ. j.Reg.xiiij. Itaq; alij cadebãt ante faciẽ ionathe. alios armiger ei⁹ interficiebat. Item ſpectat ad malos vnũ itaq; indignitatis ⁊ iniuſticie. qñ ſcʒ indignus ⁊ iniuſt⁹ accedit ad menſam altaris De quo. j.Coꝛ.xj. Itaq; Quicunq; mãducauerit vel biberit calicẽ domini indigne reus erit coꝛpis ⁊ ſanguis dñi. Sic ergo patet ꝙ eſt itaq; ſpectans ad iniuſtum. Tertio dico ꝙ inuenitur itaq; quod ſpectat ad chꝛiſtum. vide de Ego igitur. Ideo de idcirco ⁊c̃.

**Iter.** Nota ꝙ iter idẽ eſt ꝙ via. ⁊ dĩ ab eo is. Eſt eñ iter locus per quẽ itur ad terminũ. Et põt ſignificare moꝛaliter vitã iſtã. q̃ quidẽ nõ eſt niſi quedã via per quã ad finis terminũ deuenit̃. Cũ ergo finis eſt duplex ſcʒ bonus ⁊ malus. paradiſus ⁊ infernus. Hinc eſt ꝙ iter p qđ ad iſtos terminos deuenit̃ põt ſimilr eſſe duplex. Eſt igit̃ q̃ddam iter qđ eſt frequẽtandũ. Quoddã iter qđ eſt deteſtãdũ. Iter freq̃ntandũ eſt bonoꝝ de quo dĩ Prouer.xiiij. Ambulans recto itinere ⁊ timens deũ deſpicit̃ ab eo qui infami gradit̃ via. Iter deteſtandũ eſt vita maloꝝ. De quo dicit̃ in pš. Iter impioꝝ ꝑibit. Cũ igit̃ p iter vite pñtis habeamus ad alterius vite terminũ ꝑuenire. Hinc eſt ꝙ nos debemus eligere iter virtuoſum meritoꝛium atq; ſanctum Et ideo poſſumus notare ꝙ iter eſt dicendum bonum ſeptuplici ratione. videlicet. quando eſt rectum. latum. curtum. artum. planum. mundum. placidum. Iter

Rectum eſt veritas.
Latum eſt charitas.
Curtum eſt paupertas.
Artum eſt penitentia.
Planum eſt innocentia.
Mundum eſt pudicicia.
Placitum eſt clementia.

Per aliqđ eñ iſtoꝝ itineꝝ debemus ire ad paradiſuʒ Vadamus ergo pꝛimo p iter rectũ. veritatis et iuſticie. Iuxta illđ Eccl.lj. Ambulauit pes meus iter rect⁹ a iuuentute mea. Iſtud tñ iter nõ ambulant iniqui iudices. p̃ce vel p̃cio a rectitudĩe declinãtes ſiles cancro q̇ non recte ſ retrograde dĩ incedere. Siles etiã ſerpenti q̇ ſp ambulat toꝛtuoſe. q2. ſ. iſti nunc ad vnã ꝑtẽ nũc ad aliã ſe deferũt. ſm ꝙ recipiũt plura dona. Vñ iſti ſunt illi de q̃bus dĩ Prouer.ij. Qui relinquunt iter rectũ ⁊ ambulãt p vias tenebꝛoſas. Et tñ bñ ſciunt ꝙ ſm Prouer.xij. Iter deuiũ ducit ad moꝛtẽ. Scđo ambulem⁹ p iter latũ charitatꝭ ⁊ amicicie. Magnã eñ latitudinẽ hʒ iſtud iter. Amici eñ ⁊ inimici p iſtud ꝑiter pñt ire. ita vt alter alteri poſſit dicere illđ Exo.xxxiij. Ego ero ſoci⁹ itineris tui. Iſtud eſt illud iter qđ de⁹ ad eũdũ in terrã ꝓmiſſionis in colũna ignis. i. inflamatiõe coꝛdis legit̃ oñdiſſe. Per iſtđ iter nõ ambulãt odioſi ⁊ iuidi q̇ nunq̃ vellẽt in ꝓſperitate ſociũ iuenire. de q̃b⁹ dĩ Prouer.xv. Iter pigroꝝ q̃ſi ſepes ſpinaꝝ. Tales ei dicunt̃ ſpine. q2 oẽs tãgẽtes ⁊ oẽs vicinitate ⁊ ſocietate appꝛopinq̃ntes ſolẽt pũgere ledere ⁊ nocere. Tertio vadam⁹ p iter curtũ ſpũalis pauptatꝭ. Iſtđ eſt ei iter bꝛeui⁹ ⁊ magꝭ cõpẽdioſũ. alie eñ vie ſequũt̃ oꝛdinẽ iudiciariũ. iſta ỽe p extraoꝛdiariũ i deũ ꝓcedit. per iſtã etiã cõpẽdioſi⁹ xp̃c iuit. ⁊ nos ituros docuit ⁊ p̃cipit. Iuxta illđ Miche.ij. Aſcẽdit añ eos pãdẽs iter. Et Luc.xiij. dĩ ꝙ ihs ꝑambulabat ciuitates ⁊ caſtella docẽs ⁊ iter faciẽs in hieruſalẽ. De iſta via nõ curãt diuites. Iſti eñ ambulãt iter valde longũ. ⁊ iõ timẽdũ eſt ꝙ ad paradiſi terminũ nõ attinget. Vñ Jaco.j. Diues in itinerib⁹ ſuis marceſcet. Quarto vadam⁹ p iter artũ aſꝑitatꝭ. Iſtđ eſt ei magꝭ tutũ. Figurat̃ ei in itinere ſolitudinis p qđ filij iſrl' ad terrã ꝓmiſſiõis iuerũt. Vñ dĩ Judith.iiij. ꝙ filij iſrl' cuſtodiebãt vbi iter anguſtũ eſſe poterat inter mõtes. Iſto añt itinere iuit xp̃s ſicͭ dĩ Joh.iiij. Ihs fatigat⁹ ex itinere ſedebat ſec⁹ fõtẽ. q2. ſcʒ illi q̇ in itinere pñie fatigant̃. finaliter fonte diuie gratie potabunt̃. Et per iſtud ducit nos dñs ad terrã pꝛomiſſionis paradiſi. Iuxta illud: pš. Dux itineris fuiſti in conſpectu ei⁹. De iſto añt itinere nõ curant carnales ⁊ delicioſi: quia ſcʒ iſti p iter artũ penitẽtie non incedunt. De quibus figuratiue dicit̃ Numeri.xxj. Tedere cepit populum itineris et laboꝛis. Et loquit̃ de populo carnali cui p̃ deſiderio ciboꝛum egypti: manna in nauſeã vertebat̃. Quito vadamus p iter planũ ſimplicitatis. Iſtud eñ non habet offendicula peccatoꝛum: innocẽtia eñ non ſolet peccati offendiculum inuenire. Et ideo dicit̃ Eſa.lxij. Planum facit iter. Iſtud eñ eſt iter ꝓſperum quia ꝓſperum nobis faciet deus iter ſalutariũ noſtroꝛũ. De iſto ergo itinere dicit̃ Prouer.xxviij. Melioꝛ eſt pauper ambulãs i ſimplicitate ſua: q̃ diues pꝛauis itineribus. Per iſtud iter non vadũt malicioſi: quia ꝓcerto iſti de ſimplicitate ⁊ innocẽtia nunq̃ curant ⁊ iſti ſunt de illis de quibus dicit̃ Hiere.xviij. ꝙ ipſi ambulauerunt p vias in itinere non trito. Sexto vadamus per iter mundum ſinceritatis ſeu caſtitatis. Unde de talib⁹ poteſt dici illud Eſa.lvij. Poſſidebit montẽ ſanctuʒ meum. ⁊ dicam viam facite: p̃bete iter. Iſtud tamẽ iter nõ ambulãt luxurioſi: quia vere iter iſtoꝝ non eſt mundũ: ſed magis fetidũ et immũdum. Unde iſtis videtur loqui illa mala mulier: de q̃ dĩ ꝓuer.ix. ꝙ ip̃a ſedet in foꝛib⁹ dom⁹ ſue ſup ſellã in excelſo vꝛbis loco: vt vocaret tranſeũtes p viã et pergẽtes itinere ſuo. Unde iſti poſſunt dicere illud Treñ.iiij. Lubꝛicauerũt veſtigia noſtra in itinere plateaꝝ noſtraꝝ. Septimo vadam⁹ p iter placidũ benignitatis et pietatis: et tali itinere ibat ſamaritanus qui iter faciens inuenit ſauciatũ cui infudit oleum et vinũ: ſicut dicit̃ Luce.x. Per iſtud aũt iter non vadũt crudeles auari et litigioſi. De quib⁹ dicitur Prouer.xij. Iter impioꝛum decipiet eas. Vñ de impijs et crudelib⁹ poteſt exponi illud quod đ paulo impietatẽ exercentẽ dicit̃ Act.ix. Cũ iter ageret contigit vt appꝛopinq̃ret damaſcũ. Paul⁹ ei iterp̃tat̃ os tube Damaſc⁹ iterp̃tat̃ ſanguinis pot⁹. q2 ỽe ip̃ij ⁊ crudeles q̃ ſ̃t os tube alios terrẽdo: ſepe appꝛopinq̃nt damaſcũ. i. ad ſanguineã crudelitatẽ. Et hoc de itinere ſufficit. Tranſeo cauſa bꝛeuitatis. quia infra de via ⁊ de ſemita ꝓlixius eſt tractandũ. Vide ſupꝛa de Ire ⁊ Ambulare ⁊c̃.

**Iterum. Iterare.** Nota ꝙ iterũ ſignat quendaʒ redituũ. q̇ſ-dam ꝑfectum. q̇ddam augmentum quoddam continuamentuʒ. Et poteſt ſignificare in bono ⁊ in malo. In bono eñ ſignat virtutum continuationem. In malo autem ſignat peccati multiplicationẽ ſeu redundatõnem. Dico ꝙ in bono ſignat aliquã bonam cõtinuationẽ. Sicut eñ videmus ꝙ deſideria nature ſunt inquieta. quia. ſ. nature nõ ſufficit ꝙ vnus actus ſemel agatur. immo vult ꝙ iteꝝ atq; iterum fiat ⁊ exerceat̃. ſicut patet de arboꝛibus quibus non ſufficit ſemel in vita ſua fructificare. immo ſolẽt actuʒ fructificandi omni anno iteꝝ atq; iteruʒ iterare. Sic vere ſpũaliter deſideria affectionis noſtre debent in bono eſſe inquieta. quia ſcilicet non debet ſufficere ſemel bene facere. immo fructũ boноꝛum actuũ ⁊ operum debemus iteꝝ exercere. ſicut dicit apl's. j.Coꝛ.vij. Iteꝝ reuertimini i idip̃m. vñ nota ꝙ multiplicẽ bonũ actũ dẽm⁹ iterare. ſ. actũ

Vocalis confeſſionis.
Realis compaſſionis.
Verbalis ſalutationis.
Actualis exultatõnis.
Coꝛpoꝛalis viſitationis.
Supernalis contemplationis.
Spũalis pꝛedicationis.
Penitẽtialis immutationis.

Pꝛimo ergo chariſſimi debemus iterare ſepe et ſepius actum confeſſionis. Quia eñ ſepe delinquimus. neceſſe eſt ꝙ ſepe remediũ apponam⁹. Non eñ ſufficit pannũ immũdum ſemel ablluere. imo neceſſe ẽ iteꝝ ⁊ iteꝝ relauare. Aues etiã fluuiales nõ ſolẽt ſemel aquã intrare. imo ſi inde exiuerint ſtatim ſolent ad ad aquã recurrere. ⁊ ſe ſepe ⁊ iteꝝ balneare. q2 ſcʒ lotura ꝯfeſſionis nõ ſemel ẽ faciẽda. ſ iteꝝ ⁊ iteꝝ freq̃ntãda. ⁊ iõ dĩ Joh.xj. Eam⁹ in iudeã iteꝝ. Judea. n. interp̃tat̃ ꝯfeſſio. Scđo debem⁹ iterare actũ cõpaſſiõis. Mater eñ nõ ſolet puulo ſuo mãmillas ſuas tãtũmõ ſel' poꝛrigere. imo ſolet iteꝝ ⁊ iteꝝ ſm ꝙ idiget relactare. q2. ſ. viro pio ⁊ miſericoꝛdi ñ ſufficit vnũ bñficiũ ipendẽ. ſ ſepe ⁊ iterũ lac ſuũ ſolet alijs ꝓpinare. vñ thobie q̇ ñ poterat ceſſare

facere opera pietatis.dictum eſt Thobie.ij.Ob hanc cau
ſam iuſſus es interfici.⁊ tu iteꝝ ſepelis mortuos. Ter⸗
cio debemus iterare verbum ſalutationis. Unde de xp̄o
dicitur.ꝙ veniens ad diſcipulos dixit eis.Pax vobis.im
mo in eodem euangelio iteratur tripliciter iſta ſalutatio.
Pax vobis.Johā.xx. Quarto debemus iterare actum
exultationis.quia ſicut auicule ſolēt letari,⁊ cantare. ⁊ nō
ſolum ſemel ⁊ bis.immo ſepe ⁊ iterū reſonare. iuxta illud
Mar.xiiij.Iterū gallus cantauit.Sic nos non ſolum ſe⸗
mel debemus in domino gaudere.deū regratiando lauda
re.imo iſtud gaudiū debemus frequētare.vnde philippē.
iiij.Gaudete domino ſemper.iterum dico gaudete. In q̄
bus verbis oſtenditur ꝙ iſtud gaudium debet fieri cum
Recta intentione. Primum probat dictio prero⸗
Longa duratione. gatiua.quia.ſ.in domino ſemp
Magna ſubiectione. debꝫ fieri. Sed ſcd̄m dictio fre
quentatiua.Iteꝝ inquit.Sed terciuꝫ dictio imperatiua.
dico gaudete inquit Iſtud autem gaudium potiſſime ite
rabitur in patria.vbi xp̄s qui nos nunc videt ⁊ viſitat per
gratiam.nos viſitabit iterum per gloriam.Tunc eīn iple⸗
bitur illud Johan.xiiij.Iterum autem veniam ⁊ accipiā
vos ad meipſum.Et Philip.ij. Uiſo eo iteruꝫ gaudeatis
Et maxime.q꞉ tale gaudiū erit durabile.iuxta illud Joh.
xvj.Iterum autem videbo vos.⁊ gaudebit cor veſtrum.
⁊ gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Quinto dico
ꝙ nos debemus iterare actum viſitatōnis. Unde Johā.
xvj.Iterum autem videbo vos ⁊ gaudebit cor veſtrum.
Sexto dico ꝙ nos debemus iterare actum contempla⸗
tionis.exemplo aquile.qui ſi deſcendit ad terraꝫ citius in
terra reaſcendit.dicens cum apoſtolo illud Joh.xvj. Ite
rum relinquo mūdum ⁊ vado ad patrem.Et illud apoſto
li Galath.ij.Iterum aſcendi hieroſolimaꝫ. Et Judith.v.
Iterum poſſident hieruſalem.vbi ſunt ſancta ſanctorum
Septimo debemus iterare actum p̄dicationis. q꞉ ſicut
in mari ē vnum m.̣nſtrū dictū quod quandoꝗ fi⸗
lios parit informes.quod videns ſolet ipſos in ventrē vt
melius formētur iterū reponere: et cū bene formati fuerīt
ſolet eos iteꝝ parturire.Iuxt[illegible]d Joh.iij.Nūquid po
teſt hō in ventrē matris ſue iterato introire et renaſci? q꞉
ſcꝫ doctores ⁊ p̄dicatores qui alios fouēt et parturiūt per
doctrinā:non ſolum ſemel immo pluries debēt actū predi
cationis et ſpiritualis pturitionis iterum et iterū exercere
donec perfectā formam pfectionis et virtutū in ipſis potu
erit generare.Sic faciebat apoſtolus qui dicebat Gallath.
iiij.Filioli mei quos iterū parturio donec formetur in vo⸗
bis xp̄us. Octauo dico ꝙ nos debem⁹ iterare actuꝫ pe⸗
nitētie et conuerſionis.Similes aquile et ſerpēti: qui ſi an
tiquati fuerint ſciunt veteres pelles et plumas deponere
⁊ ſe ad iuuētutē iterū renouare.quia ſcꝫ quādo pelleꝫ pec⸗
cati per penitentiā exuimus ad iuuētutē gratie iterū reue⸗
nim⁹.Homo eīn poteſtatē habet ponere animā ſuaꝫ ⁊ ite
rum ſumendi eā.Joh.x.Ut ſic cuꝫ conuerſus fuerit dicat
dn̄o illud p̄s.De abyſſis terre iterū reduxiſti me. Et ſic pa
tet ꝙ iſtud verbū iterū poteſt in bono octopliciter eſſe di⸗
ctum. Sed adhuc dico ꝙ iteꝝ poteſt ſignificare in malo
Et ſic deſignat malā peccati freq̄ntationē:vel malā pecca
ti recidiuationē ⁊ iterationē. Nota ergo ꝙ eſt vnū iterum
Cupiditatis. Eſt dico vnū iterū cupiditatis. quia ſcꝫ
Carnalitatis. cupiditas ſemp iteratur et cōtinue fre⸗
Inſtabilitatis. quentat᷑.Sicut eīn ignis q̄uis propter
Infidelitatis. aque aſperſionē aliquantulū ſuffocetur
exinde tamē ſtatim iterū fortius inflamat᷑. Sic vere ignis
cupiditatis:q̄uis per nouā appoſitionem diuitiarum ali⸗
q̄diu temperetur.perinde tamen fortius iterum augmen⸗
tatur.quia ſcꝫ mundi pſperitas eſt fons tantali de quo q̄
plus bibebat plus ſitiebat.Unde Joh.iiij.Omnis qui bi⸗
berit ex aqua hac iterū ſitiet. Item eſt vnū iterū carnali⸗
tatis.Carnales eīn faciliter recidiuant:quos poete in pe⸗
na ticij voluerūt intelligere quē in inferno poſitū finxerūt
iecur ſuū.i.affectū ⁊ deſideriū a vulturib⁹ ꝯtinue deuorari.
ſp tn̄ ⁊ iterū creſcere et renaſci.Quia ſcꝫ luxurioſus qui re
cte in inferno eſſe dicitur pro eo ꝙ multis penis laboribus
et ardoribus et fetoribus ſubiugatur.iecur ſuū.id eſt affe⸗
ctum et deſiderium.vultyribus.id eſt imundis luxurie acti
bus continuo tribuit.quod tamen iterum et iterum rena⸗
ſcitur et recreſcit.Conſtat enim ꝙ deſideriū luxurie cito re
dit.Unde Hieremie.ij.et loquit᷑ de mala muliere.Q꞉ viliſ
facta es nimis iterans vias tuas. Item eſt vnū iterum
inſtabilitatis.Nam ſicut canis poſtq̄ꝫ cibos euomerit ip⸗
ſos iterum reaſſumere conſueuit.Sic multi ſunt qui poſt⸗
q̄ꝫ peccata ſua per confeſſionem dimiſerunt.ipſas recidi⸗
uando iterum reaſſumunt.contra illud Eccleſiaſt.xix. Fi⸗
li peccaſti.ne vlterius addas facere ⁊c.quia ſicut dicit᷑ Ec⸗
cleſiaſt.xxxiiij.Qui baptizat᷑a mortuo.et iterū tangit mor⸗
tuum.quid proficit lauatio illius? Item eſt vnū iterum
infidelitatis.Infideles eīn non ſunt contenti vna varieta
te.immo ſolent iterum variare.ſicut dicit᷑ de Petro Joh.
xviij.Iterum aūt negauit Petrus.Et hoc de iterum ſuffi⸗
cit.vide infra de rurſus.

**Inuicem.** Nota ꝙ inuicem quandoꝗ ſuppo⸗
nit p mutuo.quandoꝗ ſupponit p
ſimul pro pariter.pro coniunctim.Et poteſt eſſe coniūctio
copulatiua.vel aduerbiū qualitat᷑.et ſignat ſocietatem.cō⸗
gregationem.⁊ coniunctam et adunatam pluralitatē. Et
ideo poteſt ſignare in bono et in malo.ſm ꝙ coniūctio vel
ſocietas pōt eſſe bona vel mala. Dicam⁹ ergo p̄mo de bo
no inuicē q꞉ nos debem⁹ eſſe inuicē.i.ſil'p oīmodā charitatē
cōmunitatem et vnitatē.Animalia eīn mitia.ſagacia et vti
lia.ſolent inuicem viuere comedere laborare.inuicem dor⸗
mire.ſibi inuicem ſeruire.ſe inuicem diligere.et ſibi inuiceꝫ
ſubuenire.ſicut ad ſenſum patet de ceruis ⁊ columbis que
ſunt animalia mitia.de formicis et apibus que ſunt anima
lia ſagacia de bobus et ouibus que ſunt animalia vtilia.
Sic vere chariſſimi nos qui debemus eſſe columbis et cer
uis benigniores. apibus et formicis ſagaciores. bobus et
ouibus meliores et vtiliores.debemus inuicem inſimul:et
in vnitate charitatis et concordie facere facta nr̄a.Simus
ergo et Uiuamus inuicem per cōmuneꝫ habitationē.Pa
ſcamur inuicem per cōmunis ſtudij eruditionem. Labore
mus inuicem per cōmunis operis occupationem. Dormi
amus inuicem per cōmunem contemplationem. Seruia⸗
mus inuicem per cōmunis obſequij exhibitionem. Diliga
mus nos inuicem per cōmunem ſubuentionem.Iocūde⸗
mus nos inuicem per cōmunem conſolationeꝫ. Et ad hec
nos monet apoſtolus Ephe.iiij.Eſtote inuicem inquit be
nigni.miſericordes donantes inuicem.Quia breuiter non
eſt dare aliquem actum charitatis.quin melius poſſit fieri
quando ibi eſt inuicem.id eſt bona bonoruꝫ ſocietas q̄ alſ
quoquo modo.Apes enim inuicem mella conficiunt. for⸗
mice. inuicem cibos recipiunt. Caſtores inuicem domos
reficiunt.Bellatores inuicem hoſtes concutiūt.Cantores
melos inuicem perficiunt. Non eſt enim dare actum ſiue
ſit fructuoſus ſiue ſit gaudioſus quin melius fiat ſi inuiceꝫ
a pluribus frequentet᷑.et alter ſub altero adiuuetur et ſup
portetur Ephe.iiij. Supportantes inuicem in charitate.
Per mutuam enim ſupportationem mella deuotionis me
lius paramus. Patet in religioſis. qui ſicut apes pro iſto
melle conficiendo in diuerſis aluearibus et conuentibus
ſunt diſiuncti.Item cibos doctrine melius procuramus ſi
cut patet de ſcholaribus.qui ſicut formice ad recipienduꝫ
grana ſcientiarum ſunt inuicem in ſtudijs adunati. Item
domos conſcientiarum melius edificamus.ſicut caſtores
qui ad edificandum domos ſunt inuicem congregati. Un
de Roma.xiiij.Itaꝗ que pacis ſunt ſectemur.et que edi⸗
ficationis ſunt inuicem cuſtodiamus.Item contra hoſtes
ſpiritales inuicem in exercitu eccleſie preliemur.et ſicut a⸗
ues gratulantes in domino ſpiritualiter iocundemur Iu⸗
xta illud Roma.xij.Gaudete cum gaudentibus flete cum
flentibus.idipſum inuicem ſentientes. In quibus verbis
aduerte ꝙ triplex act⁹ virtutis eſt coīter iuicē exercēd⁹.vꝫ.
Actus letitie.Uirt⁹ clemētie.Senſus prudētie.Primus ē
act⁹ ſpei ⁊ ꝯſolatōis.Gaudete inq̄t cū gaudētib⁹. Scd̄s ē
act⁹ charitatis ⁊ cōpaſſiōis.Flete inq̄t cū flētib⁹.Terti⁹ eſt
act⁹ fidei ⁊ diſcretōis.Idipm̄ inq̄t inuicē ſētiētes.Ig̅r cha
riſſimi.Gaudeam⁹ iuicē ſperādo.Defleam⁹ inuicē amādo
Sentiam⁹ inuicē credēdo.Debem⁹ dico inuicē gaudere p
ſpeꝫ et conſolationē et per gratiarū actionē.quia ſcꝫ auicu
le quando ſunt plures inuicem dultius cantant. Una eīn

ſolet alteram excitare ⁊ ad melodiam inuitare. Gaudete
inquit cum gaudentibus. Unde etiam conſtat ꝙ per mo-
dulationem inſtrumentoꝝ ſolēt delphini in mari ⁊ ad le-
ticiam incitari. ⁊ circa nauem vbi eſt modulus multiplici-
ter ſaltare ⁊ iocūdari. ſicut id dicit Plinius. Quia vere cha
riſſimi alter debet alterum ad exultandum in deo ⁊ in ſpe
bonorum eternoꝝ mouere ⁊ amonere. vnd̄. j. Theſſa. iiij.
Itaqꝫ conſolamini inuicem in verbis iſtis. Secundo de
bemus inuicem dolere ꝑ charitatiuam compaſſionē. Fle
te inquit cum flentibus. Fletus em̄ ⁊ compaſſio ſolent ex
charitate ꝓcedere. ſicut pluuiarum reſolutio ſolet ex calo
re nubis naturaliter ꝓuenire. Ignis em̄ in nube contētus
facit eam in pluuiam quia. ſ. ignis charitatis quādo in cor
de hominis continetur. facit ibi lacrimarum pluuiam ge-
nerare. Flete ergo cum flentibus. Sicut de elephantibus
dicit̄. ꝙ in caſu vnius audito barrito ipſius ipm̄ releuant
ſi poſſunt. Si ꝟo nequeūt. plorant ⁊ barriūt cum eodem.
De equis etiam ſcithie dicitur ꝙ affectum compaſſionis
habent. ⁊ in morte dn̄oꝝ ſuorum lacrimantur ⁊ dolent. q̄r
ſcꝫ quotiens videmus alios eſſe dolentes. nos ꝓcerto de-
bemus eſſe flentes ⁊ inuicem condolentes. Nam ſi ami-
cis noſtris in ſuo infortunio nō poſſumus exhibere pie cō
paſſionis effectum. nos tamen ipi̇s exhibere debemus cō-
paſſionis affectum. Iuxta illud p̄dictum Ephe. iiij. Eſto-
te inuicem miſericordes. Flete inquit cū flentibus. Iuxta
illud quod in morte Ionathe dictum eſt. Perierūt arma
bellica. incliti iſrael: flete. ij. Regum. j. Exemplo amicoruꝫ
Iob. Qui videntes miſeriam eius venerunt conſolari eū
⁊ plorauerūt. ſicut etiam faciebat ipē iob. ſicut dicitur iob
xxx. Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat. vn̄ de
iſto mutuo amore dicitur. j. Regum. xx. de Dauid ⁊ iona-
tha ꝙ fleuerunt pariter. Dauid autem amplius. Debem⁹
ergo inuicem dolere per charitatiuam compaſſionē. j. Pe
tri. j. In fraternitatis amore ſimplici corde diligite inuicē

Tercio dico ꝙ nos debemus inuicem credere. per fidei
cōmunionem. Idipm̄ inuicem ſentientes. quia enim vna
eſt fides. vnus deus. vnum baptiſma. Ephe. iiij. Hinc eſt
ꝙ nos iſtam fidem vnicam debemus vniuoce ⁊ ſingulari-
ter ſapere. ⁊ idipſum in fide iugiter ſentire. Qr̄ uis em̄ lux
ſit ſimplex et vnica a multis tamē luminarib⁹ vna et eadē
recipit̄: ita ꝙ omnia ſpecula ipſam eandem lucem partici-
pare noſcunt̄. Sic vere cū vna et eadem ſit lux: ipſam ean
dem debemus inuicem et cōiter ſuſcipere: ⁊ idipſum de fi
de credere et tenere. Idipſum inquit ſapiētes: vt ſic dicat
quilibet illud p̄s. In pace in idipm̄ dormiam et requieſcā
Iſtud tamē eſt contra ſciſmaticos et hereticos qui nō in-
uicem ſed diuiſi: ⁊ qui idipſum de fide non ſentiūt ſed di-
uerſe. Quia ſcꝫ quelibet ſecta hereticorū ſolet a catholicis
et ab alijs hereticis in aliquo diſcrepare: ſicut patet de ra-
garis: grecꝭ: georgianis: neſtorianis: ſcipianis: iacobinis: q̄
omnes in ſectis ſuis diuerſificant̄: ſicut bene ponit̄ i libro
de captione terre ſancte tempore ſoldani. Iſti em̄ nō ſunt
inuicē: immo ſegregatim et diuiſim. Unde de talibus dici
tur Oſee. x. Diuiſum eſt cor eorū: nunc interibūt. Non ſic
ergo: ſed debem⁹ ſicut dictum eſt eſſe inuicem. Credentes
dolentes: letantes. Et ſi vis potes inuehere ꝯtra illos qui
nolunt eſſe inuicē per concordiā ⁊ amorē: ſicut ſunt diſcor
des: litigioſi: inuidi ⁊ malicioſi: auari et ambicioſi: quia ſcꝫ
tales nolunt eſſe inuicē: quia ſcꝫ nullus taliū vellet habere
ſociū ſeu parem. Sed de hoc vide ſupra de Uidere: de Di
ſcordia: de Coniūctione et Congregatione. Et infra de ſo-
cietate: de pariter et cetera ſimilia. Sic ergo patet quomo-
do inuicē accipitur in bono. In malo vero poteſt inuicē
ſignificare malam cōitatem: malam ſocietatē: malam con
gregationē et confederationē et vnionem. Et ideo vide in
iſtis titulis et ſimilibus.

## Iubere.

Cum iubere de ſui natura ſignat
imperiū et dn̄ationem: ſeu domi
nium et prelationem. Iuſſum vero reciproce ſi-
gnificet ſeruitutem et ſubiectionem. Poſſumus
notare quod in ſcriptura inuenitur Iuſſio

| | |
|---|---|
| Celeſtis et catholica. | Primam facit diuina poteſtas |
| Terreſtris ⁊ canonica. | Sed ſecundā ſupna maieſtas. |
| Funeſtis ⁊ tyranica. | Sed terciam tyrānica tēpeſtas |

Primo ergo dico ꝙ inuenit̄ quedā iuſſio ſūme poteſta-
tis. Et iſta eſt illa quaꝫ facit xp̄us rex: quā ſacra ſcribit lex
cui obedit grex. Deus em̄ et lex ⁊ ſcriptura diuina ſunt illa
a quibus bona et ſancta iuſſa procedunt. quibus ſcilicet
a fidelibus eſt obediendum et totis affectibus inſiſten-
dum. Et ſic notabis ꝙ iuſſio diuina ſemper eſt iuſta. et ido
facienda. metuenda. et reuerenda. Homo enim qui vult
operari ſm̄ regulam. libenter ſequitur regulam quando
ſcit eam eſſe rectam. Sic quia iſte iuſſor deus. eſt rectiſſi-
mus et equiſſimus. ideo dico ꝙ iuſſio ipſius eſt ſequenda
et totis viribus facienda. Exemplo abrahe qui q̄uis gra-
uiſſimum quid iuberetur. ſcilicet occiſio et immolatio pro-
prij filij. illud tamen implere voluit in cunctanter. ſicut di-
citur Geneſis. xxij. Sciebat enim ꝙ deus iubere non pote-
rat niſi bonum. Etiam de Petro dicente. Matthei. xiiij.
Domine iube me venire ad te ſuper aquas. Et ibidem di-
citur. ꝙ ad iuſſum ipſius ſe poſuit ſupra mare. quod ſatis
periculoſum et inpoſſibile videbatur. Magis enim credi
dit deo q̄ ſibi. magis gratie q̄ nature. magis diuine volun
tati q̄ proprie poteſtati. quia ſcilicet omnia que in mundo
fiunt ſolent a dei iuſſu ordinatione et prouidentia proue-
nire. Unde Seneca in tragedia dicit. Quicquid facimus
mortale genus. quicquid agimus venit ex alto ⁊c̄. Iuſſus
enim diuine ordinationis ſcit cauſarum ſeriem nectere. et
ſic factum inſtituere et componere. et applicando actiua
paſſiuis. et ordinationem ſuam libero arbitrio hominis.
ſolet quandam occultam immutabilitatem (ſeruato ta-
men arbitrio diuino) in mundi cauſis et negotijs deſtina-
re. Unde Hieremias Trenoꝝ. iij. Loquens quomodo ca-
ptiuitas hieruſalem a dei ordinatione proueniebat. q̄uis
ille captiuans nabuchodonoſor ſoli arbitrio ſuo innitere-
tur nec ſe eſſe crederet baculum dei viui dicit ſic. Quis eſt
hic qui dixit vt fieret domino non iubente. quaſi diceret. Si
ne iuſſu ſuo nihil fit. ſcilicet iuſſu diuino vel actiuo vel per
miſſiuo. Et ſic dicā ꝙ a dei iuſſu ⁊ ordinatione prouenit

Qr̄ Iuſtus patiatur.
Qr̄ Malus puniatur.
Qr̄ Pauper nutriatur.
Qr̄ Feſtum excolatur.
Qr̄ Mundus odiatur.

Dico ergo ꝙ iubente do-
mino iuſtus affligit̄ Deu-
terono. xxxiiij. Mortuus
eſt moyſes iubente domi-
no. Item iubente. et ordi-
nante deo malus atteritur. Unde de impio ſeruo. qui con-
ſeruum ſuum non miſericorditer affligebat. dicitur Mat-
thei. xviij. ꝙ dominus eius iuſſit illum venundari. Sequi-
tur. Et iratus tradidit eum tortoribus. Item iubente do-
mino egen⁹ paſcitur. Unde de turba famelica dicit̄ Mat-
thei. xiiij. ꝙ cum iuſſiſſet ieſus turbam diſcumbere ſuper fe
num. acceptis quinqꝫ panibus ⁊ duobus piſcibus dedit di
ſcipulis ſuis qui etiam dederunt turbis. De demoniaco
etiam curato dicitur Marci. v. Qr̄ dominus iuſſit ſibi da-
ri manducare. Curam enim gerit chriſtus qualiter paupe-
res nutriantur. Et merito. quia paucos inueniunt alios q̄
curam habeant de eiſdem p̄s. Tibi derelictus eſt pauper.
Item iubente domino feſtum excolitur. Cultus enim fe-
ſtorum et potiſſime diei dominice inter precipua iuſſa dei
reperitur. Unde. ij. Machabeorum. xv. Eſt potens in celo
qui iuſſit agi diem ſabbatoruꝫ. Item iuſſu dei mundus cō
temnitur. Et hoc figuratiue iubetur Matthei. xiiij. vbi di-
citur ꝙ ieſus diſcipulos ſuos iuſſit aſcendere in naviculaꝫ
et precedere eum trans fretum. Nauicula enim eſt religio
vbi dei iuſſu perfecti aſcendunt. ⁊ fretum. id eſt mundum
contemnendo tranſeunt et dimittūt. Iſta eſt ergo quedaꝫ
iuſſio celeſtis et dominica. Secundo dico ꝙ inuenitur
quedam iuſſio terreſtris et canonica. Et iſta eſt iuſſio bono
rum principum et prelatorum quibus ſcilicet datum eſt a
deo ꝙ alijs poſſint precipere et iubere. et ꝙ alij teneantur
eis obedire. obſequi et parere. Iſti enim ſcꝫ prelati primo
recipiunt a deo iuſſum commiſſionis (Iuxta illud quod
de moyſe legitur Eccleſiaſt. xlv. Glorificauit illum in con-
ſpectu regum. et iuſſit illum coram populo ſuo) vt poſtea
illi exerceant iuſſum debite prelationis. et vt ipſis fiat obe
dientia reuerentie et ſubiectionis. dicendo ſcꝫ illud Ruth.
ij. Si iubes vadam in agrum. Et ſicut de Eſau dicit̄ Geñ.
xxvij. ꝙ ipſe abierat in agrum vt voluntatem patris adim
pleret. Et nota ꝙ ad iſtos ſpectat Iubere.

Dignos promoueri.
Malos ſubmoueri.
Leſis miſereri.
Deum revereri.

Jubeant igitur ꝙ digni promoueanť. ſicut dr̄ de Joſeph Gen̄. xlv. Qꝛ ip̄e iuſſit binas ſtolas ſingulis fribꝰ ſuis dari. Vn̄ iſti ſūt q̇ petierūt dicētes pharaoni Gen̄. xlvij. Petimꝰ vt nos eē iubeas ſuos tuos i terra Jeſſen. Quia reuera q̇libet rex ⁊ princeps debet filios iſrael ⁊ fratres ioſeph. id ē bonos homines xp̄i (qui. ſ. eſt primogenitꝰ in multis fratribꝰ. Ro. viij.) Promouere ⁊ exaltare. ⁊ iubere ꝙ pre alijs proſperari debeant ⁊ valere. Exemplo aſſueri. de quo Heſter. j. ꝙ ſeptem diebus iuſſit conuiuiū preparari. videlicet cunctis principibus ⁊ pueris ſuis fortiſſimis. j. Macha. x. etiā dicitur ꝙ rex alexander iuſſit ſpoliari ionathan veſtibꝰ ſuis ⁊ indui eum purpura. Item iubeant ꝙ mali ſubmoueantur. iuſſum. n. ⁊ cura principis ⁊ prelati non debet ſolū eſſe circa curam ꝓmotionis bonoꝝ. immo etiā circa curā deiectionis maloꝝ. figura Leui. xiiij. vbi diciť de ſacerdote ſic. Jubebit erui lapides in quibus lepra eſt. ⁊ proijciet eos extra ciuitatem in locum immūdum. Lapides em̄ id eſt perſone in quibus eſt lepra. i. ſcelus vel culpa cōtagioſa ⁊ infectiua. extra ciuitatem ⁊ extra bonoꝝ ſocietatē debent ꝓijci. ⁊ in loco immundo. ſ. in furca vel patibulo. ſeu carceris ergaſtulo ſi caſus requiſierit relegari. ſicut de ſcelerato andronico purpurato qui ꝓ pecunia iuſtuꝫ oniam occiderat. dicitur. ij. Macha. iiij. Qꝛ rex pietate motus ⁊ lacrimans. circūduci iubebat ſacrilegiū per ciuitatem. ⁊ in eodem loco vbi oniam occiderat vita priuari. Item iubeant ꝙ cauſe paupeꝝ expediantur. ſeu ꝙ deſolatis ſubueniatur. Sic faciebat dauid qui vidue ⁊ pacem ⁊ vitā filio poſtulanti reſpondit. ij. Reg. xiiij. Ego iubebo ꝓ te. Et de iudeis etiam eripiendis a morte quos aman occidi mādauerat. dicit Heſter. vj. ꝙ iuſſi ſunt liberari. ⁊ hoſtes qui ad occiſionem eoꝝ ſe parauerant iugulari. Item iubeant ꝙ dei cultus exerceatur. De cultu. n. dei ⁊ ſanctorum debet eſſe cura p̄cipua maioribus. vt. ſ. omnis cultus erroneus deleať. ⁊ pius ⁊ catholicus inducať. Unde de philiſteis dicitur. j. Paralip. xiiij. ꝙ ip̄i reliquerūt deos ſuos ibi quos dauid iuſſit exuri. Iſta eſt ergo iuſſio fidelis ⁊ canonica. Sed tercio dico ꝙ inuenitur iuſſio crudelis ⁊ tyrānica. Et iſta eſt illa quam faciunt iniqui iudices ⁊ magnates. Unde nota ꝙ apud eos inueniť iuſſio. Seuicie. Stulticie. Supbie. Seuicie dico. quia. ſ. pro nihilo reputant iubere innocētes occidi. pauperes ſpoliari ⁊ excoriari. ſicut de aman legiť Heſter. v. ꝙ ſibi conſuluit vxor ſua ꝙ deberet parare trabem excelſam: vt ibi ſuſpēderet mardocheū in qua tamē trabe idem aman fuit ſuſpenſus mardocheo liberato. Unde ibi dicit. Placuit ei ⁊ iuſſit excelſam parari crucē. Stulte etiā ſicut de nabuchodonoſor legiť Dan̄. iij. ꝙ innocētes ſtatuā adorare et ydolatrare nolētes: iuſſit in fornacē ardenteꝫ mitti: iā inquit iuſſio regis vrgebat Superbe etiā ſicut fuit in Dauid populū ſuuꝫ p̄ ſuperbia et pompa numerari iubente. de quo dicit. j. Paralip. xxj. Diſplicuit autē deo ꝙ iuſſerat dauid ⁊ pcuſſit iſrael. Et ſic patet ꝙ inueniť iuſſio Tyrānica. Canonica ⁊ Dominica. Vide vbi Precipere ⁊ Mandare.

## Jubilꝰ. Jubilare. Jubilatio

Unde Eccli. xxiij. dicitur. Si in vacuū iurauerit nō iuſtifi⸗
cabitur. Iurandum eſt ergo in iuſticia. Unde Eſaie. xlv. c.
Iuraui in memetipo. egredietur de ore meo iuſticie v̄buʒ
⁊c̄. Sufficiat ergo cauſa breuitatis. Uide infra de Loqui.
et de Uerbum.

## Iuſtus. Iuſticia. iuſtificatio

Nota ꝙ iuſticia q̄nq̄ accipitur ꝓ virtute ſpēali. Aliquan
do ꝓ p̄fectione vniuerſali ⁊ generali. Primo modo iuſti⸗
cia eſt virtus cardinalis ius ſuū vnicuiq̄ tribuens. Unde

dicit Ambroſius libro pmo de officijs. Juſticia eſt que dat
cuilibet qđ ſuū eſt nihil vendicās alienū. Scđo modo iu/
ſticia nihil aliud eſt ꝙ̄ vniuerſalis ꝟtus ⁊ pfectio nihil ha
hens iniq̄tatis vel peccati. Vñ Hieronymꝰ ad demetria/
dem dicit. Qꝛ oīes virtutū ſpecies vno iuſticie nomie cō/
tinent̄. Accipiendo igitur iuſticiā pro generali moꝝ cōge
rie ⁊ pro morali pfectione ⁊ bonitate. dicamus ꝙ nos de/
bemus eſſe iuſti ⁊ ſancti multiplici ratiōe. videlicet qꝛ iuſti

A domino diliguntur:
A domino ꝓteguntur.
In dn̄o delectantur.
Cum dn̄o gloriant̄.

Dico ꝙ a dn̄o diligūtur. Omnis
eīm res naturaliter diligit ſuū ſi/
mile. Et qꝛ iuſtus dn̄s ⁊ iuſticiā
dilexit equitatē vidit. vultꝰ eiuſ
ſicut dicitur in pſ. Ideo recte dico ꝙ iuſti ⁊ ſancti a dn̄o di/
ligūtur. pſ. Dn̄s diligit iuſtos ⁊ vias peccatoꝝ diſperdet.
Itē dico ꝙ a dn̄o ꝓtegūtur. Naturaliter eīm oīa ania
lia diligūt ſpeciem ſuam. ⁊ pugnant ꝓ inuicem. ⁊ ſe inuicē
liberant ⁊ defendūt. Et qꝛ iuſtus dominus in oībus vijs
ſuis ⁊ ſanctus in oībus operibꝰ ſuis. Idcirco iuſtos eiuſ/
dem ſpeciei ⁊ cōditionis cū ipſo liberat ⁊ defendit. ⁊ a ten
tationibꝰ ⁊ tribulatōibus ipos protegit ⁊ educit. Quia ſi/
cut dicit̄ Prouerb. xj. Juſtus de anguſtia liberatus eſt. Et
Prouerb. x. Juſticia liberabit a morte. Item dico. ꝙ iu
ſti in dn̄o delectant̄. Naturaliter eīm potentia delectat̄ in
apphenſione ſui obiecti. Et ideo iuſticia humana in app/
henſione dei q̄ eſt ſumme iuſtus debet ſūmopere delectari
pſ. Deus eīm iudex iuſtus ⁊ patiens. Et ideo letabitur iu/
ſtus in dn̄o ⁊ ſperabūt in eo oēs recti corde. Item di/
co ꝙ iuſti a dn̄o premiant̄. Quia eīm deus rex iuſtus ⁊ re/
ctus. Juxta illud Zach. ix. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus
Ideo iuſtos ſucceſſores vult ſibi ī hereditatē paradiſi ha/
bere. ⁊ ſolūmodo viris iuſtis premiū eterne beatitudis im
pertiri. Juxta illud. Juſti epulent̄ ⁊ exultent in conſpectu
dei. Sic igitur bene dico ꝙ iuſti ⁊ ſancti debemꝰ eſſe. vt ſic
de quolibet noſtrum poſſit dici illud Pſalmiſte. Juſtꝰ vt
palma florebit: ⁊ ſicut cedrus lybani multiplicabitur. In
quibus verbis aduerte: ſicut ad hoc ꝙ arboꝛ in perfectam
arborē cōuertat̄ neceſſe eſt

Qꝛ conformiter alteretur
Qꝛ ſtabiliter radicetur.
Qꝛ viuaciter vegetetur.
Qꝛ ſublimiter inaltetur.
Qꝛ fertiliter fecundet̄.

Sic ꝟe ad hoc ꝙ quis effi
ciatur vir iuſtꝰ ⁊ perfectꝰ.
ipe ꝓculdubio debet Alte
rari ſe melioribus confir/
mando. Vt inq̄t. quod de
notat ſimilitudinē. Radi/
cari ſe in ꝟtutibus confirmādo. qꝛ debet eſſe palma que ꝓ
fundas habet radices ⁊ ſemꝑ viret ⁊ diutiſſime durat. Ve
getari bonis affectibus abūdando. Florebit inq̄t. Eleuari
bonis celeſtibus contēplando. qꝛ debet eſſe ſicut cedrus.
Fecūdari bonis operibus redūdando. qꝛ debet multipli/
cari. Iſta eīm ſe habent ꝑ ordinem ad hoc ꝙ aliquis fiat iu
ſtus. qꝛ ſcꝫ primo debet Alterari a mala conditōe. Radica
ri in bona intentōe. Vegetari a bona affectōe. Creſcere ſeu
eleuari celoꝝ contēplatione. Fecūdari ſeu dilatari operuꝫ
ꝓcreatione. Dico ergo primo ꝙ ſi volumus eſſe iuſti:
nos debemꝰ a prauis moribus alterari. Juxta illud. j. Co/
rinth. xv. Euigilate iuſti ⁊ nolite peccare. Et hoc oſtendit̄
cum dicit̄. Vt quia ſcꝫ. vt. ſicut. tanq̄ꝫ. quaſi. denotant ſili/
tudinem. imitatōem. ⁊ ad aliquid aliud relatōem. quia ſcꝫ
illi qui iuſti volūt fieri: debent antiquas ſuas conditōes re
linquere: ⁊ bonoꝝ ſe conditōibus conformare. Vt inquit.
Nam ſicut elitropiū ſeu ſolſequiū ſe cōformat ſoli ſe ei cō/
tinue inclinando ⁊ aperiendo. ⁊ ſm motum ipſius ſolis ſe
mouendo ⁊ ordinando. Sicut etiam ſilenites lapis preci/
oſus ſequitur motum lune. ita ꝙ imago lune in ea dicitur
apparere. que imagini lune celeſtis ſe dicitur conformare.
et ſm varietates ipſius continue variare. Sic ꝟe chariſſi/
mi ſi volumus iuſti eſſe: neceſſe eſt ꝙ ſoli ⁊ lune. i. chriſto ⁊
beate virgini vel alijs celeſtibus ⁊ bonis perſonis nos cō/
tinue conformemus. ⁊ ꝙ ipos in cūctis bonis actibus in/
nitemur. ⁊ ꝙ motus conditōis ⁊ affectōis ſm illos motus
et conditōes quos in eis viderimus ordinemus ⁊ etiaꝫ al
teremꝰ. Vt inq̄t. Circa qđ nō. ꝙ nos debemꝰ eis ꝯformari

In humilitate.
In ſtabilitate.
In benignitate.
In ſagacitate.

Dico in humilitate: vt ſic dicat q̄li/
bet illud Pſal. Vt iumentū factus
ſum apud te ⁊ ego ſemꝑ tecuꝫ. Itē
cōfirmemus eis in ſtabilitate. vt ſic
quilibet dicat illud. Eſa. l. Poſui faciem meam vt petram
duriſſimam. Item in benignitate: vt de quolibet dicat̄ il/
lud phyl. ij. In ſilitudinem hominū factus eſt ⁊ habitu in
uentus vt homo. Homo enim eſt aīal manſuetum natu/
re. Item conformemur in ſagacitate: vt dicamꝰ illđ. j. Co/
rinth. iij. Vt ſapiens architectꝰ poſui fundamentū. Debe/
mus igit̄ ſi volumꝰ eſſe iuſti a prauis moribus alterari. Vt
inq̄t. Secūdo dico. ꝙ nos debemꝰ in bonis virtutibꝰ ra
dicari. quia debet dici Palma. Sicut eīm arboꝛ non poteſt
ꝑfici niſi fuerit profūde ⁊ firmiter radicata. quia ſcꝫ alīs vel
a vento faciliter euelleret̄. vel a caloꝛe faciliter ſiccaret̄. Et
ſic vere homo nō eſt iuſtus vel ꝑfectus: niſi in bono fue/
rit radicatus. Illi eīm qui radicem firmi propoſiti non ha/
bent. vel a vento tribulatōis vel ab ardoꝛe tentatōis faci/
liter deſtruūtur. Debet igit̄ firmiter radicari. Palma inq̄t
Palma eīm eſt arboꝛ ꝓfundiſſime radicata. vigoꝛe perpe/
tuo decorata. ⁊ duratōe longiſſima continuata. Sic ꝟe vir
iuſtus debet radicem boni propoſiti ſumme fixam habere.
vigorē gratie nunq̄ perdere. ſed ſemꝑ ⁊ continue ꝑ gratiā
viuere ⁊ durare. dicens illud Job. xxix. Sicut palma mul/
tiplicabo dies. Et vere bene decet virum iuſtū habere con
ſtantiam et ꝑſeuerantiam. qꝛ ſicut dicit̄ Sapie. v. Juſti au
tem imꝑpetuū viuent. Et Prouer. x. Juſtus ineternū non
cōmouebitur. Debet ḡ bonis virtutibꝰ radicari. Tercio
dico ꝙ ipe debet bonis affectibus vegetari. Florebit inq̄t.
id eſt flores bonarū affectuū habebit. Sicut eīm flores ſūt
materia fructuū. ſic bone affectōes ſunt materia bonoruꝫ
opeꝝ. Vñ de viro iuſto dr̄ in pſ. Juſtꝰ germiabit ſicut lili/
um. et florebit ineternū ante dominum. Juſtus eīm debet
Germinare ꝑ bonam meditatōem. Eſſe ſicut liliuꝫ per ca/
ſtam cōuerſatōem. Florere ꝑ bonam affectōem. Eſſe ante
dominū per iugem contēplatōem. Et hec ineternū per cō/
tinuam ꝑſeuerantiam ⁊ duratōem. Vide ſupra de floribꝰ.
vbi multa inuenies. Debet igitur vir iuſtus bonis affecti/
bus vegetari. Quarto dico ꝙ ipe debet celi ſublimitati/
bus eleuari. quia ſicut arboꝛ nō poteſt perfici vel comple/
ri niſi de terra ſuperius eleuetur. Sic homo nō poteſt iu/
ſtus fieri niſi per celeſtium cōtemplatōem ſuperius men/
taliter inaltetur. Quod oſtenditur cum dicitur. Sicut ce/
drus. vt ſic dicat illud Eccli. xxiiij. Quaſi cedrus exaltata
ſum in lybano. ſed hec vide ſupra de Cedro. Unde de vi/
ro iuſto dicit̄ in Pſalmo. Juſti epulentur ⁊ exultent in cō
ſpectu dei. Contemplatio eīm dei et bonoꝝ eternoꝝ nihil
aliud eſt ꝙ̄ quedam ſpūalis epulatio ⁊ quedam in dei pre/
ſentia exultatio ⁊ refectio. Debet igitur in dei ſublimitati/
bus contēplari. Quinto dico. ꝙ qui voluerit iuſtus fieri
ipe debet bonis operibꝰ fecūdari. quod oſtenditur in ver/
bo Multiplicabit̄. Sicut eīm arboꝛ multiplicat̄ per pullu
latione ⁊ fructificatōeꝫ. ſic vir iuſtꝰ ꝑ bonā opatione. Et
nota ꝙ iuſti multiplicant̄ ⁊ ad alios ꝑ bona opa dilatant̄

Quandoqꝫ ꝑ clementiā ⁊ compaſſionē.
Quandoqꝫ ꝑ iuſticiam ⁊ correctōem.
Quandoqꝫ ꝑ ſcientiam ⁊ eruditōem.

Multiplicā
tur dico per
clementiaꝫ ⁊
pietatem. qꝛ ſicut dicitur in Pſal. Juſtus autē miſeret̄ et
retribuet. Quia ſicut dicitur alibi. Diſperſit dedit pauperi
bus: iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Item dilatant̄
per iuſticiam et equitatem. Quia ſicut dicitur Sapie. x. c.
Juſtum dedurit dominꝰ per vias rectas. Item dilatant̄
per ſcientiam ⁊ ſagacitatē. Quia ſicut dicitur Sapie. iij. c.
Fulgebunt iuſti et tanquaꝫ ſcintille in arundineto diſcur/
rent. Finaliter dilatabitur quantum ad deum per eternaꝫ
gloriam et felicitatem. Unde in Pſalmo dicitur. Juſti au
tem hereditabūt terram. et inhabitabūt in ſeculum ſeculi
ſuper eam. Multiplicabitur ergo. Unde in Pſalmo dicit̄
Multiplicabis in anima mea virtutem. Tales igit̄ ſunt
iuſti. id eſt perfecti boni et honeſti. Sed procerto nunc eſt
dolendum. quia pauci inueniūtur hodie tales. Quia vere
pauci ſunt qui velint

Alterari per conuerſionem.
Radicari per durationem.
Vegetari per bonam affectionem.
Eleuari per contemplationem.
Fecundari per bonam operationem.

Et ideo procul/
dubio pauci ſūt
hodie viri iuſti.
qꝛ ſicut dr̄ Eſaie
lvij. Juſtꝰ perijt
et nemo eſt qui recogitet. q̄a reuera pauci ſunt hodie iuſti.

q̄uis forte multi ſint q̄ ſe iuſtos ſimulent atq̄ fingant De quibus dr̄ Luce.xx. Miſerūt inſidiatores q̄ ſe iuſtos ſimularent. Iſti ſunt hypocrite q̄ in apparentia videnť eſſe iuſti ⁊ tñ in exiſtentia ſunt iniuſti. Et tales debent timere cōminationē ſcripture dicentis in pſ. Iniuſti aũt diſꝑibunt. ſimul ⁊ reliquie impiorꝫ interibunt. Virū eñ iniuſtū mala capient in interitu. Et ideo bonum eſt nos eſſe iuſtos quia oculi domini ſuꝑ iuſtos ⁊ aures eius in preces eorū. Et ſic patet quō iuſticia accipiť ꝓ perfectione generali ⁊ vniuerſali. Sed adhuc dico ꝙ iuſticia accipiť ꝓ virtute ſpeciali ⁊ cardinali. Et ſic iuſticia q̄q̄ poſſit ad oēs ꝑtinere. ex eo.ſ. qꝛ q̄libet hꝫ reddere vnicuiq̄ qđ ſuum eſt. videlicet.

Deo reuerentiã.
Sibi penitentiã
Proximo bñficentiã.

Pertinet tñ p̄ncipaliter ad iudices ⁊ p̄latos q̄ orbem habent iudicare ⁊ gubernare ⁊ inter virū ⁊ ꝓximū ſuū iuſticiã ꝑpetrare. Jō talib⁹ dr̄ Sap.j. Diligite iuſticiã q̄ iudicatis terrã. Dauid etiã q̄ erat rex dicebat in pſ. De⁹ iudiciū tuū regi da. ⁊ iuſticiã tuã filio regis. Juſticia ergo ſumiť ꝓ illa regula rectitudis q̄ q̄s đo ſibi ⁊ ꝓximo exhibꝫ q̄cq̄d debuerit exhibere. Vñ Bern. dicit in ſermone. Qꝛ iuſticia eſt reddere vnicuiq̄ qđ ſuū eſt.ſ. ſuꝑiori reuerentiã ⁊ equali auxiliū adiuuando. cōſiliū inſtruendo. ſubdito autē cuſtodiã ⁊ ſi deliquerit diſciplinã. Loquamur ḡ de illa rectitudine iuſticie q̄ ad p̄latos ⁊ iudices noſciť ꝑtinere. ⁊ q̄ etiã cordi hũano naturaliť eſt inſita. Sicut eī videm⁹ ꝙ regula ꝑ quã alia regulanť. hꝫ neceſſario eē recta. Sic iudex vl' p̄lat⁹ q̄ eſt regula alioꝝ hꝫ neceſſario eſſe iuſt⁹. Juſticia eñ eſt q̄dam mentis rectitudo q̄ nō dꝫ ad vnã ꝑtem vl' ad aliã declinare. vñ Eccl's.vij. Hec inueni ꝙ fecit dñs hoiem rectū. Rectitudinē eñ iuſticie que nobis debet ineſſe ꝓbat

Corporis figura.
Pectoris natura
Diuina ſcꝑtura.

Dico corporis figura. qꝛ.ſ. habet homo corp⁹ rectū ⁊ erectū in ſignū ꝙ ſemꝑ debet iuſticie rectitudinē obſeruare. qꝛ ſm Bern. Nil indecenti⁹ q̄ꝫ recto corpore curuum animū gerere. Item pectoris natura. qꝛ.ſ. in pectore hoīs in ipſa ꝑte rōnis eſt q̄dam portio q̄ dr̄ ſinderesis. q̄ nihil aliud eſt q̄ꝫ illa ſumma inflexibilis mētis rectitudo q̄ ad nullã iniuſticiã pōt aliq̄liť inclinari. in q̄ q̄dē humana mens immobiliter eſt fundata. Vñ Eſaie.lj. Juſticia mea non deficiet. Et Eſaie.liiij. In iuſticia fundaberis. recede ꝓcul a calumnia. Ad hec etiã facit diuina ſcriptura. Eccl's vij. Solūmodo hoc inueni ꝙ fecerit deus hominem rectū Et ideo bene conſulit pſ. Si vere vtiq̄ iuſticiã loquimini. recte iudicate filij hominū. Exponere ergo poſſum⁹ illam auctoritatem. pſ. Miſericordia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi. iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt. Quia ꝓculdubio iudici ⁊ p̄lato debent miſericordia ⁊ veritas obuiare. ⁊ ipm̄ debent pax ⁊ iuſticia oſculari. Aduerte ergo ꝙ iuſt⁹ iudex debet

Per mititudinē temperari
Per certitudinē informari
Per rectitudinē regulari
Per q̄etudinē tranq̄llari

Primū ꝓbat virtus pietatis. Miſericordia. Sed ſcđm virtus veritatis. Veritas. Sed terciū virt⁹ eq̄tatis. Juſticia. Quartum vo virtus vnitatis ſeu charitatis Pax. Debet enim habere iudex vel prelatus In affectione clementiam ⁊ pietatem. Miſericordiã inquit. In cognitione ſcientiam ⁊ claritatem. Veritas inquit. In correctione modeſtiam et equitatem. Juſticia inquit. In intentione concordiam ⁊ vnitatem. Pax inquit. Quia.ſ. ad pacem ⁊ ꝯcordiam ſubditorum debet eſſe intētio iuſti iudicis ordinata. Dico ergo ꝙ iuſtus iudex vel prelatus debꝫ per mititudinem moderari quod oſtendiť cum dicitur. ꝙ ipſe debet habere miſericordiam. Juſticia enim ſemꝑ debet miſericordia temperari. quia ſicut dicit Criſoſtom⁹ ſuper Matheum. Juſticia ſine miſericordia non eſt iuſticia ſed crudelitas. Et miſericordia ſine iuſticia non eſt miſericordia ſed fatuitas. Sicut enim videmus ꝙ abies que inter ceteras arbores eſt rectiſſima: molliſſima ⁊ etiam gummi ⁊ liquore abundantiſſima. ſolet enim liquorem tenacē ⁊ odoroſum emittere. qui.ſ. in infirmitatib⁹ diciť ſuffragari. Sic vere homo q̄uis ſit per iuſticiam ⁊ equitatem rectiſſimus. ſemꝑ tamen cum hoc debet eſſe ꝑ pietatem molliſſim⁹. quia ſemꝑ debet cum rectitudine equitatis habere gummoſitatem ⁊ molliciem pietatis. qꝛ ſm Grego. in moral'. Plerumq̄ accidit ꝙ illi qui inter tormēta remanent incorrecti. blandimentis ſuauib⁹ corriguntť. Eſt igiť neceſſaria miſericordia iudicibus. qꝛ.ſ. ſemꝑ debent vnicere cum iuſticia pietatem. Similes elephanti. qui quando ſedet ſꝑ ſolet pedes flectere. quia ſcꝫ illi qui ſedent in throno iudicarie poteſtatis. ſemper pedes affectōnum flectere debent ad opera pietatis. Veruntamen ſicut elephas nunq̄ taliter flectiť quin ſemꝑ rectus alicui arbori innitatur. Sic iudex nunq̄ debet ſic flecti ad miſericordiam quin ſemper rectus maneat per iuſticiam. Vnde Aug⁹. ſuper illud verbū Math.xviij. Si peccauerit in te frater tuus corripe cum inter te et ipſum. Et ſi foris terribiliter correctio ꝑſonet. intus tñ dilectio ſuauiter ſonet. Qđ eſt contra multos iniq̄s iudices ⁊ auſteros qui penitus ſine miſericordia alios iudicant ⁊ condemnant. cum tamen dicat ſcriptura. ꝙ iudicium ſine miſcđia fiet ei q̄ non fecit miam. Jaco.ij. Habeant ergo miam. Vnde Prouer.xxj. Qui ſequiť miam ⁊ iuſticiam inueniet vitam. Debet ergo iuſtus prelatus et iudex per mititudinem moderari. Deinde dico ꝙ ipſe debet per certitudinem informari. Veritas inq̄t. quia.ſ. veritas ⁊ claritas cognitionis ⁊ ſcientie debet intereſſe in iuſticia facienda. Sicut enim ſagittarius non poteſt recte iacere ſagittam niſi videat clare ad terminū ad quem iacit. ſic nec hō poteſt recte vel iuſte aliquid operari niſi poſſit certitudinaliter informari. Veritas ergo. pſ. Miſcđia ⁊ veritas p̄cedent faciem tuam. Vnde de bonis iudicib⁹ dr̄ Eſaie.lxj. Dabo opus eorum in veritate. Et Eſa.xxxij. Ecce in iuſticia regnabit rex ⁊ principes in iudicio preerunt. Sed heu ꝓculdubio videť impletum illud vaticinium Eſa.lix. Conuerſum eſt inquit retrorſum iudicium ⁊ iuſticia longe ſtetit. qꝛ corruit in plateis equitas ⁊ veritas non potuit ingredi. Vbi queſo in iudicibus ⁊ maioribus noſtris eſt iuſticia. vbi equitas vbi veritas. Et vere moderno tempore iudicium fugijt. iuſticia longe abijt. equitas defecit ⁊ corruit. ⁊ in modernis curijs veritas ingredi non potuit. Ita ꝙ breuiter de modernis poteſt dici illud. j. Macha.vij. Non eſt in eis veritas ⁊ iudicium. Veritas enim nō eſt hodie in multis. ſed potius fraus. deceptio ⁊ fallacitas. qui. ſcꝫ ſub ſpecie iuſticie imponunt hominibus multa falſa. prece precio. odio vel fauore. vt exinde poſſint lucrū aliquod extorquere. Iſti ſunt ſicut falſi medici qui loco medicine offerunt homini venenum. quia iſti loco vere iuſticie offerunt hominib⁹ iudicium falſum. Iſti ſunt ſimiles lupo de quo narrať in fabulis ꝙ cum ſemel vidiſſet ſe diffamatū de nimio eſu carnium. iurauit decetero non comedere carnes ſꝫ tandem artatus fame inuenit mutonem pinguē in prato ipſe vo ꝓpter iuramentum eum comedere verecundans: impoſuit ei nomen ꝙ erat ſalmo ⁊ non obſtantibus multis modis allegationibus ⁊ negatiōib⁹ factis ex ꝑte mutonis deuorauit eum loco ſalmonis. Sic vere tales qui ex iniuncto ſibi officio teneně. ac ſub iuramēto non comedere carnes. id eſt aliquid crudeliter non extorquere. ipſi vo qñ vident pinguem mutonē. i. ruſticum diuitē. imponunt ei ꝙ ſit ſalmo. i. ꝙ ſit latro vel homicida. ſicut habemus exemplum. iij. Reg.xxj. Vbi Jezabel fecit imponi Naboth. ꝙ maledixerat deo ⁊ regi. ⁊ ſic fecit eum occidi vt vineam ſuam haberet. Quia procerto non obſtantibus quibuſdam allegationibus iuſticie. tales loco ſalmonū comedunt mutones. i. ſub ſpecie malorum depredantur ⁊ deuorant innocentes. De his dicit Cicero. ⁊ allegatur libro de florib⁹ philoſophoꝝ. ꝙ nulle deteriores inſidie q̄ꝫ ille que ſub diſſimulatione officij fiunt. Iſti ergo non habent veritatem. ſimiles dyabolo. de quo dr̄ Joh.viij. Ille homicida erat et in veritate non ſtetit. quia veritas in eo non eſt. Non ſic ergo. qꝛ ꝓcerto qui vult eſſe iuſtus debet per certitudinē informari. Veritas inquit. vt ſibi dicať illud pſ. Propter veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſticiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Deniq̄ dico ꝙ ipſe debet ꝑ rectitudinem regulari. Juſticia inquit. Quia ꝓcerto prelatus vl' iudex dꝫ ꝑ iuſticiã regulari ⁊ rectificari. ⁊ q̄ꝫtum ad ſe. ⁊ q̄ntum ad ꝓximū ⁊ q̄ꝫtum ad deum. Quia.ſ. cuꝫ rectitudo iuſticie reddat vnicuiq̄ qđ ſuum eſt. ipſe q̄ iuſt⁹ vult eſſe dꝫ ſibi reddere penitentiam. ꝓximo beneficentiam ⁊ deo reuerentiã exhibere. Notem⁹ ergo ꝙ triplex eſt iuſticia exhibēda. vicꝫ. Promotio. Inſtructio. Correctio. Suꝑior eñ

deb3 ſm deū ⁊ iuſticiā exhibere Promerentibꝰ ꝓmotōem
Ignorantibꝰ inſtructionē. Delinquentibꝰ correctionem.
Iſte em̄ ſunt tres ꝑtes iuſticie q̄s ꝓlati tenent ex debito
ſui officij adimplere. Iuxta illud. Math.iij. Sine mō ſic
em̄ decet nos implere oēm iuſticiam. Debēt em̄ bonos ad
ꝓmotiones erigere. Rudos ꝑ inſtructiones dirigere. Ma
los ꝑ punitiōes corrigere. Iuſti ergo bonos ad ꝓmotōes
erigunt. Vn̄ Eſaie.xxxij. Ecce in iuſticia regnabit rex. Et ꝓ
uer.xvj. In iuſticia firmabit ſoliū. q2.ſ. illi qui ad regnū vl
ad ſoliū ꝓmouent. ſemꝑ debent mediante iuſticia ꝓmo-
ueri. vt.ſ. digni digne ꝓmoueant. ⁊ indigni nllo fauore ſuf
fragante penitꝰ repellant. Cuiꝰ tn̄ cōtrariū faciūt illi q̄ im-
promotos dimittunt ſubditos meliores. ⁊ ꝓmouent ſuos
familiares ⁊ ꝓpinquiores. q̄ꝙ fuerint in ſufficientijs debi
liores. Item ſtultos iuſti ꝑ inſtructionē dirigunt. Vn̄ Da
niel.xij. Qui ad iuſticiā erudierint multos. q̄ſi ſtelle in per
petuas eternitates fulgebunt. Itē iuſti malos ꝑ punitio-
nē corrigunt. q2 ſic̄ ſm Ambro. Apes hn̄t aculeū quo ſe et
domos defendunt. tanteq3 ſunt audacie ꝙ ꝓ defenſiōe do
moꝝ ſuaꝝ morti ſepiſſime ſe exponunt. Sic vere iudex vl
ꝓlatus debet portare ſecum aculeū iuſticie ⁊ rigoris Roꝝ.
xiij. Nō em̄ fruſtra gladium portat. quo.ſ. malis ꝑ corre-
ctionis regulā ſe opponat. ⁊ quo a ꝑncipibꝰ ſeu tyrannis
domū eccleſie cui preeſt liberet ⁊ defendat. ita ꝙ ſi neceſſe
eſt etiā morti corporis ꝓ defenſiōe eccleſie ſe exponat. Ec-
cleſi.iiij. Vſq3 ad mortē certa ꝓ iuſticia. Prelatꝰ em̄ vl iu-
dex nō ſolum debet habere miam ⁊ dulcorē. ſ3 etiā iuſticiā
⁊ rigorē. Sicut em̄ panthera eſt animal benignū ⁊ placidū
pictū ⁊ coloratū. ⁊ a cunctis aialibꝰ ꝓdilectū. verūtn̄ hab3
quendā in vultu toruorē quo alia aialia eiꝰ timore natura
liter deterrent q̄ꝙ ad ipm̄ diligendū ꝑncipalit attrahant
Sic ꝓcerto ꝓlatꝰ vl iudex d3 eſſe benignus ⁊ placidus per
pietatē ⁊ affabilitatē. Pictus ⁊ coloratꝰ ꝑ decentiā ⁊ bone
ſtatē. Amicus ⁊ dilectꝰ ꝑ beneficioꝝ liberalitatē ⁊ largita-
tem. Verūtn̄ iſte q̄cq̄d agat inter ſubditos ſemꝑ debet tor
uū vultū ꝑ rigorem ⁊ ſeueritatē gerere vt alij eius aſpectu
terreant ⁊ teneant eū timere. ⁊ a malis operibꝰ abſtinere.
Quia ſicut d2 Prouer.xx. Rex q̄ ſedet in ſolio iudicij diſſi
pat omne malū intuitu ſuo. Quia vere iudex vl ꝓlatꝰ nun
q̄ꝙ ſe debet tamfamiliarē exhibere q̄n ſꝑ vultu ⁊ geſtu poſ-
ſit rigorem ⁊ iuſticiā deſignare. ⁊ terrorem in alioꝝ cordi-
bus generare. Quia teſte Inno.li. de cōditione miſerie hu
mane. Nimia familiaritas parit contemptū. Et iō ſm ꝓs.
Iuſticia debet ante eū ambulare ⁊ iuſticia ⁊ iudiciū d3 eē
ꝓparatio ſedis ſue. Quia ſicut d2 in ꝓs. Beati q̄ faciūt iu-
diciū ⁊ iuſticiā in omni tꝑe. Debet ḡ iudex vel ꝓlatꝰ ꝑ recti
tudinē regulari. Inſuꝑ dico ꝙ ipſe debet ꝑ quietudinē3
ordinari. Pax inq̄t. Tota em̄ intentio iudicis d3 eē ad pa
cem inter homines faciendā. Quia ſicut dicunt iura ciui-
lia. Nihil aliud q̄rat iudex ꝓterq̄ꝙ ꝑtes ad concordiā reuo
care. Ad hoc em̄ eſt iuſticia ordinata. vt.ſ. in hoībꝰ pax ⁊ cō
cordia cōſeruet. Iaco.iij. Fructꝰ iuſticie in pace ſeminat
Sicut em̄ ꝑ violentū raptū firmamenti oīs orbes ⁊ pla-
nete inferiores pacifice regunt. trahunt ⁊ mouentur. ita ꝙ
vnus aliū nō turbat nec impedit quoquo mō. Sic vere ꝑ
raptum rigoris ⁊ iuſticie boni iudicis vl ꝓlati inferiores ta
liter gubernant. ꝙ inter ſe pacifice cōuerſant. ⁊ ꝙ ab oīni
diſcordia trāq̄llant. Vn̄ d pace ⁊ iuſticia loquit Eſa.xxxij
Erit inquit opus iuſticie. pax ⁊ cultꝰ iuſticie. ſilentiū ⁊ ſecu
ritas vſq3 in ſempiternū. Et ſedebit ppls meꝰ in pulcritu-
dine pacis. in tabernaculis fiducie ⁊ i requie opulēta. Pa
tet ḡ ꝙ iuſtꝰ iudex debet amare quietudinē. Pax. Serua-
re rectitudinē. Iuſticia. Tenere certitudinē. Veritas. Ha
bere mititudinē. Miſcdia. Et de iuſticia ſufficit inq̄ꝙtu3
accipit ꝓ ꝩtute cardinali ⁊ ſpeciali ⁊c̄. De iuſticia ꝩo di
uina eſt aliq̄d admittēdū. Et dicamꝰ ꝙ ſicut d2 in ꝓs. Mi
ſericors dn̄s ⁊ iuſtꝰ. Ipē em̄ h3 miam in p̄nti ⁊ habebit iu
ſticiā in futuro. Eſt em̄ deꝰ ſicut aquila de qua dicit Pliniꝰ
Q2 ſꝑ ſolet in nido ſuo duos p̄cioſos lapides habere ſimil
nec vnū ſine alio ibi eſſe. Quia vere celeſtis aquila.i. deꝰ in
nido cordis ſui ſemꝑ h3 duos lapides p̄cioſos.i. duas ſpe
ciales ꝩtutes iuſticiā.ſ. ⁊ miam. q̄ ibi ſemꝑ ſe ſolent cōica-
re ⁊ vna ſine alia nunq̄ꝙ eſſe. Conſidera em̄ oīa opa dei ⁊
ſemꝑ inuenies iunctā iuſticiā pietati. ⁊ cōiunctā miam eq̄
tati. Vn̄ in ꝓs. Vniuerſe vie dn̄i miſcdia ⁊ veritas. Vn̄ de
xp̄o d2 Zach.ix. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus ⁊ ſaluator
Iuſtus dico peccatores condemnando. Et ſaluator bo-
nos premiando ⁊ remunerando. Iuſticia ergo dei Eſt

Maloꝝ triſtificatiua.
Bonoꝝ letificatiua
Iuſtoꝝ remuneratiua

Eſt dico triſtificatiua delin-
quentiū. Illi em̄ q̄ delinquūt.
ſc3 peccatores ꝑ diuinā iuſtici
am punient ⁊ eterna patria priuabunt. Sicut em̄ lapis q̄
d2 Echites ſuppoſito cibo nō ſinit illum q̄ reus eſt veneni
de cibo guſtare. Si ꝩo reus veneni nō fuerit ſine difficulta
te manducabit. Sic vere diuina iuſticia in die iudicij nō ꝑ
mittet illos q̄ ꝓpriā animā venenauerūt ꝑ peccatū de cibo
celeſtis glie manducare. Illi ꝩo q̄ veneno pcti mortal ꝓ-
priam animā minime necauerūt iſtum cibū tunc tꝑis mā-
ducabunt. Iō talibus dicit dn̄s improperare. Eſa.lxv. Ec
ce inquit ſerui mei comedēt ⁊ vos eſurietis. ecce ſerui mei
bibent ⁊ vos ſitietis. ecce ſerui mei letabunt ⁊ vos cōfun-
demini. ecce ſerui mei laudabunt p̄ exultatione. ⁊ vos cla-
mabitis p̄ dolore. Iſta ḡ facit iuſticia diuina q̄ tūc bonos
faciet recreari. malos ꝩo fame ꝑpetua macerari. Quia ſi-
cut dicit Prouer.xiij. Iuſtus comedet ⁊ replet animā ſu-
am. venter aūt impioꝝ inſaturabilis. Iſta eſt ergo triſtifi-
catiua delinquentiū. Item dei iuſticia eſt letificatiua pa-
tientiū. Magna eſt em̄ leticia illis q̄ iniurias patiunt quā
do cogitant ꝙ iudex iuſtus q̄ inultū abire nō patit q̄n ipo
rum iniurias vindicabit. Sicut em̄ d2 in ꝓs. Iuſticie domi
ni recte letificantes corda Item diuina iuſticia eſt remu
neratiua laborātiū. Iſta em̄ nō vult eſſe operariū ſine mer
cede. q2 ſicut d2 Deutro.xxiiij. Nō negabis mercedem in-
digentis ⁊ pauperis fratris tui. Et iō dicebat.ij. Thim.iiij
Bonū certamen certaui. curſum cōſūmaui. fide3 ſeruaui.
iō repoſita eſt mihi corona iuſticie quā reddet mihi dn̄s in
illū diē iuſtus iudex. Qd nobis cōcedat ⁊c̄. Vide ſupra in
titulo de Correctione ⁊ in alijs pluribꝰ titulis.

# Iuſtificare.

Nota ꝙ iuſtificare idem eſt qd iu
ſtum efficere. qd ſolum ꝑtinet ad
gratiam diuinam. Iuxta illud tytum.iij. Iuſtificati gratia
ipſiꝰ heredes ſimus ⁊c̄. Vide ſupra de gratia ⁊ de iuſticia.
q2 amitto gratia breuitatis.

# Iuuare.

Vide ſupra vbi adiutorium.

# Iuuenis. Iuuentus.

Nota ꝙ i ſcri-
ptura iuuentꝰ
accipit. quandoq3 literaliter. quandoq3 moraliter ⁊ ſpūa-
liter. Moraliter autem ſignificat quandoq3 in bono quan
doq3 in malo. In bono enim deſignat hominem ꝩtuoſum
qui ſemper in virtutibus iuueneſcit. Pſal. Renouabitur
vt aquile iuuentus tua. In malo ꝩo ſignat hominem vici
oſum q̄ per laſciuiā inſoleſcit. ꝓs. Iuuenes eoru3 comedit
ignis. Moraliter ergo poſſumus dicere ꝙ ꝑ iuuentutē p̄t
intelligi vir ꝑfectꝰ. q2 ſicut videmꝰ ꝙ iuuenis eſt naturalit

Gratus ⁊ gratioſus.
Letus ⁊ gaudioſus.
Fortis ⁊ animoſus.
Subtilis ⁊ ingenioſus
Agilis ⁊ obſequioſus.

Sic vere ſpiritualit. vir
perfectus debet ſe exhibe-
re Gratioſum in conuerſa
tione. Gaudioſum in ſpiri
tuali cōſolatione. Animo-
ſum in peruerſorum correctione. Ingenioſum in occulto
rum conſideratione. Obſequioſum in obedientia ⁊ ſubie
ctione. Et ſic de ipſo poterit illud quod dicit Thob.v.
Inuenit iuuenem ſplendidum ſtantem p̄cinctum ⁊ quaſi
paratum ad ambulandum. Vbi aduerte ꝙ ſpiritalis iuue
nis.ſ. vir ꝑfectus debet eſſe Gratioſus ad diligendum. In
uenit inquit iuuenem. Luminoſus ad erudiendum. Splē
didum. Vigoroſus ad ſuſtinendum. Stantem inquit. Cu
rioſus ad obediendum. Paratum inquit ad ambulandū.
Debet ergo habere iuuenis ſpiritualis gratioſam pul-
critudinem. quia ſcil3 ipſe debet eſſe iuuenis qui naturali-
ter eſt pulcrior q̄ꝙ ſit ſenex. Vnde.ij. Macha.iij. Apparue
runt duo iuuenes virtute decori. Item debet habere lumi
noſam limpitudinem. Splendidu3 inquit. quia ſcilicet ip-
ſe debet eſſe ſplendidus per diſcretionem. Vnde de Tho
bia dicitur Thob.j. Q2 cum eſſet iunior nihil tamen pueri
le geſſit in ope. Et Sapientie.viij. Iuuenis ⁊ acutus inuē
niar in iudicio. Item d3 habere vigoroſam fortitudine3

qđ notat in ꝟbo ſtante.q.d. ipſi debent eſſe ſtabiles atq̧ fortes ad bonū opus aggrediendū. ⁊ ad malis operib⁹ reſiſtendum. ⁊ ad labores ⁊ tribulationes ſuſtinendū. Unde .i. Ioh.ij. Scribo vobis iuuenes q̃m fortes eſtis. Stantem inq̇t. Un̄.ij. Mach.xij. Robuſti iuuenes ꝓ muris cōſiſtētes fortiter repugnabāt. Itē debet habere ſtudioſā ꝓmptitudinem. paratū inquit. Neemie.iiij. Media ps iuuenū faciebat opus. vt ſic dicat iuuenis deo vel ꝓlato ſuo illud ps. Paratū cor meū deus paratū cor meū ⁊c. Tranſiui breuiter iſtam auctoritatē. ꝓ eo q: ſupius eſt expoſita ⁊ ꝓſecuta in titulo de inuenire in .§. Scđo dico: ꝙ eſt inuentio q̄ inuenit hō iuſtus. Et iō vide ibi ⁊ ꝓſequere q̇tuor mēbra ꝓdicta ſicut ibi iuuenies ꝓſecuta. Sȝ heu ꝓculdubio videtur hodie de mltis ꝙ ipi nō ſ̄t iuuenes. imo ſenes. q.d. ſpiritualr̄ loq̄ndo ipi nō ſ̄t nec obſequioſi. nec vigoroſi. nec ingenioſi. nec gratioſi. q̄nimo ꝓcerto ſic videm⁹ ꝙ ſenes ſ̄t in Vultu turpiores Sic vere multi ſ̄t q̄ p̄e ceteris ſūt Motu tardiores hodie turpiores in cōuerſatōe. Tar Virib⁹ debiliores diores in opatione. Debilioris reſiſ Sēſib⁹ obſcuriores tentie. Obſcurioris ignorantie. Et ꝓpter hoc tales nō poſſunt dici iuuenes ꝓpter ꝑfectiones ſ̄ magis ꝓpter malam ⁊ iuuenilem cōditionē. Dico ergo ꝙ tales habent cōuerſationem turpiorem. Un̄ ipſi poſſūt dicere illud ps. Iunior fui eteñ ſenui. Item opatione tardiorem. Un̄ Mar.xvj. Viderūt iuuenē ſedentē. Item habent reſiſtētiā debiliorē. Un̄ in ps. Iuuenes eoꝝ in gladio ceciderunt. Item habent ignorantiā obſcuriorē. Un̄ Prouer.vij. Cōſidero vecordē iuuenē in obſcuro aduesperaſcēte die in noctis tenebris et caligine. Nō ſic ergo ſ̄ ſim⁹ boni iuuenes ⁊ nō mali. ⁊ ſim⁹ ſicut ſerpens q̄ comedens feniculum pellem deponit ⁊ in ſenſib⁹ iuueneſcit. Et ſicut aquila q̄ ſenectute grauata alte aſcendit ⁊ fontē deſcendēs ſuā renouat iuuentutem. Sim⁹ etiā ſicut fenix q̄ p incinerationē in iuuentutē priſtinā reuiuiſcit. Et ſicut illa palma ſingularis de qua dicit Plini⁹. ꝙ poſtq̃ ſenectute conſumpta fuerit ad iuuētutē priſtinā reuireſcit. Quia ꝓcerto charriſſimi ſi ſenectus vicioꝝ ⁊ male cōſuetudinis nos grauat nos debem⁹ ꝓculdubio alte aſcendere p contemplationē. ⁊ ad fontem lachrymarū deſcendere p compunctionē. pellem veterē peccatoꝝ dimittere p bonā cōuerſionē. in cinerem cōuerti per mortis conſiderationem. ⁊ ſic poterimus eſſe iuuenes p moralem ⁊ virtuoſam ꝑfectionē. vt de nobis dicat̄ illud Marci.xvj. Viderunt iuuenem ſedentem a dextris coopertū ſtola caudida. q.d. nos debem⁹ videri p apparentē ſimplicitatē. cooperiri p oſtentationē bonoꝝ noſtroꝝ humilitatem. Debem⁹ eſſe in ſtolā candida p conuerſationis honeſtatem ⁊ formoſitatē. Sic igit̄ patet quō iuuentus accipit̄ ſpiritualiter ⁊ moraliter. Sȝ adhuc nota ꝙ eſt iuuentus naturalis ⁊ corporalis. Et iſta ꝓcerto eſt Sagaciter reprimenda. Debet dico iuuenis ſagacit̄ Veraciter inſtruenda. ſubiugari. quia ſicut bos ⁊ ca Utiliter occupanda nis nunq̃ bene domant̄ niſi in iuuentutis tempore edoment̄. ſic nec homo a ſuis leuitatibus reprimit̄. nec obedientie legib⁹ ſubiugat̄ niſi a iuuentutis initio edometur. Herba enim in pricipio quando incipit germinare melius ſe multiplicat ⁊ fecundat: ſi fuerit compreſſa ⁊ mediocriter conculcata. Si enim ad libitum creſcere ꝑmittit̄ faciliter prorumpit in ſemen. ⁊ faciliter indurat̄. ⁊ a priſtina pulcritudine deficcat̄. Sic vere charriſſimi vtile eſt homini dum adhuc eſt in germine. i. iuuentis ſi ad voluntatem ſuam creſcere nō viuere nō ꝑmitat̄. ⁊ ꝙ a ſenioib⁹ ſuis p diſciplinā deprimat̄ ⁊ debite conculcet̄. Et ſicut dicit̄ Math.v. Ad nihilum valet vltra ſal niſi vt mittat̄ foras ⁊ conculcet̄ ab hominibus. Als ſi voluntati ſue dimittit̄. faciliter ſolet nimis creſcere per ſupbiam. ſemen emittere per luxuriam. deſiccari per auariciam. ⁊ indurari p obſtinationis maliciam. Vn̄ bene conſulit ſapiēs Eccli.xxx. Non des inq̇t filio tuo poteſtatem in iuuentute. ⁊ ne reſpicias cogitatus illius. curua ceruicem ei⁹ in iuuentute ⁊ tonde latera illius dum infans. ne forte induret ⁊ nō credat tibi. Debet ergo ſagaciter ſubiugari. Debet etiam vtiliter informari. Nam ſicut cera nō recipit impſſionē ſigilli niſi recenter fuerit calefacta. ⁊ ſi mittit̄ indurari nō pōt amplius bene figurari. Sic vere in homine impreſſio doctrine ⁊ ſcientie non recipit̄ niſi dum eſt recens et iuuenis imprimat̄. quia ſi dimittit̄ p ſenectutē indurari. nūq̃ poteſt amplius informari. Ideo bene conſulit̄ Eccli.vj Fili inquit a iuuentute tua excipe doctrinam ⁊ vſq̧ ad canos inuenies eam. Et bene dicit Uſq̧ ad canos inuenies. Quia vere illud qđ in iuuentute acquirit̄ vſq̧ ap caniceȝ reſeruat̄. Apes enim prius minores pedes melle onerant tandē pedes medios melle replent. finaliter ꝟo pedes poſteriores melle onerant atq̧ cōplent. Quia vere ꝑmo nos debem⁹ p mel ſcientie ⁊ doctrine anteriorē ꝑtem vite nr̄e. ſcȝ iuuentutē onerare. deinde vſq̧ ad mediā continuare ⁊ ſic finaliter in poſteriori parte ſenectus bene poterim⁹ conſummare. Quia ſicut dr̄ Prouer.xxij. Adoleſcens iuxta viam ſuam gradit̄ etiam cū ſenuerit nō recedet ab ea. Illud eñ qđ in iuuentute colligit̄ ad vite medium tranſmittitur ⁊ vſq̧ ad ſenectutis terminū retinet̄. Ideo bene dicit̄ Eccleſiaſtici.xxv. Que in iuuentute non congregaſti. quō inuenies in ſenectute tua. Et ideo bene dico ꝙ iuuentus debet vtiliter informari. Debet quoq̧ iuuentus vtiliter occupari. Iuuenes enim in bonis ſunt laboribus occupandi. bonis operibus dedicandi. ⁊ bonis ſtudijs mancipandi. ⁊ inſup bonis cōſortijs coniungendi ⁊ a malis ſummopere retrahendi. Sicut eñ dicit Plini⁹. Apes iuuenes exteri⁹ exeunt ad labores. ſenes ꝟo intra aluearē dicunt̄ requieſcere ⁊ manere. Sic vere chariſſimi illi q̄ ſunt iuuenes ⁊ fortes debent labores bonoꝝ operū ⁊ penitentie ſufferre. vt cum ſenes facti fuerint. quieti cōtemplationis poſſint animas dedicare. Nee.iiij. Media ps iuuenum faciebat op⁹. Miles eñ tamdiu fortius debet dimicare q̄diu habuerit fortem equū. Cum igit̄ corpus noſtrū ſit noſter equus. qa ſicut dicit̄ Eſaie.xxxj. Equi eoꝝ caro ⁊ nō ſpūs. hinc eſt ꝙ dum iſte equus eſt fortis ⁊ iuuenis ipm debem⁹ penitentie laborib⁹ exponere ⁊ tribulationum prelijs applicare. Nam ſicut mel dicit̄ eſſe melius qđ a iuuenib⁹ apib⁹ conficit̄ q̃ qđ a ſenib⁹. Agni etiā q̄ in vere naſcunt̄ meliores eſſe dicunt̄ q̃ q̄ naſcunt̄ in hyeme. Sic vere chariſſimi mel bonoꝝ operū qđ a iuuenibus in tempore veris. i. in tempore iuuentutis conficit̄ ⁊ opat̄. melius ⁊ acceptius apđ deum reputat̄. q̃ illud quod a ſenibus in ſenectutis hyeme generat̄. A iuuentute ergo debemus vacare bonis operibus. vt ſic in ſenectutis tempore de noſtris laboribus eternam glīam conſequamur. Dicam⁹ ergo cum dauid illđ ps Paup ſum ego ⁊ in laboribus a iuuentute mea. exaltatus aūt humiliatus ⁊ cōturbat⁹. Ubi aduerte ꝙ a tpe iuuentutis debemus Cōtemnere rerum facultatē. q: debemus eſſe pauperes ſpiritu. Pauper inquit ego ſum Deprimere carnis voluptatem. quia debemus eſſe in laboribus. Erigere mentis voluntatē. q: debemus eſſe exaltati. Deponere carnis vanitatem. quia debemus eſſe humiliati ⁊ conturbati Iſta eñ quatuor a iuuētute debent fieri. Quia niſi homo a iuuentute iſtis virtutib⁹ aſſueſceret. ita forte in vicijs induraretur ꝙ nunq̃ bonus amplius efficeret̄. Qđ hn̄ aduerterat ſapiens Eccleſiaſtici.lj. q̄ dicebat. Cum adhuc iunior ſum priuſq̃ oberrem queſiui mihi ſapientiā. Sequit̄ Ambulauit pes meus iter rectū a iuuentute mea ⁊c. Proſeq̄re ſi vis ꝓdictā auctoritatē diuiſā ⁊ vide .§. de Adoleſcētia. Et inuehe ꝯ malos iuuenes. ⁊ maxime ꝯ illos q̄ meliores ſunt in iuuētute q̃ in ſenectute. ⁊ dic ꝙ boni ſ̄t q̄dā in

Iuuentute non in ſenectute. Primi ſunt illi Qui beSenectute ⁊ nō iuuentute ne incipiuut ⁊ male finiIuuentute ⁊ ſenectute. unt. Scđi Qui bene fiNec in iuuētute nec i ſenectute niunt ⁊ male incipiunt. Tercij Qui bene incipiunt ⁊ bene ꝑficiunt. Quarti. Qui male incipiunt ⁊ peiores deficiunt. De mala ergo iuuentute dicit̄ breuiter Eccl̄s.xj. Adoleſcentia ⁊ iuuentus vana ſunt. De ceteris ꝟo vicijs iuuentutis Vide .§. de adoleſcētia. Et infra de puero. Sufficit.

**Iuxta** Nota ꝙ iuxta quandoq̧ idē ſignificat qđ ſcđm: ⁊ ſic denotat ſimilitudinē. vt Leui.xviij Iuxta conſuetudinem terre egypti non facies. Quandoq̧ accipit̄ pro ꝓpe. Et ſic accipit̄ cōmunit̄ in ſcriptura. Un̄ nota ꝙ iuxta. i. vicinitas quandoq̧ refert̄ ad locum. q̄nq̧ ad tempus. quandoq̧ ad perſonam. Dico ad locum ſicut Iohis.xj. vbi de xp̄o dicit̄. Q: ipſe abijt in regiones iuxta

deſertū. Jteꝫ refertur ad tempus ſicut Deut. xxxij. Juxta eſt dies ꝑditiōis ⁊ ad eſſe feſtinant tempora. Jtē refert̄ ad ꝑſonam. Et ſic ſumit̄ in pš. Non habitabit iuxta te mali‑gnus. Et ſic ergo poſſumus notare ꝙ iuxta ſignificat quā‑doqꝫ Vicinitatem commendabilem. Societatem deteſta‑bilem. Propinquitatē affectabileꝫ. Eſt ei q̄dam vicinitas

Virtuoſa.
Viciosa
Fructuoſa
Doloroſa
Glorioſa

Omnia eñ iſta poſſunt ꝓbari ꝑ iuxta. Primo ergo dico ꝙ eſt vnū iuxta virtuoſū ⁊ iſtud ſignificat bonā bonoꝝ ſocietatem. q꞉ vn⁹ iuxta aliū debet ꝑ charitatis vincu‑lū habitare. Sicut eñ vna ſtella qñ eſt iu‑xta aliā ꝑticipat ipſius qualitates. Sicut arbores ꝑ vicini‑tatē aliaꝝ arborum q̄ ſunt iuxta ſe recipiunt incrementū. ſicut dicit̄ de palma femina. que dr̄ melius fructificare qñ iuxta palmā maſculū eſt plantata. Criſolit⁹ etiā iuxta ignē poſitus faciliter rapit ignē. Oliue etiā iuxta malogranata plantate melius fructificare dicunt̄. Sic ꝓcerto chariſſi‑mi qñ aliq̄s iuxta aliquā bonā ꝑſonā frequentat ⁊ ſocieta‑tem ipi⁹ diligit. ſectat̄ ipſius exempla ⁊ documenta. tunc in bonis operib⁹ fecundat̄. ⁊ a ſuis maliciȷ̄s immutat̄. Ju‑xta ergo. Et iō bene dicit̄ ꝓuer. xxvij. Melior eſt vicin⁹ iu‑xta ꝙ̄ frater procul. Simus ergo vn⁹ iuxta alterū. vt ꝑ mu‑tuā ſocietatem boni efficiamur. ⁊ a noſtris iniquitatib⁹ cō‑uertamur. Simus igit̄ chariſſimi Prelati iuxta ſubditos ad erudiendum. Subditi iuxta ꝑlatos ad obediendū. Ro‑buſti iuxta infirmos ad auxiliandum. Diuites iuxta ege‑nos ad ſubueniendū. Et ſic faciemus ſicut mal⁹ ꝓpheta. iij. Reg. xiij. Qui timens oſſa ſua comburi. ꝑcepit oſſa ſua tumulari iuxta oſſa ſancti ꝓphete. vt ꝑ ſocietatem bonoꝝ oſſium oſſib⁹ ipſius parceret̄. Eſt igit̄ iuxta virtuoſū Se‑cundo dico ꝙ eſt vnum iuxta vicioſum. Et iſtud ſignificat malam maloꝝ ſocietatē. q. ſ. ꝑ frequentationē mutuam fi‑unt deteriores. Sicut eñ dicit Plini⁹. Eſt quedā ſpecies lactuce que caprina dicit̄. que ſi in aqua ꝓiecta fuerit om‑nes piſces q̄ iuxta fuerint occidunt̄. Sic vere ſepe fit ꝙ ꝑ introductionem vni⁹ male ꝑſone omnes piſces. i. oīs ꝑſo‑ne vni⁹ ſocietatis corrumpunt̄ ⁊ deteriores efficiunt̄. Ju‑xta illud pš. Juxta iter ſcandalū poſuerunt mihi. Malus eñ hō dicit̄ ſcandalū. quia eſt aliȷ̄s cauſa ruine. Et iō cuili‑bet bono debet dici illud pš. Non habitabit iuxta te mali‑gnus ⁊c. Tercio dico ꝙ eſt vnum iuxta fructuoſum. Et iſtud eſt quando homo vult eſſe iuxta deum ꝑ deuotioneꝫ Juxta paradiſum ꝑ affectionem. Juxta infernum ꝑ con‑ſiderationem. Juxta crucem xp̄i ꝑ compaſſionem. Debe‑mus dico eſſe iuxta deum ꝑ deuotōnem. ſicut petebat iob xvij. Libera me domine ⁊ pone me iuxta te ⁊c. Jtem ſim⁹ iuxta paradiſum ꝑ affectionem. ⁊ ſimus ſicut columbe. ca‑ſtores ⁊ elephantes q̄ libenter dicunt̄ iuxta flumina com‑morari. q꞉. ſ. iuxta fluenta voluptatis eterne debem⁹ ꝑ affe‑ctionem manere ⁊ ibidē cordialiter habitare Eze. j. Cum eſſem iuxta fluuium Chobar aperti ſunt celi ⁊ vidi viſio‑nes dei. Vñ de oculis contemplatiuoꝝ dicit̄ Cant. v. ꝙ ip‑ſi ſunt ſicut columbe ſuꝑ riuos aquarum que lacte ſunt lo‑te. ⁊ reſident iuxta fluenta pleniſſima. Jtem ſim⁹ iuxta in‑fernū ꝑ conſiderationē ſicut de ſimone coriario dicit̄ Act. x. ꝙ domus eius erat iuxta mare. Jtem ſimus iuxta cru‑cem xp̄i ꝑ compaſſionē Joh. xix. Stabant iuxta crucē ieſu mater eius ⁊c. Quarto dico ꝙ eſt vnū iuxta valde dolo‑roſum. ⁊ iſtud eſt ꝓpinquitas ⁊ celeritas mortis ⁊ iudiciȷ̄. Unde Sophō. j. Juxta eſt dies domini magnus iuxta eſt ⁊ velox nimis. Et Deutro. xxxij. Juxta eſt dies ꝑditionis. Quinto dico ꝙ eſt vnum iuxta valde gaudioſū. Et iſtō eſt qñ homo eſt iuxta deum in patria per beatiſſimam viſi‑onem. Et iſtud ꝑtinet ad beatos q̄ modo ſunt iuxta deum collocati. q꞉ iuxta eſt dñs his qui recto ſunt corde ⁊ humi‑les ſpiritu ſaluabit. Vñ q̄libet talium poteſt dicere illud. j Reg. xx. Ego ex more ſedere ſoleo iuxta regem ad veſcen‑dum ⁊c. De Prope ⁊ de Societate. Et in pluribus titulis aliȷ̄s vide ſi placet ⁊c.

Hic eſt finis litere J.

Jncipit litera K.

# K Alende.

Nota ꝙ kalē‑de dicebant̄ ⁊ adhuc dicunt̄ ꝑmi dies men‑ſium: ſeu ſolennitates que in principio mē‑ſium conſueuerant fieri. Judei eñ in noua luna ſolent menſes ſuos incipere. ⁊ tunc ſo‑lennitatem ſolebant facere: q̄ apud eos dicebat̄. Neome‑nia vel kalende. Gentiles etiā circa principiā ſuorum men‑ſium ſolennitates facere conſueuerūt. quas kalendas vul‑gariter vocauerunt. Diſtingue ergo moraliter ſicut ſupra de Feſtum. q꞉ nihil ad preſens ⁊c.

## Kariſſimus.

Nota ꝙ chariſſim⁹ dicit̄ a cha‑ritate. Et tunc idem eſt qđ dile‑ctiſſimus. Aut a cariſtia. ⁊ tunc idem eſt qđ chariſſim⁹ vel ꝑcioſim⁹. Semꝑ igit̄ chariſſim⁹ notat in bono. Et ideo no‑ta ꝙ ille q̄ vult deo ⁊ ſanctis eſſe chariſſimus. dꝫ mult̄ vir‑tutibus abundare. Nam ſicut ille lapis charus ⁊ precio‑ſus dicit̄ qui multis ſpecialib⁹ ꝓprietatib⁹ inſignit̄. Sic il‑le deo ⁊ ſanctis meret̄ eſſe chariſſimus. q̄ multis bonis vir‑tutibus eſt dotatus. Sicut enim pater illum filium q̄ ei ꝑ̄ aliȷ̄s aſſimilat̄ habet chariſſimū: ſic xp̄s illum chariſſimuꝫ reputat q̄ ip̄m in virtutibus imitat̄: ⁊ q̄ ſibi in morib⁹ ſe cō‑format. Et hoc videt̄ innuere apl's Eph. v. vbi dicit. Eſto‑te imitatores dei ſicut filiȷ̄ chariſſimi. Ubi aduerte ꝙ q̄libꝫ talis debet eſſe

Fortis ⁊ ſtabilis. Eſtote.
Concors ⁊ abilis Jmitatores dei.
Dulcis ⁊ humilis. Sicut filiȷ̄ chariſſimi.

Fortis dico ⁊ ſtabilis. ⁊ hoc oſtenditur in verbo Eſtote. Uide de Eſtote ſupra in litera E. Marci. ix. Hic eſt filius meus chariſſim⁹. Eſſe enim ꝟbuꝫ ſubſtantiuū fortitudinē ⁊ ꝑmanentiā ſignat. Et nota ꝙ q̄libet talis dꝫ eſſe ſtabilis

Suſtinendo fluctus terribiles.
Reprimendo mot⁹ damnabiles
Refutando flatus fallabiles.
Diligendo cetus laudabiles

Jgit̄ ſi volum⁹ eſſe chariſſimi: ſimus for‑tes ſtabiles ⁊ manen‑tes: fluctus terribiles ſuſtinendo ⁊ tribulationes in patientia tolerādo Roꝫ. xij Non vos defendentes chariſſimi ſed date locum ire. Jtē motus damnabiles reprimendo ⁊ eius deſideria refrenā‑do. j. Pet. ij. Chariſſimi obſecro vos tanq̄ꝫ aduenas ⁊ pe‑regrinos abſtinere a carnalibus deſideriȷ̄s que militāt ad‑uerſus animam. Jtem flatus inutiles refutando ſeu ver‑ba adulatoria non credendo. j. Joh. iiij. Chariſſimi nolite credere omni ſpiritui: ſed ꝓbate ſpūs ſi ex deo ſunt. Jtem fratres laudabiles diligendo ⁊ charitatem firmiter ſectan‑do ⁊ continendo. j. Joh. iiij. Chariſſimi diligam⁹ nos inui‑cem. q꞉ charitas ex deo eſt. Qui ergo mō vult eſſe chariſſi‑mus deo ſit in iſtis q̄tuor iam dictis fortis ⁊ ſtabilis. Se‑cundo dico ꝙ neceſſe eſt ꝙ ipſe ſit erga deū cōcors ⁊ abilis q꞉. ſ. ipſe debet eſſe imitator dei ⁊ ſanctorum: ⁊ eis ꝓ poſſe ſimilis ⁊ cōformis. Jmitatores inquit. Unde dicit̄ de imi‑tari. iij. Joh. j. Chariſſimi noli imitari malum: ſꝫ qđ bonuꝫ eſt. Qui bene facit ex deo eſt ⁊c. Tercio ꝟo dico. ꝙ iſte de‑bet eſſe in conuerſando dulcis ⁊ humilis. q꞉ debet eſſe fili‑us. Sic̄ filiȷ̄ inquit. Uide de filio quō ſignat humilitatem ⁊ captiuitatem ⁊c. j. Joh. iij. Chariſſimi nunc filiȷ̄ dei ſum⁹. j. Corinth. iiij. Miſi ad vos Thimotheū qui eſt filius me‑us chariſſimus. Jſta ergo de chariſſimo ſufficiāt. Uide de charitate ⁊c.

Hic eſt finis litere K.

Jncipit litera L.

# L Abium.

quia ꝑ labiū locutio deſignat̄. eo ꝙ omnis vox eſt locu‑tio per labia exprimat̄. Hinc eſt ꝙ ſicut de locutionibus: ita debemus de labiȷ̄s diſtin‑guere. Sicut igit̄ nos habemus duo labia: ita duplicēꝫ lo‑quelam poſſumus habere ſpiritualiter. Labium enim ſu‑perius poteſt ſignificare bonā ſanctā ⁊ honeſtā locutiōꝫ q̄ ſuꝑior pōt dici. eo ꝙ ſit de neceſſariȷ̄s ⁊ ꝑtinentib⁹ ad ſalu‑tem. De q̄b⁹ dr̄ in pš. Diffuſa eſt gratia in labiȷ̄s tuis: ꝓpte‑rea bñdixit te de⁹ in eternū. Labiū ꝟo inferi⁹ pōt ſignifica‑re locutionem de inferiorib⁹ ⁊ terrenis. De q̄ dr̄ Joh. iij.

Qui de terra eſt de terra loquitur. Vel etiam quamcun꜀ꝫ
malā ⁊ inutilem locutionē. De quibꝰ dꝛ in pſ̄. Diſperdat
dn̄s vniuerſa labia doloſa. Sicut ergo videmꝰ ꝙ canes no
biles ⁊ fortiores. habent labia ſuperiora maiora ⁊ eminen
tiora q̄ꝫ inferiora. Sic vere dico ꝙ locutio bona: ſuperior
ſpūalis ⁊ ſancta. debet in nobis labijs inferioribus. i. ſmo
nibus terrenis ⁊ inutilibus p̄eminere ⁊ amplius abunda-
re. Vn̄ de menſa ꝓpoſitionis dicit̄ Exo. xxv. Facies illi la-
bium aureū p circuitum: ⁊ ipſi labio coronam altam. Qd̓
vtiq꜀ꝫ eſt hodie cōtra multos: q̄ reuera habent labiū inferi
us maius q̄ꝫ ſuperius. qꝛ. ſ. plus abundant in eis verba in
feriora q̄ꝫ ſuperiora. verba deteriora q̄ꝫ meliora. verba inu
tilia q̄ꝫ vtilia. Iſti ſunt ſimiles quibuſdā monſtruoſis ho-
minibus q̄ in diuerſis montibꝰ ethyopie diuagant̄. q̄ pla-
nam habentes faciem: labiū inferius ita habent magnum
⁊ ꝓtenſum ꝙ contra ſolis ardorem cum eodē operiūt to-
tum vultū. ſicut Iſid. li. xj. Ethi. et Piniꝰ. Sic vere hodie
in deſertis ethyopie huiꝰ mundi vagant̄ multi homies im
ꝑfecti q̄ planam faciem dicunt̄ habere. qꝛ in facie intelle-
ctus ipſoꝝ non ſunt quin꜀ꝫ ſenſus ſpūales apparentes. ſ.
Oculus diſcretionis. Guſtus cōtemplatiōis. Odoratꝰ de
uotionis. Tactus compaſſionis ⁊ Auditus obedientie et
ſubiectionis. Ita ꝙ tales poſſunt dicere illud. ij. Reg. xix.
Nunq̄d vigent ſenſus mei ad diſcernendum. Sꝫ q̄dꝫ ꝓ-
certo dico ꝙ tales q̄ habent faciem ita planam. et qui in-
tellectum non habent ſpiritualiter deſcriptū. habent quo-
tidie labium inferius ſue vane ⁊ inutilis locutionis. ita latū
⁊ magnum. ꝙ totum vultum. id eſt totam vitam ſuam ⁊ cō
uerſationem operit: obnubilat ⁊ obfuſcat. Labiū em̄ iſtud
nimis extendūt. qꝛ. ſ. malā ſuā locutionē extendūt ad om-
nia verba mala. Unde nota ꝙ iſtud labium extenditur ad

Dulciter adulandum.
Acriter detrahendum.
Turpiter deridenduꝫ
Iactanter eloquendū
Scienter mentienduꝫ

Dico ꝙ tales extendunt la-
bia ſua ad adulandum dulci-
ter. Vn̄ Prouer. vij. dꝛ. Ꝯ ir-
retiuit eum multis ſermonibꝰ
⁊ blandicijs labiorū eius ꝓtra
xit illum. Item iſti extendunt labia ſua ad detrahendū a-
criter. Vn̄ Prouer. iiij. Remoue a te os prauum: ⁊ detra-
hentia labia ſint ꝓcul a te. Item iſti ꝓtendūt labia ſua ad
deridendum turpiter. pſ̄. Omnes videntes me deriſer̄t me
locuti ſunt labijs ⁊ mouerunt caput. Item iſti extendūt la
bia ſua ad loquendum iactanter. Vn̄ in pſal. dicit̄ Diſper
dat dn̄s vniuerſa labia doloſa, ⁊ linguam magniloquam.
Item iſti extendunt labia ſua ad mentiendū ſcienter. Vn̄
Prouer. xij. Abominatio eſt dn̄o labia mendacia. De tali
bus ergo labijs ad tot malas locutiōes extenſis ⁊ ꝓtenſis
dꝛ Eccli. ij. Ve duplici corde. labijs ſceleſtibꝰ. manibꝰ ma-
le facientibꝰ ⁊ peccatori terram ingredienti duabus vijs.
Nō ſic ergo: ſed moueamꝰ labium ſuꝑius nō inferiꝰ. Ha-
beamꝰ verba vtilia non ſuꝑflua. qꝛ. ſ. crocodillus labiū ſu-
perius non inferius dicit̄ mouere. Signum etiam mortis
dicit̄ eſſe qn̄ ſuperiꝰ labium vltra modū fuerit coartatum.
Quia ꝓcerto ſuperius labium. id eſt locutio de ſuperiori-
bus ⁊ vtilibus debet in nobis moueri ⁊ exerceri. qđ ſi retra
ctum fuerit ⁊ in homine coartatum: ſignū eſt ꝙ ille ē mor-
tuus p peccatum. Habeamus igit̄ labia bona ⁊ non ma-
la. vt ſic quilibet poſſit dicere illud Prouer. viij. Aperien-
tur labia mea vt recta predicent. veritatem meditabit̄ gut
tur meum. Ubi aduerte ꝙ locutio noſtra ad hoc ꝙ ſit bo-
na. ⁊ laudabilis vel cōmendabilis Debet eſſe Manifeſta.
Aperient̄ inquit labia mea. Iuſtificata vt recta. Predicēt
inquit. ſ. ⁊ veritatem. Deliberata. Meditabit̄ inquit. Pri
mo igit̄ dico. ꝙ locutio debet eſſe manifeſta. Aperient̄ in-
quit labia mea. Verba enim noſtra non debent eſſe clauſa
ſed aperta. non obſcura ſed manifeſta. non per falſitatē in-
uoluta ſed per veritatem omnibus declarata. Aperientur
inquit. Unde pſ̄. Domine labia mea aperies ⁊ os meū an
nunciabit laudem tuam. Animalia enim benigna ⁊ mitia
habent labia groſſa rudia ⁊ obtuſa. ſicut patet in bobus ⁊
ceruis. Animalia vero rapacia ⁊ auſtera habent labia val
de ſubtilia: plicabilia atq꜀ꝫ longa. Quia vere chariſſimi: illi
q̄ ſunt boni mites: ſimplices ⁊ ſancti. habent labia locutio
nis ſue groſſa rudia atq꜀ꝫ plana. Alij v̓o qui ſunt mali ha-
bent ipſa tenua. falſa. ſubtilia. plicabilia. vertibilia ⁊ dolo-
ſa. pſ̄. Labia doloſa in corde ⁊ corde locuti ſunt. Aperien-
tur ergo. Unde nota ꝙ labia noſtra debent eſſe aperta ad

Corripiendum.
Deū laudandū
Erudiendum
Regratiandum

Dico ad corripiendum. Vn̄ Pro-
uer. viij. Labia mea deteſtabunt̄ im-
pium. Item ad deum laudandum.
Can̄. v. Labia tua diſtillantia mirrā
primam. Item ad erudiendum. quia ſicut dicit̄ Prouer.
x. Labia iuſti erudiunt plurimos. Item ad regratiandum
Eccli. xxj. In labijs ſenſati inuenitur gratia. Sint ergo la-
bia noſtre locutionis manifeſta. Secundo debent eē iu-
ſtificata. quia ſcꝫ bona verba ſancta vtilia ⁊ honeſta debe-
mus dicere: vt recta predicent inquit. Quia. ſ. eſſe debent
recta ſine duplicitate. ⁊ vera ſine falſitate. Hieremie. xvij.
Quia quod egreſſum eſt de labijs meis rectum in conſpe-
ctu tuo fuit. Quod tamen eſt contra multos: qui vere ī lo
cutione non habent veritatem ſed falſitatem. non rectitu-
dinem ſed turpitudinem. non ſimplicitatem ſed duplicita
tem. non iuſticiam ſed iniquitatem. Verba enim multorū
non ſunt iuſtificata nec rectificata: ſed omnibus vicijs cu-
mulata. Sunt enim vt in pluribus Fallacia. Mordacia.
Mendacia. Dico fallacia. ⁊ iſti ſunt illi de quibus dicitur
Mar. vij. Populus iſte labijs me honorat. cor autēꝫ eoꝝ
longe eſt a me. De q̄bꝰ etiā dꝛ in pſ̄. Venenū aſpidū ſb̄ la-
eoꝝ. Venenum ei aſpidū: prio facit dormire: tandē cuꝫ ho
mo dormit occidit. Sic vere venenum proditionis homi-
nem blandicijs verborum decipit: ⁊ dum non aduertit ip-
ſum deſtruit ⁊ conſumit. Unde Eccli. xij. In labijs ſuis in
dulcat inimicus. ⁊ in corde inſidiatur vt ſubuertat te in fo-
ueam. Et ideo cōquerendo de falſis amicis Iob dicebat
Iob. xix. Derelicta ſunt tm̄modo labia mea circa dentes
meos. Dentes autem vocabat intimos ⁊ amicos. qui nō
ſunt hodie niſi labia ad promittendum. ⁊ quod peius eſt:
ad ſuauiter adulandum. contra illud Prouerbiorū. xxiiij.
Non lactes quem꜀ꝫ labijs tuis. Item mordacia. Quia ſi
cut dicitur in Pſal. Et gladius in labijs eorum. Itē men-
dacia. Prouerbiorum. xij. Abbominatio deo labia men-
dacia. Non ſic ergo ſed recta ⁊ vera ſint labia noſtra. quia
ſicut dicitur Prouerbiorum. xvj. Voluntas regis labia iu-
ſta. Tercio dico. ꝙ locutio debet eſſe deliberata. Medi-
tabitur inquit guttur meum. Sicut enim dicit verſificator
Qui bene vult fari bene bebet premeditari. Quia vere lon
ga meditatio et deliberatio debet precedere verba noſtra.
Prouerbiorum. x. Labia iuſti conſiderant placita. Unde
narratur ꝙ quidam rex habens tres filios et volens pro-
bare eos dixit: ꝙ qui prudentius reſponderet ei ad vnam
petitionem regnum poſt ipſum teneret. Petijt ergo a pri-
mo. quali aui magis vellet aſſimilari. Et reſpondit Aquile
cauſam allegauit. ꝙ quia altius volabat. Secundus vero
reſpondit. ſe magis pauonem velle eſſe. cauſam allegauit
quia pulcerrimas plumas habebat. Tercius v̓o reſpon-
dit. ſe magis velle eſſe gruem: et cauſam allegauit. quia in
quit grus longiſſimum habet collum. ⁊ ideo illud quod in
corde concipit difficiliter venit ad os. ⁊ propter hoc bene
⁊ diu poteſt deliberare. ſi illud quod dicendum eſt maluꝫ
fuerit ſiue bonum. quod vtiq꜀ꝫ inquit pertinet ſumme ad
regem. Patet ergo ꝙ ille prudentius reſpondit. ⁊ ideo re-
gnum ſibi conceſſit. Quia vere ſicut dictum eſt. Om̄is no
ſtra locutio debet eſſe deliberata. Pſal. Meditatus ſum
nocte cum corde meo. Quod tamen eſt cōtra multos qui
labia ſua ſolent ſine deliberatione aperire: vel iurando vl̓
iactando vel detrahendo ſine cauſa ſepiſſime fabulari: ita
ꝙ tales poſſunt dicere illud Pſal. Ecce labia mea non ꝓ-
hibebo. domine tu ſciſti. Debet igit̄ noſtra locutio eſſe de-
liberata. Et ſic ergo patet quomodo locutiones noſtre de
bent eſſe Notificate. Iuſtificate. Deliberate. Debent eſſe
deliberate ſine fatuitate. Iuſtificate ſine iniquitate. Noti
ficate ſine duplicitate. Et ſicut poterit nobis dici illđ Can
tico. iiij. Fauus diſtillans labia tua: mel et lac ſub lingua
bene volumus lauari nos debemus correctionem anxiam
tolerare. Qd̄ oſtendit cum dicit in iordane. Jordanis eñ
interpretat riuus iudicij. Riuus eñ ſignificat purificatio
nem. Judiciū v̄o ſignificat correctionem ⁊ punitionē. Pe
nitentia eñ iordanis dicit: quia ibi ſicut in riuo homo la
uatur ⁊ purificat: ⁊ ſicut in iudicio ibi punit: caſtigat: ⁊ in
crepat. In iordane ergo. Unde Math. iij. dicit. Qr mul
ti venientes baptizabant in iordane ꝯfitentes peccata ſua
Et dicit ibi. q Johānes reprehēdebat phariſeos dicens.
Genimina viperarū q̄s demonſtrauit vobis fugere a ven
tura ira. Iſti igit in iordane lauabant ⁊ in iordane corrige
bant ⁊ arguebant. in ſignū q in iordane penitentie non ſo
lum eſt purificatio vel lotura: ſed etiā correctio ⁊ punctu
ra. Eſt eñ ibi iudiciū vbi peccator eſt reus: ſacerdos eſt iu
dex: cōſcientia eſt accuſator. Ibi ergo debet homo accuſa
ri ⁊ iudicari. vt. ſ. ſciat cogitet: iudicet ⁊ diſtinguat: q̄d ⁊ q̄n
tum. vbi ⁊ quādo dereliq̄t q etiā ſicut reus q̄nq; poſt iudi
cium ſuſpendit: q̄nq; infodit: q̄nq; ſubmergit: q̄nq; com
burit. Sic vere in iudicio penitētie homo debet ſuſpēdi et
in alto leuari p eternorū deſideriū ⁊ affectionem Job. vij.
Elegit ſuſpendiū anima mea. Infodi in terra per mortis
⁊ inferni conſiderationem. Unde Matth. xxv. Abiit ⁊ fo
dit in terrā. Submergi p lachrymarū inundationē. Un̄ in
ps̄. In valle lachrymarū in loco quem poſuit. Comburi p
amorem ⁊ dilectionem. Unde. ij. Chorinth. xj. Quis ſcan
dalizat ⁊ ego non vror. Et ſic igitur ſi homo totaliter fue
rit iudicatus correctus ⁊ caſtigatus: bene erit lotus ⁊ de
puratus. Unde de quolibet ſic loto ⁊ purificato poterit di
ci illud. ij. Regū. xij. Surrexit Dauid de terra et lotus vn
ctuſq; eſt. Ptz ergo quomō homo q̄drupliciter lauatur. ſ.
Tolerando correctionē. Bene ergo dictum eſt. Ua
Frequentādo purgationē. de lauare ſepties in iordane
Expellendo corruptionem. Et hec de bona lotione ſuffi
Immutando ꝯditionem. ciant. Sed adhuc ſi volu
mus poſſum⁹ dicere q lotura ſignat in malo q̄nq;. Et ſic
ſignificat immūdiciā ſiue mundiciā ſimulatā. qua. ſ. hypo
crite volūt credi eſſe mūdi ⁊ loti. ſimiles phariſeis. de q̄b⁹
dī Marc. vij. q phariſei niſi crebro lauēt man⁹ nō mādu
cant panē. Cum tñ dn̄s dicat ibidē. q mādūcare nō lotis
manib⁹ nō coinq̄nat hominē. Et iſti ſunt ſicut cignus q̄ eſt
auis fluuialis q̄ in aqua ſepiſſima ſe balneat ſeu lauat. Il
la tñ lotura ad carnē interius nō penetrat: qr. ſ. ppetuā ni
gredinē ſemp ſeruat in carne ſua. Quia vere tales q̄muis
exterius in apparētia videant loti ⁊ puri. intus tñ in con
ſcientia ſunt impuri ⁊ immūdi. Similes etiā pylato q̄ dn̄o
morti adiudicato lauans manus credidit q talis exteri

oꝛlotio ſibi ꝓficeret: dicens. Innocens ego ſum ⁊c. Mat
thei. xxvij. Sic ḡ patet diuerſimode de lotura. Uide. ſ. de
Aqua. De flumine. De fonte. De baptiſmo. De ꝯfeſſione

# Laus. Laudare.

Nota ꝙ laus idē eſt qḋ cōmendatio magnifica
tio ⁊ meritoꝝ alicuius verbalis relatio ⁊ exaltatio. Et eſt
duplex laus. ſ. laus diuina ⁊ laus humana. Laus diuina ē
qua deus magnificat̄. laus humana qua homo gloꝛificat̄
Dicamꝰ ḡ ꝙ nos debemꝰ laudare deū ⁊ ipm magnificare
multiplici rōne. Primo quia ad hoc oīes xpianos indu
cit. Exemplū nature. Enigma figure. Doctrina ſcripture.
Exemplū dico nature: quia ſicut videmꝰ ⁊ etiā Aug. dicit.
Omnia quecūqꝫ fecit deus laudāt dn̄m. Unde videmus de
iſtis auibus mūdis ⁊ paruulis ꝙ nō ceſſant cantare ⁊ gar
rire. creatoꝛēqꝫ ſuū ꝓ ſuo modulo collaudare. Unde etiaꝫ
inter auiculas eſt alauda que dicit̄ a laude: que. ſ. laudan
do ⁊ garrulando nō ceſſat cantare laudare ⁊ exultare. Eſt
etiam inter eas philomena ꝗ dicit̄ a philos qḋ eſt amoꝛ: ⁊
mene qḋ eſt defectus quaſi deficiēs pꝛe amoꝛe ad cantādū
que ad cantandū ita eſt dedita ꝙ die ac nocte: ⁊ etiā qn̄qꝫ
eſtate ⁊ hyeme non ceſſat altiſone modulari. In creaturis
etiā ſupioꝛibus iſtud ptꝫ: quia. ſ. planete dicunt̄ in ſuis oꝛ
bibus vocem mirabilē emittere ⁊ dulci quadā melodia et
concoꝛdia diuinā gloꝛiā exaltare. Cui videt̄ ꝯcoꝛdare ſcri
ptura Job. xxxviij. Ubi inq̄t eras cum me laudarēt ſimul
aſtra matutina ⁊ iubilarēt oēs filij dei: Et bꝛeuiter non eſt
dare aliquā creaturā q̄n ibi reluceat laus ⁊ gloꝛia ſaluato
ris. Exemplo ergo iſtarū creaturarū debemus laudare do
minū de celis: ⁊ laudare eū in excelſis: ⁊ nocte ⁊ die. i. conti
nue aliq̄d facere vel dicere: qḋ in laudē eius valeat redun
dare. Benedicā ergo dn̄m in om̄i tpe: ſemꝑ laus eiꝰ in oꝛe
meo. Et ad hoc facit q̄dē exemplū ⁊ enigma figure. Quid
eīn ſignat ꝙ ſenioꝛes ꝗ in circuitu ſedis ſedebant ⁊ cytha
ras ⁊ phialas habebant: niſi ꝙ illi ꝗ in ſedibus. i. in dignita
tibus ⁊ officijs eccleſie ſedent circa ſolium ſummi regis: ci
tharas diuine laudis debent hꝛe vt quilibet poſſit ſuā ma
gnificentiā ꝯtinue reſonare. Et hoc eſt qḋ ſcriptura videt̄
dicere ⁊ mandare: q̄ſi in infinitis locis. Laudate inq̄t dn̄m
oīes gentes. Laudate eū oēs ppl̄i. Lauda irl̄m dn̄m: lau
da deū tuū ſyon. Laudate pueri dn̄m: laudate nomē dn̄i
Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dn̄m in vita mea: pſallam
deo meo q̄ꝫdiu fuero. Et bꝛeuiter ad laudē diuinā excitan
tur oīa ꝗ ſunt q̄n dr̄ i pſ̄. Laudēt illū celi ⁊ terra: mare ⁊ oīa
que in eis ſunt. Ubi aduerte ꝙ debent laudare Illi qui

Extollunt̄ ſublimitate: ⁊ iſti ſunt celi.
Depꝛimunt̄ aduerſitate: ⁊ iſti ſūt terra.
Couertunt̄ ab iniq̄tate: ⁊ iſti ſunt mare.

Laudāt ḡ pꝛo
ſperitate ditati
Celi inq̄t. Ad
uerſitate grauati. Terra. Iniq̄tate purgati. Mare. Lau
dare ergo debent dominū. Uiri ꝓmoti ⁊ ſublimati. Celi in
quit. Uiri depꝛeſſi ⁊ tribulati. Terra inq̄t. Uiri conuerſi et
immutati. Mare inq̄t. Primi ſunt viri pꝛeſidentes. Secū
di viri ſubiacentes. Tertij viri penitentes. Primo ergo
dico ꝙ laudare debent dn̄m viri pꝛeſidentes in dignitati
bus: ⁊ iſti deſignant̄ ꝑ celos. Celi inq̄t laudent eum. Per
celos eīn ꝗ ſunt eleuati a terra: ⁊ ꝗ trāſmutationi vel coꝛ
ruptioni nō ſubiacent ſ; ſuperius ſemꝑ manēt: intelligunt̄
viri ſublimes: ⁊ in ꝓſperitate vel dignitate ꝯſtitui ꝗ ſurſū
in dignitatibꝰ eleuant̄: ꝗ tribulationū impꝛeſſionibꝰ nullate
nus ſubiugant̄. Iſti ergo de bonis a deo ſibi conceſſis de
bent deum laudare: ⁊ eius miſcoꝛdiam cōmendare. Celi in
quit Eſaie. xliiij. Laudate celi quia miſcoꝛdiam fecit dominꝰ
Gallus eīn inuēto grano ſolet cantare: ⁊ ſe etiam cuꝫ alis
ꝓprijs verberare. Sic vere vir ꝑfectus acq̄ſito grano ali
cuius bn̄ficij ſibi a deo ꝯceſſi. debet ſtatim ad cantū diuie
laudis animari: ⁊ ad ſui verberationē ⁊ coꝛrectionē foꝛtiꝰ
excitari. Boni eīn ex acq̄ſitione bonoꝝ ⁊ ꝯſideratione be
neficioꝝ meliꝰ coꝛrigunt̄: ⁊ ad exercēdū canticū diuie lau
dis auidius animant̄. Un̄ in pſ̄. dr̄. Laudabo nomē dei cū
cantico ⁊ magnificabo euꝫ in laude. ij. Paral̄. xx. Statuit
cantoꝛes dn̄i vt laudarent dn̄m. Iſtud aūt genus laudis
ſumme inuenit̄ in patria. Quia. ſ. ſicut dicit̄ Eſaie. lj. Gau
dium ⁊ leticia inuenietur in ea: gratiarūactio ⁊ vox laudis
Iſti eīn laudēt dominū de adepta felicitate de tāgrata ſo
cietate. de euitata penalitate de ſui ſtatus ſecuritate. Un̄
in pſ̄. Apud te laus mea i eccleſia magna. Et alibi. In po
pulo graui laudabo te. Tales tamē nō ſunt multi diuites
⁊ potētes ꝗ q̄uis a deo receperint multa bona. ipſi tamen
ſeruire dedignant̄: nec eius laudibꝰ occupant̄. Ptꝫ in ma
lis eccleſiaſticis ꝗ ad laudandū deū ſunt inſtituti. ⁊ ad hoc
bonis eccleſie ditati. Juxta illud. j. Eſdre. iij. Steterūt ſa
cerdotes in oꝛnatu ſuo vt laudarēt dn̄m ꝑ manus Dauid
ipſi tamē bene recipiūt ſalaria ſ; non faciunt ſeruitia. Be
ne accipiūt eccleſie ꝑenſiones: ſ; non exequunt̄ dei lauda
tiones. De iſtis dicit̄ in pſ̄. Non moꝛtui laudabūt te dn̄e.
neqꝫ oīes ꝗ deſcendunt in infernū. Et ſi vis cōpara tales
moꝛtuis: qui. ſ. non mouent̄: non loquent̄ ⁊ fetent ⁊c. Sic
iſti non mouent̄ per aliquā bonaꝫ occupationē nō loquū
tur dei laudem ꝑ confeſſionē fetēt ꝑ infamie cōuerſationē.
Qḋ ſumme ptꝫ in illis ꝗ habēt tot beneficia: ꝗ bn̄ veniūt
ad eccl̄iam nō vt deum laudēt ſed vt diſtributiones habe
ant. Similes hubonibꝰ ꝗ eccl̄ias frequētant nō tamē pꝛo
deo laudādo: ſ; ꝓpter oleum de lampadibꝰ comedēdo. De
iſtis igit̄ dicit̄ Eſaie. xxxviij. Nō infernꝰ cōfitebit̄ tibi neqꝫ
moꝛs laudabit te ⁊c. Non ſic ergo: ſ; laudēt dn̄m ꝑſidētes
in dignitatibꝰ. Celi inq̄t. Scḋo dico ꝙ eū debēt laudare
ſubiacētes aduerſitatibus. Terra inq̄t. Terra eīn dicit̄ a
tero teris: eo ꝙ ab oīmibus terat̄ ⁊ conculcet̄: ⁊ ꝙ ſub tritu
ra ⁊ cōculcatione omniū animaliū immobiliter radicetur.
Iſta ergo ſignificat illos ꝗ tribulationibꝰ terunt̄: ⁊ qui ꝑ
aduerſitates a deo ⁊ a mūdo cōculcant̄: qui ꝓcerto debēt
in ſtabilitate conſtantie manere: ⁊ deum laudare ⁊ gloꝛifi
re: ⁊ eius iuſticiā cōmendare. Terra inq̄t pſ̄. Laudate do
minū de terra: dꝛacones ⁊ oīes abyſſi. Tympanū eīn q̄to
magis ꝑcutit̄ tātomagis ſonat. Sic vere vir iuſtus quāto
a dō maḡ tribulat̄: tāto āpliꝰ exultat ⁊ laudat pſ̄. Laudate
eū in tympano ⁊ choꝛo: laudate eū i coꝛdis ⁊ oꝛgano. Ubi
aduerte ꝙ deꝰ in tribulatiōe laudādus ē: qꝛ ꝑ tribulationē

Caro moꝛtificat̄.
Uita rectificat̄.
Sermo dulcificat̄.
Deus gloꝛificat̄.

Nos ergo ꝑ tribulatōnē carnē moꝛ
tificamus qḋ notat̄ in tympano qḋ
fit de pellibꝰ animaliū moꝛtuoꝝ: et
in ligno extendit̄ ⁊ ſiccat̄: vt tandeꝫ
ꝑcuſſum altius modulet̄. Quia vere quāto caro amplius
ſiccat̄ ⁊ extendit̄ tribulationibꝰ ⁊ miſerijs huius mūdi: tā
to a malis deſiderijs amplius moꝛtificat̄: ⁊ tāto ad ſonuꝫ
diuine laudis habilioꝛ inuenit̄ pſ̄. Sumite pſalmū ⁊ date
tympanū: pſalteriū iocundū cuꝫ cythara. Itē ꝑ tribulatio
nem vitā rectificamꝰ: qḋ notat̄ in choꝛo: quia in choꝛo oꝛ
dinatiſſime ꝓceditur ⁊ ibi dulciter decantat̄. Quia vere in
choꝛo fidelium debemꝰ vitā noſtrā rectificare ⁊ oꝛdinare:
⁊ dei laudē pariter reſonare pſ̄. Laudēt nomē eius in tym
pano ⁊ choꝛo: ⁊ pſalterio pſallāt ei. Item per tribulatiōeꝫ
verba mitificamꝰ qḋ oſtendit̄ cum dicit̄ In coꝛdis: ꝗ quā
to plus trahunt̄ tāto dulcius ſonare noſcunt̄. Quia vere
quāto homo ꝑ tribulationes amplius trahit̄: tanto ad lo
quendū oꝛanduꝫ ⁊ reſpondendū dulcis animat̄. Quia ſi
cut dicit̄ Prouerb. xviij. Cum obſecrationibꝰ loquit̄ pau
per pſ̄. In decacoꝛdo pſaltero pſallam tibi. Item ꝑ tribu
lationem deus gloꝛificat̄. Conſtat eīn ꝙ iuſtus q̄n videt ſe
tribulatū cōuertit ſe ad deū laudandū: ⁊ ad ſuam iuſticiaꝫ
magnificādum: qḋ oſtendit̄ in oꝛgano. Oꝛganū eīn qḋ tā
gitur ⁊ pulſatur inferius: ſonum reddit a parte ſuperioꝛi.
Quia iuſtus cum hic inferius tribulationibꝰ tangitur. ad
gloꝛificādum ſupernam dei iuſticiam ſuperius excitatur.
Unde. ij. Paralip̄. xix. Steterunt leuite tenentes oꝛgana
dauid. Per terram autē intelligunt̄ illi qui in tribulationi
bus deum laudant. Terra inquit. Unde Eſaie. xxvj. Qui
habitatis in puluere exꝑgiſcimini ⁊ laudate. Et in pſ̄. dici
tur. Pauꝑ ⁊ inops laudabunt nomen tuū. Tertio dico
ꝙ debent ipm laudare penitētes cōuerſi a ſceleribus. Ma
re inquit. De penitentibꝰ eīn qui ſignificant̄ per mare dicı̄
tur in pſ̄. Laudent illum celi ⁊ terra: mare ⁊ oīa reptilia
in eis. Per mare eīn quod eſt amarū ⁊ in continuo motu.
quod eſt etiam ſuipſius purgatiuum: intelligo penitētem
qui eſt amarus per doloꝛem ⁊ contritionē. In motu per ti
moꝛis heſitationē. Sui purgatiuus per verbalem locutio
nem et confeſſionem. Iſte ergo deum debet laudare ſicut
infirmus qui euaſit infirmitatem: ſicut captiuus qui eua
ſit captiuitatem: ſicut obſeſſus qui euaſit hoſtiū ferocita

tem. Iſti ğ poſſunt dicere illud pſ. Foꝛtitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus eſt mihi in ſalutē. Mare ergo. Unde de mari. i. de viro penitēte dicit Eſaie. xxiiij. Gloꝛificate dñm in inſulis maris a finibus terre laudes audimꝰ ⁊c. Patet igit quō deum debent laudare tria genera pſonarum ⁊c.

De ſuis prauitatibus penitentes.
Mūdi aduerſitatibꝰ ſubiacentes.
De ſuis magnis pſperitatibꝰ gloꝛiātes.

Et hec de laude diuina ſuffi ciant quo ad pñ ſens. Sed adhuc dico ꝙ inuenit laus hūana. Et iſta vt cōmuniter eſt duplex. ſcilicet quedam vera. quedam falſa. Laus vera eſt illa qua laudant viri virtuoſi. Laus falſa ē illa qua laudant viri vicioſi. De laude ergo bonoꝝ notā dum eſt ꝙ merito debent laudari illi qui habent

Conſcientie ſinceritatē.
Amicitie ſtabilitatem.
Sapiētie ſubtilitatem.
Opulentie fugacitatē.

Laudabiles ergo ſunt apud deū illi q̄ habent ſinceritateꝫ cōſcientie. Unā in pſ. dī. Laudabunt oīs recti coꝛde. Itē illi q̄ habēt amicicie ſtabilitatē Prouer. xxviij. Fidelis vir multū laudabit. Itē illi q̄ habent ſubtilitatē ſcientie ⁊ ſapieutie. vñ Ecci. xxxvij. Uir ſapiēs implebit benedictionibus: ⁊ videntes illū laudabūt. Item illi q̄ habēt ꝯtemptū ſeu fugacitatē opulentie. vnde Ecci. xxxj. Beatꝰ vir q̄ inuentus eſt ſine macula: ⁊ q̄ poſt aurū non abijt: nec ſperauit in pecunie theſauris: q̄s eſt hic ⁊ laudabimꝰ eum. Iſta quatuoꝛ membra nō pſequoꝛ: ſ; omitto gratia bꝛeuitatis.

De laude ꝟo maloꝝ q̄ nō de bonis: ſ; potiꝰ de malis ꝯſueuerūt alios laudare. De q̄bus dī Eccs. xv. Non eſt ſpecioſa laus in oꝛe peccatoꝛis. De q̄bus etiā in lib. de pꝛuerbijs philoſophoꝝ. Sit tibi tā turpe laudari a turpibꝰ ac ſi lauderis ob turpia. Poſſumꝰ notare ergo ꝙ mali adulatoꝛes ſolēt vt cōiter laudare tria genera hominū pctoꝝ. videlicet

Exercentes crudelitatē.
Obtinentes foꝛmoſitatē.
Cupientes pſperitatē.

De crudelitate exercētibus ptꝫ: qꝛ ſicut auis nobilis magis eſt cōmēdabilis q̄ magis rapit ⁊ grauat aues innocētes. Sic in mūdo ille magis reputat cōmendabilis ⁊ nobilis q̄ ꝑ rapinas magis infeſtat paupes ⁊ ſimplices indigentes. De hoc Prouerb. xxviij. Qui derelinquūt legem laudant impium. De ſpecioſitate continēbus dī Ecci. xj. Non laudes virū in ſpecie ſua. De pſperitatē cupientibus dicit in pſ. Laudatoꝛ peccatoꝛ in deſiderijs anime ſue ⁊ iniquꝰ bñdicit. Sufficit de laudare.

## Lazarus.

Cum lazarus fuit ille

Quē moꝛs pſtrauit.
Quē ſoꝛoꝛ ploꝛauit.
Quem xp̄s amauit.
Quem xp̄s vocauit.
Quē dñs ſuſcitauit.
Quē poſtea recreauit.

Sicut hec oīa patēt Ioh. xj. Poſſumus dicere ꝙ ꝑ lazarū q̄ interpꝛetat adiutꝰ a dño: poteſt vir penitēs deſignari: q̄ ꝑus moꝛit delinquēdo. quē ſoꝛoꝛ. i. eccleſia ſequit cōploꝛādo ſeu cōpatiendo: quē xp̄s amat ⁊ viſitat grām infundendo: quē xp̄s vocat ad pniam inuitando: quē xp̄s ſuſcitat culpā remittēdo ⁊ ad vitā grē reducendo ⁊ quē tandē ipſe paſcit ⁊ recreat celi cōuiuiū concedendo. Et dicit adiutꝰ a dño. nō ex ſe nec ꝑ ſe ſ; ex ſola diuina grā a vicijs reſurgendo Iohis. xj Lazarus amicus noſter doꝛmit: eamus ⁊ a ſomno excitemus eum. Et Ioh. xij. dicit. Qꝛ in cena lazarus erat vnus ex diſcumbentibus.

## Lectulus. Lectus.

Cuꝫ lectus ſit illud in q̄ hoīes doꝛmiunt ⁊ q̄eſcūt. Hinc eſt ꝙ ꝑ lectū pōt intelligi q̄cunqꝫ requies ſiue bona fuerit ſiue mala. Nota ğ ꝙ ꝑ lectulū pōt intelligi multiplex q̄etatio ſeu moꝛa. Eſt. n. gnāliter loq̄ndo lectꝰ bonꝰ ⁊ lectꝰ malus. Lectus bonꝰ ē bona hitatio ſeu moꝛa. Et iſta ē triplex. ſ. Lectꝰ

Interioꝛ q̄ eſt conſcientia.
Exterioꝛ q̄ eſt penitentia.
Superioꝛ q̄ eſt celi patria.

Primꝰ lectꝰ eſt incipiētiū. Scḋs lectꝰ eſt pficientiū. Tertius lectꝰ eſt pficiētiū. Lectus cōſcientie eſt lectus meroꝛis. De quo Iudic. xiij. Stetit iudith ante lectū ſuū oꝛans cū lachꝛymis in ſilentio Lectꝰ pnie eſt lectus doloꝛis. De quo dī in pſ. Dñs opem ferat illi ſup lectū doloꝛis eius. Lectus celi eſt lectꝰ gloꝛie ⁊ dulcoꝛis. Unā. ij. Paral. xvj. In ciuitate dauid poſuerūt eū ſup lectū ſuū plenū aromatibꝰ ⁊ vnguentis. De iſto ergo triplici lectulo pōt dici cuilibet viro pfecto illud Ezech. xxiij. Sediſti in lecto pulcerrimo: ⁊ mēſa ē oꝛnata ante te. Ubi aduerte ꝙ ibi fit mentio de iſto triplici lecto videlicet

De lecto cōſcientie coꝛdialis.
De lecto penitentie virtualis.
De lecto opulentie ſupnalis.

Primꝰ lectus eſt lectꝰ tranq̄llitatis. qḋ oñdit in verbo ſediſti. Scḋs eſt lectus amenitatis. qḋ oſtenditur in verbo pulcerrimo. Tertius eſt lectus fertilitatis qḋ oſtendit in verbo ⁊ menſa oꝛnata eſt ante te. Lectū ꝯſcie dat mentis ſeſſio quietudine. ſediſti inq̄t. Lectū penitētie dat fletus lotio pulcritudine. In lecto inquit pulcerrimo. Lectū celi gloꝛie dat dulcis potio plenitudine. Menſa inq̄t. Primo ğ dico ꝙ ē lectus ꝯſcientie: ⁊ iſte oſtendit cum dicit. Sediſti. Sedere eñ ſignat quietē: qꝛ vere qñ homo redit ad cōſciam ſuam: ⁊ dimittit tumultū cure ⁊ ſollicitudinis tpalis: tūc pōt in requie ⁊ quiete eſſe. Lectus eñ debet eſſe locus q̄etus ⁊ ſecretus: ⁊ a tumultu hoīm ⁊ animaliū ſepatus. Sic vere lectus cōſcientie debet eſſe ſecretus ⁊ q̄etus: ⁊ a tumultu ſollicitudinis alienus ⁊ a turba malarū cogitationū totaliter ſegregatus. Sediſti inq̄t. Apes. n. ſedent ſup aluearia ſua vt ſugāt ſupfluitatē mellis. qḋ ſi nō facerēt exinde aranee generarent: ⁊ apes etiam moꝛerent. Sic vere nos debemꝰ ſedere ⁊ moꝛari in alueari ⁊ in lecto ꝯſcie noſtre ꝑ iugē cōſideratione ⁊ examinationē: ⁊ ſi ſit ibi aliq̄ ſupfluitas alicuius male affectionis vel cogitationis: illam debemus expellere ſugere ⁊ extrahere ꝑ ꝯfeſſionē ⁊ ꝯtritionē: alʼs gratia ibidem coꝛrūperet: aranea peccati moꝛtalis facilit conciperet: ⁊ nos ſpūaliter moꝛeremur. Sediſti inquit Eſaie. xlvij. Sede tace ⁊ intra in tenebꝛas. Sedere eñ debemꝰ ꝑ mundi laboꝛis abdicationē. Tacere debemus ꝑ mūdanoꝝ tumultuū denegationē. Intrare debemꝰ in tenebꝛas coꝛdis noſtri ꝑ ꝯſcie examinationē. Bene ğ dicit Prouerbio. xxj. Melius eſt ſedere in angulo domatis q̄ꝫ cū muliere litigioſa. Iſte eſt ğ lectus ꝯſcie. vbi debet eſſe mētis q̄etudo. Sede inq̄t Marci. vij. Inuenit puellā ſedentē ſup lectū. Sed nota ꝙ iſte lectꝰ ꝯſcie debet hr̄e tres ꝓprietates ſm̄ tres lectuli particulares cōditiones q̄ in lecto debēt eē Lectus eñ debet eſſe Mūdus. Secretus. Fulgidus. Sic vere ꝯſcientia debet eſſe lectus mūdus floꝛidus ſiue fulgidus ꝑ innocentiā ⁊ puritatē. vñ Cant. j. Lectulus nr̄ floridus. Lectus ſecretus ꝑ humilitatē Iob. xvij. In tenebꝛis ſtraui lectulū meū. Lectus fulgidus ꝑ ſapīe claritatē. Unā Heſter. j. Lectuli q̄ꝫ aurei ⁊ argentei ſup pauimentū erāt. Quia vere chariſſimi iuxta lectuluꝫ ꝯſcie debet eſſe lectulus puritatis: lectulus humilitatis. lectulus ſublimitatis. Et ſic bene dico ꝙ eſt lectulus ꝯſcie. Scḋo dico ꝙ inuenit lectꝰ pnie. Et iſte oſtendit cū dī. In lecto pulcerrimo. Lectus eñ tūc dī pulcer qñ eſt bñ lotus interiꝰ: ⁊ bñ pictꝰ exteriꝰ: ⁊ qñ eſt bñ q̄dratus ⁊ factꝰ ſupius. Sic vere lectꝰ pnie pulcer dī. Quia interiꝰ eſt lotꝰ lachꝛymaꝝ lotura. De qua in pſ. Laboꝛaui in gemitu meo: lauabo ꝑ ſingulas noctes lectū meū lachꝛymis meis ſtratū meuꝫ rigabo. Quia exteriꝰ. ſ. in rubedine faciei verecūdie eſt pictura. Unde talis pōt dicere illud Prouer. vij. Intexui funibꝰ lectū meum ſtraui pictis tapetibꝰ ex egypto. Itē qꝛ ibi dꝫ eſſe q̄ttuoꝛ virtutū q̄dratura. Unā iſte eſt lectulus quē fecit ſunamitis helyſeo. iiij. Reg. iiij. Faciamꝰ inq̄t viro dei cenaculū ⁊ ponamꝰ in eo ſellam cādelabꝛū: mēſam ⁊ lectulum. In cenaculo eñ pnie debet eē iuſticie rectitudo iſta ē ſella. Prudentie limpitudo: iſta eſt cādelabꝛū. Clemētie plenitudo. iſta eſt menſa. Patiētie q̄etudo: iſta eſt lectulus pnie cum lectulis ſuis. Sed iſte ꝓcerto eſt ſatis durꝰ ad ſuſtinendū. Quia ſicut dī Iob. xxxiij. Increpat ꝑ doloꝛē in lectulo: et oīa oſſa marceſcere facit. Iſte eſt igit lectus pulcerrimꝰ. Pulcerrimo inq̄t. Unā de pnia pōt dici illud pſ. Confeſſio ⁊ pulcritudo in ꝯſpectu eiꝰ. Iſte eſt ğ lectꝰ pñie. Tertio dico ꝙ inuenit lectꝰ gloꝛie: q̄ notat cū dicit menſa. Menſa eñ ſignat recreationē: ſatiationē ⁊ refectionē. Et idō ꝓpꝛie menſa ſignat quietē gloꝛie paradiſi vbi pfecte ſatiabimur ⁊ reficiemur. Quia ſicut dī in pſ. Satiaboꝛ cū apparuerit gloꝛia tua. Et ibi pfecte delectabimur ⁊ nutriemur. Paraſti in cōſpectu meo mēſam. Et Iob. vij. Conſolabit me lectus meus. In iſto eñ doꝛmiunt ⁊ quieſcūt ſancti poſt laboꝛes ⁊ miſerias huiꝰ mūdi: quia amodo iaꝫ dicit ſpūs vt requieſcant a laboꝛibus ſuis Apoc. xiiij. Et in iſto recreant

tur ⁊ ſatiāť paupes ſbditi miſeri ⁊ egeni. Quia ſic dr̄ Mat
thei.v. ⁊ Luce.vj. Beati q̄ nūc eſuritis quia ſaturabimini
Et nota ꝙ iſte lectus habet tres lectulos. ſcilicet Lectulū
Clare cognitionis. Intellect⁹ dormit in clara cognitiōe.
Dulcis dilectionis. Affectus q̄eſcit in vera dilectione.
Fortis tuitionis. Memoria ſedet in ſecura tuitione.
Eſt igiť ibi lectulus ꝑfecte cognitionis. Vn̄ Gen̄.xlix. dici
tur. Qꝫ iſrael q̄ interp̄tať videns deū colligit pedes ſuos
ſup lectulū. Item ibi eſt lectulus ꝑfecte dilectionis. vnde
Canť.iij. In lectulo meo p noctes q̄ſiui quē diligit anima
mea. Itē ibi eſt lectulus ſecure tuitionis. Quia ſicut diciť
Canť.iij. Lectulum ſalomonis ſeptuaginta fortes ambiūt
ex fortiſſimis iſrael. Et ſic videť ꝙ iſti lectuli figuranť in il
la figura p̄dicta.iiij. Reg.iiij. Faciam⁹ ei cenaculū ⁊ pona
mus in eo ſellam candelabrū mēſam ⁊ lectulū. Per ſellaꝫ
eñ intelligiť quietio ſeu tuitio ſecuritatis. Per cādelabrū
intelligiť cognitio vel intellectio luminoſitatis. Per men-
ſam intelligiť refectio vel dilectio fraternitatis. Per lectu
lum ꝟo intelligiť ꝯſolatio eterne felicitatis. Et ſic pꝫ quō
eſt dare lectuꝫ honoris in celi gloria. lectū doloris in pn̄ia.
lectū nitoris in ꝯſcientia. Et ſic patꝫ quō lectus pōt accipi
in bono ſignificato. Adhuc dico ꝙ lect⁹ pōt accipi i ma-
lo ſignificato. Et ſic dico ꝙ triplex malus lectus. videlicet
Lectus carnalitatis. Prim⁹ lectus ē dilectio corꝑalis.
Lectus ꝓſperitatis. Scd̄s lect⁹ ē habitatio mūdialis.
Lectus aduerſitatis. Terti⁹ lect⁹ ē hoſpitatio infernaľ.

Primus eſt lectus deliciarū. Scd̄s eſt lectus diuitiarū.
Tertius eſt lectus miſeriarū. In lecto deliciarū dormiunť
luxurioſi Et d̄ iſto dr̄ Ecci.xij. Ne recipias mulierē alienā
neqꝫ ſcruteris ancillā eius. neqꝫ ſteteris ad lectuꝫ eius. Et
iſte lectus ꝓculdubio valde eſt imūdus. Iſte eſt.n. Lect⁹
Puerorū. Iſte eñ lectus figurať.ij. Reg.xiij. vbi dr̄.
Ribaldorꝫ. Qꝫ amon cubabat ſup lectū ſuū infirmita
Infirmorꝫ. tem ſimulās pre deſiderio amoris thamar
ſororis ſue quā ad ſe cōuocauit atqꝫ decepit ⁊ corrupit. Fi
gurať etiā iſte lectus in holoferne. De quo dr̄ Iudic.xiij.
Qꝫ holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate ſopit⁹. Et
diciť ibi. Qꝫ dum in lecto ſic dormiret. ip̄m Iudith mulier
pulcerrima occidit. Sic vere chariſſimi loquēdo ſp̄ualiter
Illi q̄ in lecto carnalis voluptatis dormiūt ⁊ q̄eſcunt. ſo-
rores ſuas ⁊ alias xp̄ianas: ⁊ q̄nqꝫ ꝯſanguineas ⁊ ꝓpinq̄s
p luxuriam inficiūt ⁊ corrūpunt: dum ꝟo talibus delectan
tur ab ipſis mulierib⁹ ⁊ in ꝑſona: ⁊ in corꝑe ⁊ in an̄ia ⁊ in
rebus. inſup ⁊ in fama leduntť ⁊ deſtruunť. Ideo ipſa ma
la mulier videť dicere. imo in ꝑſona ipſius diciť Prouer.
.vij. ꝙ fatuo iuueni loquebať illa procax mulier dicēs. In
texui funib⁹ lectū meū. ſtraui pictis tapetibus ex egypto.
myrra aloe ⁊ cynamomo aſperſi cubile meū. Veni inebrie
mur: cupitis amplexib⁹ nō eſt vir in domo ſua ⁊c̄. Sequiť
Statim eam ſequiť q̄ſi bos ductus ad victimā et neſcit ꝙ
ad vincula ſtultus trahať. Iſte eſt ꝫ lectus carnalitatis ⁊
immūdicie. Deinde dico ꝙ eſt lectus ꝓſperitatis ⁊ opu
lentie. Et iſte eſt lectus in q̊ dormiūt diuites huius mūdi. q̄
ꝓculdubio eſt valde ſuauis ⁊ mollis. Et aduerte ꝙ iſte eſt
Lectus tepidorꝫ. De tepidis ⁊ pigris dr̄ Prouer.xx-
Lectus Supborꝫ. vj. Sicut vertiť oſtiū in cardie ſuo.
Lectus auarorꝫ. ſic piger in lecto ſuo. De lecto ſuper
borū dr̄.iiij. Reg.j. De lectulo ſup quē aſcendiſti nō deſcē-
des: ꝫ morte morier̄. De lecto ꝟo auarorꝫ dr̄.iiij. Reg.iiij.
Puer mortuus iacebat ſup lectū ſuū. Per perū eñ q̄ non
pōt ſurgere de terra. intelligiť auarus q̄ non pōt dimittere
tp̄alia vel terrena. Et ſic ꝫ pꝫ ꝙ eſt lect⁹ ꝓſperitatis. Iſte
lectus figurať.ij. Reg.iiij. vbi dr̄. ꝙ dū rex iſrael dormiret
ſup lectū ſuū: ancilla ibi oſtiaria obdormiuit: ⁊ intrauerūt
latrones q̄ eū occiderūt. Sic vere dū hō delectať ⁊ quieſcit
in lecto mūdane ꝓſperitatis ſi ancilla q̄ cuſtodit oſtia ſen
ſuum. ſi rō ſopiat: tūc a latronib⁹. i. a demonib⁹ p tētatōes
occidiť ⁊ necať. vn̄.ij. Paraľ.xxiiij. Occiderūt eū ſerui ſui
in lecto ſuo. Iſte eſt igiť lectus ꝓſperitatis. Tertio dico
ꝙ eſt lectus penalitatis. Et iſte eſt lectus inferni vbi ſcꝫ dā
nati finaliter ſopiunť ⁊ ſepeliunť: ⁊ vbi eternaliter hoſpi-
tanť. De quo poteſt dici illud Heſter.vij. Reperit aman
ſuper lectum corruiſſe. Et aduerte ꝙ iſte eſt Lectus
Durus. Lectus dico durus. Vn̄ de illo pōt dici illud
Obſcurus. Deutero.iij. Monſtrať lectus eius ferreus
Inſecur⁹. Lectus etiā obſcurus. vnde Iob.xvij. In te
nebris ſtraui lectulū meū. Lectus inſup nō ſecurus: qꝛ ſcꝫ
in iſto lecto quiſq̄s iacuerit morieť. Unde illud.ij. Paraľ.
.xxiiij. Occiderūt eum ſerui ſui in lecto ſuo. Et hec de lecto
ſufficiant. Vide.ſ. de accubare ⁊ de Iacere ⁊ Dormire ⁊c̄.

## Ledere.

Nota ꝙ ledere. grauare. nocere. ⁊ offen
dere ꝓ eodē ſupponūt. Et notabis ꝙ in
ſcriptura inuenitur multiplex leſio. videlicet Leſio
Contritionis. Lediť eñ penitēs q̄n cōteriť: qꝛ.ſ. con-
Correctionis. tritio ledit ⁊ pungit cor hominis peni-
Vexationis. tentis q̄n ſe deū ꝑcipit offendiſſe Ecci.
Corruptionis. xiij. Paup aūt leſus tacebit. Paup eſt
Et dānationis. penitēs ⁊ ꝯtritus. qui.ſ. ſe ꝯſiderat ni-
hil boni habere: ſꝫ om̄ia ꝑdidiſſe. Itē lediť delinquēs quā-
do corrigiť. ſꝫ iſta eſt bona leſio. Sicut eñ medicus leden-
do ſanat: ſic deus vel p̄latus corrigendo ſaluat. Iſta tñ le-
ſio debet eſſe tp̄ata: qꝛ nullus dꝫ excedere corrigēdo Ecci.
xxxiij. Si eſt tibi ſeruus fidelis ſit tibi quaſi an̄ia tua: quaſi
fratrē ſic eū tracta. ſi leſeris eum iniuſte in fugam ꝯuerteť
Lediť indigens q̄n ꝑcutiť.ſ. p vexationē ⁊ tribulationem
tēporalē: ⁊ talis leſio ꝓhibeť tyrannis: q̄uis ſicut leo dele
ctatur mordēdo: ſic ille ledendo Apoč.ix. Preceptū eſt il-
lis ne lederent fenū terre. Et Apoč.vj. Vinū ⁊ oleū ne leſe
ris. Figura de leone.iij. Reg.xiij. de quo diciť. Non come-
dit leo de cadauere: nec leſit aſinū. Innocēs eñ ſicut non
ledit: ita nec debet ledi Gen̄.xxvj. Nihil tuorꝫ attigim⁹ nec
fecimus aliquid qd̄ lederet te. Qn̄ tamē paupes taliter le-
dunť ⁊ grauanť patiētiam hr̄e teneať. Iuxta illud Sap̄.
.xviij. Qui ledebanť gratias agebant. Et ad deū tūc recur
rere iubenť Exo.xxij. Vidue ⁊ pupillo non nocebis: ſi leſe
ris vociferabunť ad me: ⁊ ego exaudiam eos. Itē leditur
peſtilens. i. peccator q̄n corrūpiť: ſeu q̄n deuinciť: hoc ē di
ctu: q̄n dyabolus p tentationē ip̄m ledit: ⁊ q̄n peccato con
ſentiendo culpe leſionē incurrit. Iſta eñ eſt peſtifera leſio
qua.ſ. an̄ia lediť hoſtis tentatione. dei offenſione. vana lo
cutione: falſa deceptione. Dico hoſtis tētatione niſi.ſ. de⁹
eum defendat. Iuxta illud Exo.xij. Non ſinet dn̄s domoſ
veſtras ingredi angelū ꝑcuſſorem ⁊ ledere. Dei etiā offen
ſione: de qua diciť Prouerb.viij. Qui aūt in me peccaue-
rit ledet animā ſuā. Falſa ſeu vana locutiōe. de qua Ecci.
xx. Qui multis vtiť verbis ledit animā ſuam. Falſa inſu-
per deceptione: de qua Ap̄ls gloriať neminē offendiſſe di
cens.ij. Corꝫ.vij. Neminē leſimus neminē circūuenimus
⁊c̄. Iſta ē ergo leſio culpe. de qua diciť Dan̄.vj. Qꝫ daniel
eductus de lacu leonū nulla leſio inuēta eſt in eo. Item le
ditur moriēs q̄n depriniť.ſ. p damnationē eternam: de q̄
leſione diciť Sap̄.xj. Deo non ē impoſſibile imittere pec-
catoribus noui generis ira plenas ⁊ ignotas beſtias: aut
vaporem igneū ſpirantes: aut odorem fumi ꝓferētes. aut
horridas ab oculis ſcintillas emittentes: quarꝫ nō ſolū le-
ſura pōt illos exterminare: ſꝫ etiā ⁊ aſpectus p timorē occi
dere. Iſta eſt ꝫ leſura damnationis q̄ in ſcriptura dicitur
mors ſecūda. a qua.ſ. boni nō leduntť Apoč.ij. Qui viceriť
nō ledeť a morte ſecūda. Et a qua tm̄mō damnati ꝑcutiū
tur ⁊ puniunť Apoč.ix. vbi de locuſtis. i. demonib⁹ prece
ptum eſt ꝙ nō lederēt niſi tantūmodo homines q̄ non ha
bebant ſignum dei in frontib⁹ eorꝫ. Signū dei eſt ſignum
gratie vel glorie: quo ſigno filij regis chriſti. a filijs ſathane
diſtinguunť. Filij eñ regis ſathane iſtud ſignū nō habent
Sic ergo patet quomō leſio multipliciter ſumitur in ſcri-
ptura Omiſi ponere exempla naturalia ⁊ materiaꝫ ꝓlon
gare: quia pauce ſunt auctoritates vocales. Sed vide in
titulis ſynonimis. ſcilicet vbi Mordere. Percutere. Scin
dere ⁊ ſimilia.

## Leena.

Cum leena ſit femella leonis et ſit animal
ſupbum: crudele adulterū: quia.ſ. fornica-
tur cum pardo: ⁊ in pariēdo eſt defectiuū: quia ſi in p̄mo
anno pariat ſex catulos: deinceps ſemp parit vnū diminu
endo: ita ꝙ ſexto anno nō parit niſi vnū ⁊ tunc penitus ſte
rileſcit. Poteſt dici ꝙ talis leena ſignificat leonū. i. p̄ncipū
conſiliarios ⁊ fautores. ipſi vt videť quaſi matrimoniali-
ter copulatos: qui.ſ. ſunt vt cōmuniter crudeles. ſupbi for
nicarij ⁊ adulteri. ⁊ in bonis fetibus. id ē. opibus defectiui

Dañ.vij. Ecce quatuoꝛ beſtie quarũ pꝛima erat quaſi lee-
na ⁊c. Expone figuram Job.x. Pꝛopter ſuperbiam quaſi
leenam capies me ⁊c. Non pꝛoſequoꝛ. Uide infra vbi agi
tur de leone ⁊c.

## Legatus. Legatio.

Legare qñq; ſu-
mit ꝓ dare ſeu ꝓ
aſſignare. Et ſic accipit in materia legatoꝝ in iure q̃ alio
modo poſſunt dici fidei cõmiſſa. qñq; vͦo ſumit ꝓ mittere
vel mandare. nunciare vel intimare. Et ſic legatus idẽ eſt
qꝺ cõmiſſariꝰ vl' nũciꝰ. ꝓ aliq̃ negocio deſtinatꝰ aut miſſus
De pͥmo nihil. De ſcḋo pauca. Nobo igit ꝙ i ſcptura repit

Legatio deſup veniẽs.
Legatio pſſis ſubueniẽs.
Legatio mũdo pueniẽs.

Pꝛima ẽ legatio ſummi me-
diatoꝛis. i. xp̄i. qui. ſ. ſicut le-
gatus fidelis a ſummo impe
ratoꝛe deo patre ⁊ a ſenatu paradiſi fuit miſſus in mundũ
pꝛo redẽptionis humane negocio ptractando. De q̃ Hiere.
xlix. Auditũ audiui a domino ⁊ legatus ad gentes miſſus
ſum. Uerũtamẽ iudei apud quos iſte functus fuit legatio
nis officio. nõ ſe habuerũt erga eũ ſicut erga legatũ. De iu
re eñ gentiũ legati a pͥncipio fuerunt inuiolabiles licebat
eñ ipſis libere ire ⁊ redire etiam apud hoſtes ⁊ negocium
pꝛo quo ibant pficere vel tractare: nec alicui q̃ntũcũq; ho
ſti licebat eos aliq̃liter violare. quinimo ſi ledebant vl' vio
labant. ſic cõtra iuris nature violatoꝛes illos iuſto bello po
terant tam dij q̃ꝫ homines impugnare: ſicut de populo fi-
denarum ⁊ columnio veienti rege qui occiderũt romano-
rum legatos. dicit Tytus liuius lib. iiij. Ab vꝛbe condita
ꝙ romani legatis occiſis ſtatuas ad ppetuum honoꝛem fe
cerunt ⁊ erexerunt ⁊ contra p̃dictos hoſtes pugnauerunt
⁊ deuicerũt: ⁊ nefandũ regeꝫ q̃ legatos occidi iuſſerat dijs
iubẽtibus occiderũt. vnde Coꝛnelius coſſus. al's Coꝛneliꝰ
cotta. q̃ cõtra regem columniũ ſingulari certamie dimica-
uit tunc legitur hoc dixiſſe. Hiccine eſt inq̃t raptoꝛ federis
humani. violatoꝛq; gentium iuris: iam ego hanc mactatã
victimam (ſi modo ſancti quicq̃ in terris dei eſſe volunt)
legatoꝝ manibus. id ẽ. animabus dabo. Sic vere fecerunt
iudei xp̄o dei patris legato. ipſum eñ violauerũt ⁊ occide
runt ꝓpter qꝺ poſtea perierũt. Ipſi vͦo legato ſtatuerunt
imaginem deo oꝛdinante ⁊ cultuꝫ fidei ꝓpagante. poſt ere
cti fuerũt de infidelitate. ergo contra iſtum legatum cõmiſ
ſa potuerunt ipſi iudei dicere illud Abꝺ. Auditum audiui
mus a domino: ⁊ legatum ad gentes miſit ſurgite ⁊ cõſur-
gamus aduerſus eum in p̃lium. Iſta fuit ergo legatio xp̄i
mediatoꝛis. Secũda eſt legatio boni p̃dicatoꝛis. Pꝛedi-
catoꝛ eñ legatus dicit eo ꝙ ad reducendũ populũ ad do-
minũ ad ipſos mittit. cauſamq; dei apud homines tracta
re ⁊ agere compꝛobat: ſicut Paulus apoſtolus de ſeipſo
dicit. ij. Coꝝ. v. Poſuit inquit deus in nobis verbũ conci-
liationis: pꝛo xp̄o legatione fungimur tanq̃ꝫ deo exhoꝛtan-
te ꝑ nos. Tertia eſt legatio docti interceſſoꝛis. Utile eſt
eñ ⁊ pͥuenit reipublice ꝙ tꝑaliter mittant legati: qui. ſ. ne-
gocia dominoꝝ ſuoꝝ fideliter faciant diſcoꝛdes pacificent
⁊ reconcilient: ⁊ qui poteſtatẽ ſibi cõmiſſam aliqualiter nõ
excedant. Et ſi vis nota ꝙ legatus debet habere

Auctoꝛitatem.
Fidelitatem.
Sagacitatem.
Strenuitatem.
Benignitatẽ.
Securitatem.

Pꝛimo igit dico ꝙ legatus debet ha-
bere auctoꝛitatẽ ſeu poteſtatẽ. ſcꝫ a ſu
perioꝛe: quia certa ⁊ limitata poteſtaſ
⁊ commiſſio ſibi dat ſicut videmus in
legatis miſſis a papa: ⁊ maxime in car
dinalibus ⁊ alijs miſſis a latere: quia
ſcꝫ in finibus ſibi deſtinatis obtinet vices pape. Nerui. n.
ꝓcedentes a cerebꝛo ꝑ totum coꝛpus mittunt ⁊ ſenſum ⁊
motũ in virtute ſpũs anialis quõ a cerebꝛo deferũt ⁊ ope-
rant. Ipſoꝝ eñ poteſtas a capite ⁊ a cerebꝛo ꝓcedit: que
tandem ꝑ totum coꝛpus incedit: ⁊ ſenſum ⁊ motũ tribuit
⁊ concedit. De fulminibus etiam dicit Plinius ꝙ illa que
ſunt virtuoſa ⁊ ſignificãtia a terris altis ⁊ certis locis ⁊ ve
ris ſyderibus ꝓcedunt. Illa aũt que aliunde vtpote a nu
bibus ⁊ aeris inflamationibus veniunt bꝛuta ⁊ muta ſunt
⁊ poteſtatẽ ſignificatiuã aliquã non oſtendũt. Reuera bo
ni p̃lati ſunt ſicut nerui i coꝛpoꝛe: ⁊ ſicut fulmina in ethere
Illa eñ a capite vl' a ſtella mittunt. Iſti vͦo a capitaneis ⁊
ſtelleis hominibꝰ. ſ. rege vel papa ad partes alias deſtinã
tur. Illa habent poteſtatẽ a ſuis pꝛincipijs oꝛiginalibus.
Iſti habent a ſuis p̃latis ⁊ pͥncipibus cõmunitatibꝰ etiam
⁊ ſenatibus. Illa aũt que a certis nõ ꝓcedunt pͥncipijs ni
hil valent ſic nec iſti niſi a veris dominis ꝓceſſerint tanq̃
bꝛuti ⁊ muti merito viribus oĩbus carent. Bꝛeuiter ergo
dico ꝙ talibus neceſſaria eſt auctoꝛitas: ⁊ hoc quia nõ ex
ſe. ſ; virtute alterius opant. Itẽ quia (ꝙ al's eſſet impoſſi-
bile) neceſſe eſt ꝙ honoꝛentur ⁊ timeant. Iudei appellati
ſunt a romanis amici ſocij ⁊ fratres: ⁊ ſuſceperũt legatos
ſymonis glorioſe. Igit dico ꝙ legatꝰ debet habere poteſta
tem ⁊ auctoꝛitatẽ. Scḋo dico ꝙ debet habere veritatem
⁊ fidelitatẽ. Debet eñ legatus eſſe fideliſſimꝰ domino ſuo.
mandatũ eius facere vel ſeruare ⁊ vtilitatẽ ipſius ꝓcura-
re: ⁊ officium ſibi traditũ legitime exercere. Sanguis. n. q̃
ab epate venit debet eſſe purus ⁊ mũdus: quia. ſ. ſi coꝛru-
ptus fuerit vel infectus. mẽbꝛa pꝛocerto non nutrit: ſ; ipſa
potius inficit ⁊ coꝛrũpit: ſicut patꝫ in lepꝛoſis. Sic vere il-
le q̃ ad exercendũ legationis officium mittit. purus. ſan-
ctus. fidelis. innocẽs ⁊ ſincerus eſſe tenet. Quia reuera ſi
ꝓditione. rapina. auaricia vel deceptione coꝛruptus fuerit
illos ad quos delegat non nutriet aut iuuabit: ſed potius
inficiet ⁊ grauabit: ⁊ etiam decipiet ⁊ fraudabit. Iſtud vi-
demus de multis malis cõmiſſarijs vel legatis: qui. ſ. coꝛ-
rupti auaricia: infidelitatẽ non verent committere partes
ad quas mittunt decipere ⁊ ſe et ſuos dominos diffamare
ꝓpꝛium lucrum q̃rere et de vtilitate partium non curare.
Quod etiam poteſt allegare contra malos p̃latos. qui ſ. ſ;
infideliter diſpenſant bona ſibi commiſſa ⁊c. ⁊ tamen ſcri-
ptum eſt ꝙ iam querit inter diſpenſatoꝛes vt fidelis quis
inueniat. j. Coꝝ. iiij. Et tales ſunt legati egyptij de quibus
dicit in pſ. Uenient legati ex egypto. ethiopia p̃ueniet ma-
nus eius deo. Egyptus eñ interp̃tat anguſtia. ethiopia in
terp̃tat caligo vel tenebꝛe. Tales. n. legati veniũt ex egy-
pto. id eſt. ex anguſtia vel peccato inq̃ntum ſe legatio ipo-
rum tendit ex populi p̃iudicio ſeu damno. Ethiopia arida
⁊ combuſta q̃ tenebꝛoſa ⁊ obſcura diligit. i. auaricia manꝰ
coꝝ deo p̃ueniet. Hoc eſt dictu. Citius et pꝛiuſq̃ deus ad
eos venit inquantũ. ſ. iniquiſſima mens eoꝝ. auariciã deo
pꝛeponit ⁊ in obſcuro ⁊ ſecreto munera colligit atq; ambit
deum ipſum. Ethiopie. i. lucro ⁊ auaricie ⁊ poſtponit. De
infidelitate. n. cuiuſdam legati audiui ꝙ cum rex anglie et
francie miſiſſent quendam nobilem virũ vt pꝛo vtroq; in
quadam nobili ciuitate ſenaſcalci vel p̃ſidis officiũ exerce
ret. ciuitas vͦo voluit ꝙ añ ingreſſum ciuitatis faceret aliq̃
iuramẽta ſicut ſolitũ fuerat ab antiquo q̃ miſerũt ad ipm
quẽdam ciuẽ de maioꝛibꝰ ſuis q̃ omnino volebat vt ſena-
ſcalcus ille non reciperet: ſ; magis gratia inter regẽ ⁊ po-
pulũ oꝛiret. Iſte igit infidelis legatus q̃ populi verba ad
rectoꝛẽ ⁊ ecõuerſo fideliter referre debebat: omnia ꝑuertit
⁊ duriſſimas reſponſiones ppl'i ad iudicẽ retulit. ⁊ iudicis
ad ppl'm repoꝛtauit: cũ tamẽ hinicinde vͦba pacifica ⁊ ꝯcoꝛ
da mandarẽtur. Cuꝫ vͦo his non obſtantibꝰ iudex fuiſſet
in ciuitatẽ receptꝰ: ⁊ inq̃ſita veritate illius legati falſitatẽ
⁊ nequiciã reperiſſet: fecit eũ interfici doloꝛe. Tales legati
fuerũt illi quos Joſue miſit ad terram exploꝛandũ q̃. ſ. ve
ritati cõtraria repoꝛtarũt: ppl'mq; turbauerũt ⁊ murmura
re fecerũt. ꝓpter qꝺ tam ipſi q̃ꝫ alij iraꝫ dei incurrerũt. ſicut
ponit Numeri. xiiij. ⁊ deinceps. Non ſic ꝗ. ſ; ſit legatꝰ fide
lis: q2 ſicut dicit Pꝛouerb. xiij. Nũcius impij cadet in ma
lũ: legatꝰ fidelis ſanitas. Legati eñ fideles fuerũt illi de q̃-
bus narrat Saluſtius ⁊ Ualerius Maximus li. v. ca. vj.
Qꝛ cum inter duas nobiliſſimas ciuitates cyrenẽ ⁊ carta-
ginẽ eſſet diſſenſio de limitibꝰ agroꝝ ſuoꝝ ꝓpter qꝺ ſepiꝰ
inuicẽ p̃liaſſent. tandẽ voluerũt ꝙ vtraq; ciuitas certa die
ſuos legatos mitteret: q̃libet de ſua ciuitate ad alterius ci
uitatẽ: ⁊ ꝙ locus vbi legati ſibiuicẽ obuiarẽt eſſet limes ⁊
terminus duoꝝ regnoꝝ ſeu impioꝝ ſuoꝝ. Carthaginen̄. ꝗ
philenos fratres ꝓ ſe legatos miſerũt. q̃ taliter accelerauẽ
rũt ⁊ itinerauerũt iter ꝙ multo vltra medietatem itineris
legatis cirencẽſibus occurrerũt. q̃ vidẽtes ſe eſſe p̃uentos ⁊
⁊ moꝛtẽ pluſq̃ꝫ verecũdiã eligẽtes. nouã ſponſionẽ cartha
ginẽſibus obtulerũt ꝙ. ſ. ipſi carthaginen̄. in quocũq; loco
vellẽt fines imperij ſui ponerẽt. ita tamẽ ꝙ viui obꝛui in eo
dem loco ſtatim deberẽt. Uel ꝙ ipſi ciren̄en̄. ſub eadẽ con-
ditione vbi vellent ſui regni terminos aſſignarẽt. moꝛtẽq;

ꝓtinus ſuſtinerēt. Phileni ergo conditione ꝓbata. ꝑpli ſui ⁊ ſue reipublice vtilitatem vite ꝓprie ꝑtulerūt. Propter qḋ carthaginēſes aras ipſis duobꝰ fratribꝰ in ipſis arenis libicis in honorē ꝑpetuū ⁊ in facti memoriā erexerūt: que. ſ. adhuc arene philenoꝝ vocanť. Hec igiť legiť de fidelitate legati Prouerb. xxv. ꝙ ſicut frigus niuis in die meſſis. ſic ⁊ legatus fidelis animā illius q̄ miſit ipm̄ requieſcere facit. Habeat ergo legatus fidelitatē ⁊ veritatē. Tertio dico ꝙ debet habere claritatē ⁊ ſagacitatē. Ille. n. qui ꝓ arduis negocijs ad ꝑegrina loca mittiť prudēs cautus ⁊ diligens eſſe teneť. Nam ſi ſtultus aut fatuꝰ apparet: nunq̄ bn̄ negociū expediret. vn̄ Prouerb. xxvj. diciť. Ut claudus ē pedibus ⁊ iniq̄tatē bibēs q̄ mittit vba ſua ꝑ nunciū ſtultum. Prudēter ergo egerūt illi ſcipionis legati. qui ꝑ hoſtiū exercitum trāſmiſſi. rectoq̄ tramite ſine deuiatione trāſire deberēt. vnū de equis ſuis ex induſtria ſoluerūt. quē fugientē ꝑ caſtra vbilibet inſequētes totam poteſtatē hoſtiū explorauerūt. ⁊ ſub ſequele velamine cognouerūt. ſicut ponit Tytus liuius de bello punico. Prudēter etiam egit brutꝰ ille miſſus ⁊ legatꝰ cū tarq̄ni regis filijs apud delphos: qui audiēs appollinis reſponſum ꝙ ille legatoꝝ illoꝝ q̄ primus oſculareť matrē ſuam. in vrbe romana dominio potireť. ꝓmiſit ſe cadere occaſione capitis ⁊ cadēdo terram oſculatus eſt que eſt mr̄ oīm generalis. Sicq̄ factū eſt ꝙ poſt expulſis tarq̄nis ꝓpter Lucrecie mortē factꝰ fuit rome ꝯſul vt ponit Tytus liuiꝰ lib. j. ab vrbe cōdita. Prudētes vero et non ſtulti debēt ad legationē mitti vt prudēter poſſint que agēda ſunt vel diſſimulāda oꝑari Matth. xxiij. Ecce ego mitto ad vos ꝓphās ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas ⁊c̄. quaſi diceret. Sapiētes ⁊ prudētes mittēdi ſunt ⁊ nō alij. Habeat ergo legatꝰ prudētiam ⁊ ſagacitatē. Quarto habeat legatus audaciam ⁊ ſtrēnuitatē. Conſtat eñ ꝙ legatꝰ vbicūq̄ ſit debet audacter agere ⁊ in omnibus negocijs ſibi cōmiſſum vel verbo vel facto executioni mandare. Un̄ de romanis legiť apud Tytū liuiū de bello punico ꝙ cū Hanibal imperator carthagineñ. vł penoꝝ obſideret ciuitatē ſaguntū cōfederatā ⁊ ſociaꝝ romanoꝝ. romaniq̄ miſiſſent ad ipm̄ hanibal fedus denūciando vt deſiſteret. ipſe vero q̄ tūc actualiter obſidebat ſaguntū dictos legatos ab aſpectu ſuo ⁊ ne venirēt ad eū expulit ꝓpter qḋ ipſi romani legati tranatato mari ſe carthaginē tranſtuliſſent: poſt verba plurima in ſenatu carthagineñ. habita. vnus ex legatis romanis hec verba conſtanti audacia plicato gremio intulit. Hoc inq̄t gremio vel pacem vel bellū attulimꝰ: qḋ volueritis eligatis. Et cū reſpondiſſet ſenatus carthagineñ. qḋ volueritis detis nobis. Tunc legatus romanꝰ expanſo gremio dixit eis. Ut nomine ſenatꝰ populiq̄ romani bellū penis ⁊ carthaginēſibus indicaret: q̄ reſponderūt: bellū ſe grato animo recipe: ipſamq̄ tali ac tāto animo ꝓſecuturos quo animo recepiſſent. Igiť ad hoc applico ꝙ legatꝰ debet eſſe audax nihilq̄ debet metuere: dum tamē formā mandati ſui non exceſſerit. nec iniuſte voluerit q̄d patrare. Aduerte tn̄ ꝙ q̄dam ſunt nūcij vel legati q̄ tanta ſuꝑbia repleti ſunt ⁊ tantū confidūt in ſuoꝝ potentia dominoꝝ ꝙ qn̄ veniūt ad locum vel ꝓuinciam deſtinatā: tantā audaciam induunt ꝙ omiſſa omī modeſtia tēperatura: ad multa ⁊ iuſta impertinentia vel iniqua ꝓrumpere non formidant. Non eñ ſeruant modū in audacia. quinimo naturā exuunt legatoꝝ ⁊ formā induūt tyrannoꝝ. ſicut de illis legatis narrat Iuſtinus. ꝙ cū a rege potētiſſimo ad regē paruū ſibi ſubditum miſſi fuiſſent ꝓ tributo petendo vel alio negocio ꝑtractando. ipſi tamē modū aut tꝑantiā nō habētes nō ſolū tributū petierūt. q̄nimo habere filias ⁊ nepotes regis illius ad explendā ſuā libidinē voluerūt. Rex ergo iuuēculos quoſdā ad ſimilitudinē mulierū ornauit. ipſiſq̄ legatis fatuis ⁊ ꝓteruis tanq̄ iuuēculas ꝑ eos poſtulatas ad libidinē obtulit. Prefati aūt iuuēculi ex ordinatione regis ipſos legatos fatuos occiderūt: qn̄ ipſis tanq̄ feminabꝰ indicere voluerunt libidinē. Talis ergo audacia exceſſiua legatis oībus ꝓhibeť: quia ſi debitas metas exceſſerint non audacia ſed ſtulticia iudicať. Habeat ergo legatꝰ audaciam ⁊ ſtrennuitatē. exēplo pauli q̄ etiā in cathena poſitꝰ cū audacia nomē xp̄i nō ceſſabat annūciare et poteſtatē dn̄i p̄dicare dicens Eph. vj. Dať mihi ſermo cū fiducia notū facere euāgelij miniſteriū ꝓ quo legatione fungor in cathena iſta. ita vt in ipſa audeam ꝓut oportet me loqui. Habeat igiť legatꝰ audaciam ⁊ ſtrennuitatē. Quinto dico ꝙ legatus debet habere modeſtiā ⁊ benignitatē. Ad legatos. n. ſpectat ꝙ ſint

Humiles.
Benigni.
Eloquētes.
Affabiles.
Et diſcreti.

Et potiſſime iſtud ꝑtinet ad legatos q̄ mittunť a papa vel altero ꝓ pace inter aliq̄s reformanda: qui. ſ. p̄ ceteris debēt affabilitatē ⁊ benitatē p̄tendere. vt partes poſſint ad ꝯcordiā reuocare. Narrat. n. Solinus ꝙ in affrica circa templū amonis ē fons q̄ virtutē mirabilē habet ad cōglutinādū ⁊ ꝯſolidādū. Cineres eñ arenas ⁊ lapillos vnit: ⁊ in vnū corpus ꝯglutinat atq̄ iungit. Sic vere debet eſſe legatꝰ q̄ vādit pro pace. Uirtutis eñ debet eſſe benigniſſime ⁊ affabiliſſime: vt. ſ. poſſit ꝯtrarios ⁊ diuerſos: ⁊ ex toto abinuicē ſeparatos adinuicē cōglutinare ⁊ ꝑ pacē ⁊ concordiā in vnū corpus. i. in vnitatē ⁊ amiciciam federare. j. Machab. ix. ca. Miſit Jonathas legatos componere pacē. Iſtud tamē eſt cōtra multos legatos q̄ non ſunt apti nati cōtrarios cōcordare: ſed cōcordes abinuicē diſcordare: q̄ ſcꝫ ita ſunt duri impij vel crudeles ꝙ illos ad q̄s mittunť magis ſolent ad iracūdiam ꝓuocare q̄ ab iniurijs reuocare. Iſtud potiſſime videmꝰ in legatis ⁊ cōmiſſarijs quos mittūt ad ꝑtes extraneas rex ⁊ papa. Iſti eñ qn̄ vidēt ſe eſſe longe a curia: ⁊ cōſiderant ꝙ eoꝝ mala oꝑa non poterūt ꝑ dominos ſuos cito ſciri. in rapinā ⁊ furiam efferunť: ⁊ ꝓ pecunijs cōgregādis cōtra pauꝑes debacchanť. Similes neruis q̄ ſunt in humano corꝑe. qui ſcꝫ a capite ⁊ cerebro mittunť ꝑ mēbra corꝑis vniuerſa. Sed reuera iſti quāto ſunt magis ꝓpinq̄ cerebro ſenſui originali p̄ncipio ſiue loco meliores inueniunť. Qn̄ vero longiꝰ recedunt a capite: ⁊ ad remotiores ꝑtes corꝑis differunť tāto peiores efficiunť. Sic ꝓculdubio tales quanto ſunt in partibꝰ plus ꝓpinq̄s tanto minꝰ exequunť oꝑa ſue cupiditatis ⁊ malicie. Quāto vero in longinq̄oribꝰ partibꝰ fuerint. tanto latius ſue cupide neq̄cie oꝑa multiplicanť et ſe exponūt duris oꝑibus atq̄ factis crudelibꝰ ⁊ iniq̄s Eſaie. lvij. Miſiſti legatos tuos ꝓcul ⁊ humiliata es vſq̄ ad inferos. Ut ⁊ ſubditi de talibꝰ poſſint dicē illud Heſter. xiiij. Duriſſima nos opprimit ſeruitute: ⁊ volūt delere hereditatē tuam ⁊c̄. Non ſic debet eſſe bonꝰ legatꝰ. imo ꝓcerto debet eſſe dulcis tractabilis ⁊ benignꝰ: vt ſic poſſit corda partium frangere: ⁊ ad pacis remedium reuocare. Ad hoc. n. principaliter mittunť vt eorum opera ⁊ induſtria pax ⁊ cōcordia reformenť. ꝑmo Machabeoꝝ. ix. Jonathas miſit legatos componere pacem. Et Luc. xiiij. de illo rege q̄ mittens legationeꝫ rogat ea q̄ pacis ſunt vbi oñdiť de legato auctoritas papalis ſeu regalis q̄ iſtum dirigit. Humilitas mentalis q̄ p̄ces porrigit. ſedulitas penalis cui iſte ſe ſubiūgit: tranq̄llitas ſeu vtilitas finalis quā ſupplex exigit ⁊ trāſigit. Auctoritati eſt obiendū. Mittens. Sedulitati cōpatiendū. Legationem. Humilitati eſt conſentiendū. Rogat Tranq̄llitate ſeu vtilitati eſt annuēdum. Que pacis ſunt

Mittēte nihil nobilius.
Legato nihil ſedulius.
Rogante nihil humilius.
Pace vero ſeu cōpoſitōe nihil vtilius.

Proſequere ſi vis de Auctoritate. Sedulitate. Humilitate ⁊ Utilitate ſeu neceſſitate. Et vide in titulis de Mittere ⁊ Rogare. ⁊ hic de legatione: de nuncio ⁊ de pace. Patet ergo ꝙ legatꝰ debet hr̄e modeſtiā ⁊ benignitatē. Sexto dico ꝙ debet hr̄e fiduciā ⁊ ſecuritatē. Fidēter eñ ⁊ ſecure debet legatus vbiq̄ incedere ⁊ de nullo p̄iudicium aut damnū aliqḋ ſuſtinere. Iſtud eñ fuit a principio ius gentium: ſicut ſuꝑius in primo fuit dictū. Sicut eñ ponit Solinus alique gentes fuerūt in ſeptētrione dicte arumphe: q̄ fructibꝰ arboꝝ viuebant: crines taꝫ mares q̄ femine tondebant neminem ledere volebāt: ſed in pace ⁊ in quiete viuebant. Iſti ergo ſacri reputabanť: ipſoſq̄ ledere aut tangere nephas etiā a ferocibꝰ nationibꝰ reputabatur. q̄nimmo q̄cunq̄ periculū metuebat: ſi ad ipſos fugerat tutus erat: ac ſi templo vł aſilo tegereť: quia. ſ. illuc ipſos inſequi verebať. Talis ergo opinio fuit antiq̄tus de legatis: qui. ſ. tanq̄ miſſi ꝓ vtilitate vniuerſali reputati fuerūt ſacri: quapropter nulli licuit ipſos tangere nec q̄buſcūq̄ iniurijs violare: ⁊ ſic ſecure ⁊ tute ire licuit ⁊ redire. Un̄ de terra de qua natus ſum gallicanū ꝓuerbiū eſt cōmune. iſtud

quo dicit̄ ꝙ nūcius non meret̄ nec bonū audire nec malū
dic. Meſſagis ne doit nebien anoir ne mal ouoir. Et ſic di
co ꝙ iſte dꝫ hr̄e fiduciā ⁊ ſecuritatē: qꝛ.ſ.nō debet offendi
quomodolibet ſeu ledi Eccl.vij. Non ledas ſeruum in ve
ritate operantē. Sic ergo patet quomō legati debēt habe-
re ſex conditiones p̄dictas. videlicet Auctoritatē. Fide-
litatē. Sagacitatem. Strennuitatē. Benignitatē. Securi-
tatē. Et hec ſufficiant de legato. Concorda melius ſi potes
vel vocaliter vel realiter: qꝛ pauce ſunt in biblia de legato
auctoritates. Uide de Nuncio ⁊ de Mittere ⁊ ſimilibus.

**Legio.** Nota ꝙ legio idem eſt qꝺ lecta vel electa.
ſocietas vel congregatio: quia.ſ.antiquit⁹
milites eligebant̄: ⁊ electi ꝑ ſocietates diſtinguebant̄: ita
ꝙ ſocietas ſex milia ſexcentos ſexagintaſex continēs legio
dicebat̄. Et poteſt dici ꝙ inuenit̄ legio Angeloꝝ. Homi
nū atqꝫ Demonū: ſed nihil ad p̄ſens. Uide vbi Societas.
Congregatio. Multitudo ⁊c̄. Pauciſſime em̄ ſunt aucto-
ritates. De angelis em̄ dicit chriſtus Math.xxvj. Qꝛ pa-
ter ſuus poterat ſibi dare plus q̄ꝫ duodecim legiones an-
geloꝝ. De legione hominū dicit̄.ij. Regū.xv. ꝙ Dauid ha
bebat ſecum legiones celethi atqꝫ pheleti. De legione ꝟo
demonum dicitur Marci.v. ⁊ Luce.viij. ꝙ demoniū dixit
ꝙ vocabat̄ legio. Multi em̄ inq̄t ſumus ⁊c̄. Sufficit.

**Legere.** Nota ꝙ ſcḋm ꝙ ſunt diuerſi libri. diuerſe
⁊ varie ſūt lecture. Inuenit̄.n.i ſcꝑtura

Liber celeſtis excellentie.
Liber patentis cōtinētie.
Liber fulgentis ſapientie.
Liber latētis conſciētie.

Primus eſt liber diuine na
ture in q̄ legūt agmina ſan-
ctoꝝ. Scḋs eſt liber omnis
creature in q̄ legit grex phi-
loſophoꝝ. Tertius eſt liber diuine ſcripture in quo legunt
caterue doctoꝝ. Quartus ꝟo eſt liber mētalis clauſure in
quo legit copia iuſtoꝝ. Primus legit̄ ad admirandum
Scḋs legit̄ ad delectandū. Tertius legit̄ ad dirigendum.
Quartus ꝟo legit̄ ad corrigendū. Dico ergo p̄mo ꝙ le
gendus eſt liber diuine nature vt in ipſo ſemꝑ admiremur
Sicut em̄ videm⁹ ꝙ pueri licet nihil intelligant admirant̄
tamē ⁊ libenter reſpiciunt pulcros libros: ⁊ ipſas pulcras
imagines ⁊ figuras. Sic reuera licet liber diuie eſſentie ſit
nobis ignotus: ita ꝙ illas ꝓfundiſſimas rerū naturas que
ibidē ab eterno ſunt ſcripte non poſſum⁹ intelligere vel le
gere. ipſum tamē ⁊ imagines rerū in ipſo refulgētes meri-
to poſſum⁹ admirari ⁊ in ipm̄ mētaliter ſpeculari. Iſte.n.
eſt liber ille ſignat⁹ de quo dicit̄ Eſaie.xxix. Uiſio inq̄t om
niū ſicut verba libri ſignati: quē cum dederint ſciēti lr̄as di
cent ei lege: ⁊ reſpondebit non poſſum. ſignatus eſt em̄. Et
dabit̄ liber neſcienti lr̄as ⁊ dicēt lege: ⁊ reſpondebit. Ne-
ſcio lr̄as. Et vere ſignatus eſt nobis ꝓ tp̄e vite hui⁹ mira-
bilis liber iſte: ita ꝙ non eſt dare aut ſciētificū aut ignarū
qui poſſit legere q̄ ſunt ibi. Cum em̄ liber iſte ſit liber volū
tarius: quia.ſ. iſte non legit̄ niſi quantū voluerit ⁊ exhibue
rit ſe legendū. conſtat ꝙ ſerui ſancti ⁊ angeli ipm̄ legunt et
eum eſſentialiter intuent̄. ⁊ quāto plus reſpiciūt tāto plus
mirant̄. Ibi em̄ legunt ꝓceſſum ⁊ emanationē perſonaꝝ:
ydeas ⁊ exemplaria creaturarū: p̄deſtinationes iuſtoꝝ: re
pudiationes reproboꝝ: ꝑfidiam iudeoꝝ ⁊c̄. Multa nimis
ꝑ paucas lr̄as legerat ibi Paulus raptus vſqꝫ ad tertium
celū: q̄ tamē audiuit ibi archana verba q̄ non licēt homini
loqui. Iſte eſt em̄ liber ſignatus ſigillis ſeptem ſicut dicit̄
Apoc.v. Quia.ſ. om̄ia ſecreta ſeptē mūdi etatū: ſeptē pla-
netarū: ſeptē dierū in eo ſunt ſignata ⁊ a nobis abſcondita
vel velata Dan̄.v. Ingreſſi ſunt ſapiētes regis ⁊ non po-
tuerunt nec niſi ſcripturā legere: nec interp̄tationē indica
re. Legēdus eſt ergo liber diuine nature vt in ipſo ſꝑ admi
remur. Scḋo dico ꝙ legēdus eſt liber mūdi creature vt
in ipſo valde delectemur. Res em̄ create ſeu creature mū-
di ſunt liber in q̄ deus depinxit ⁊ deſcripſit bonitatē ſapiē-
tiam ⁊ potentiā ſuam. Quia.ſ. ſicut dicit̄ Roꝝ.j. Inuiſibi
bilia em̄ dei ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta ꝯſpiciunt̄ ſempiter
na quoqꝫ ei⁹ virtus ⁊ diuinitas. In iſto libro legerāt phi
⁊ intantū delectati ſunt ibidē: vidētes.ſ. virtutes latentes
in rebus: ordinē ⁊ modū creaturarū: ⁊ toti⁹ pulcritudinē
vniuerſi: ꝙ om̄ia alia contēpſerūt: ⁊ contemplationi lectu
reqꝫ ſtudio hui⁹ libri ſe penitus dederūt. Et reuera adhuc
illi qui vacāt in ſtudijs lucratiuis. ſi ſaperēt ⁊ intelligerēt
quantū ſit delectabile legere librū iſtū. calcarēt oīa velut lu
tum. ⁊ poſt phos currerēt ad lecturā dicētes illud qꝺ ſcri-
bit̄ Apoc.j. ꝙ.ſ. beatus eſt qui audit ⁊ legit verba ꝓphetie
huius ⁊ ſeruat ea q̄ in ea ſcripta ſunt. Et bene dicit ꝓphetie
quia ꝓcerto in libro nature qui bene ſciret intelligere inue
niret p̄terita. p̄ſentia ⁊ futura: illis dūtaxat exceptis q̄ a ſo
la voluntate diuina ꝓcedunt ⁊ que pater poſuit in ſua po
funiculꝰ lineus:et calamꝰ mēſure in manu eiꝰ.Uir eñ iſte
ē virtuoſus ſeu vigoroſus p̄latus vel iudex:q̄ ſcꝫ debet ha
bere funiculū et calamū iuſticie in manu ꝓ meritis cuiuſli
bet mēſurādis.Iſta tñ linea et pura debet eſſe:vt ſcꝫ nulla
corruptio affectiōis vel ſymonie:vel ſubuerſatiōis vl̄ fauo
ris aut odij itercedat.De ſcriptura etiā.ſ.veritatꝭ q̄.ſ. linea
pura et ſancta et ſine quacūqꝫ vana gloria hereſi vel falla,
cia debet eſſe dicit̄ Ezech.ix.ꝙ vir vnus veſtitus lineis ſta
bat in medio ⁊ atramētariū ſcriptoris ad renes eiꝰ. De fe,
minalibꝰ vero caſtitatis ſatis viſum ē ſupra.Et Ezec.xliiij
Feminalia linea erūt in lūbis eoꝝ.Ecce ergo quō quicq̄d ē
et maxime ī eccleſiaſtico q̄ hꝫ ī ſacramēto altaris et in dñi,
cis officijs miniſtrare.totū debet eſſe lineū.totū purum to
tū ſauctū.nihilqꝫ maculatū corruptū aut fictū. Iuxta illud
Ezec.xliiij.Cū ingredient̄ portas atrij interioris:veſtibus li
neis induent̄:⁊ non aſcēdet ſuꝑ eos quicq̄ꝫ laneum.Lana
eñ que naſcit̄ ex carne pōt in hoc loco carnalitatē necnon
carnalē parētū affectionē ſignare:quam .ſ.q̄libꝫ ingrediēs
portas eccl̄ie debet deponere:⁊ lino puritatis et inocentie
ſe veſtire.Et ſic figurabit̄ in illo viro veſtito lineis:de cuiꝰ
mirabili deſcriptione fit mentio Dañ.x.Uide ibi.Aduerte
tñ ꝙ ſicut ſupra dixi de lino ꝙ ſicut multis tunſionibꝰ:car,
pinationibus et bullitionibus ſupponit̄. Sic dicam ꝙ illi

quilibet puritate et mundicia veſtiuntur: multis mundi tribulationibus ſupponuntur. ſicut de impio Saul et Do ech ydumeo principe paſtorum eius: per quos itelligo mūdum et eius tyrannos. dicitur. j. Regū. xxij. Occidit octuagintaquinqꝫ viros indutos ephod lineo. Patet ergo ꝙ per linū ſeu per lineum veſtimentū poteſt omnis mūdicia et puritas deſignari. et quō in bono ſumit et in malo vide ſ de Biſſo ⁊ Lino et in tabula.

## Liqueſcere. Liquefieri.

Nota ꝙ liqfactio nihil aliud ē ꝙ̄ alicui⁹ duri aut ſolidi occaſiōe caloris vł adiūctione humoris diſſolutio. Et ſic dicam tam in bono ꝙ̄ in malo accipiendo ꝙ triplex inuenitur liquefactio ſcilicet

Iuſtorum. Malorum. Cunctorum.

Primo ergo dico ꝙ liqueſcunt iuſti quādo calor diuine charitatis ipſos pcutit. et quando radius ſolaris ſeu diuine inſpirationis ipſos penetrat et perfundit. Et ſic dicam ꝙ ſicut ex ſcripturis poteſt intelligi ꝙ Liqueſcit cor

Penitentis. Diligentis. Miſerentis.

Prima eſt liquefactio cōtritiōis q̄ ſcꝫ ſicut nubes liquefacta emittit lachrymas. ps. Factum eſt cor meum tanqꝫ cera liqſcens in medio vētris mei. Et alibi in ps. Emittet verbū ſuum ⁊ liquefaciet ea. ſ. corda penitētia ⁊ cōtrita. Flauit ſpiritus eius et fluent aque. Secūda liquefactio eſt deuotiōis Metallū em̄ durum qn̄qꝫ virtute ignis liqueſcit: ita ꝙ ſm voluntatē ſuam artifex in varias formas ⁊ imagines ipm vertit. Sic vere qn̄qꝫ fit ꝙ iuſt⁹ p deuotionē taliter liqſcit: ꝙ omnem duritiā indeuotiōis obſtinatiōis dimittit ⁊ i diuerſas virtutū imagines ſpūs artifex ipm flectit. Et de tali liqfactione indeuotionis ⁊ obſtinatiōis dicit̄ Cant. v. Aia mea liquefacta eſt vt dilectus locut⁹ eſt. Et exodi. xvj. Cū incaluiſſet ſol liquefiebat manna. Tercia eſt liquefactio cōpaſſionis. Nā ſicut roſa poſita in alembico liqſcit ⁊ reſoluitur in fumū: qui tandē in aquam medicinalē hoib⁹ diſtillatur. Sic pius homo ardore miſeriarum alienoꝝ cōpunctus p cōpaſſionē reſoluit̄: et in aquā refrigeratiuā ⁊ lenitiuam beneficioꝝ mutat̄ inqꝫtum alijs benefacit ⁊ ſubuenit vel ſaltem pie cōpaſſionis lachrymis irrigat. Nōne de Joue legit̄ ꝙ mutat⁹ ⁊ liqfact⁹ ē i pluuiā aureā vt danē ipregnaret. Quia vere viri pij p cōpaſſionē reſoluūt̄ et liqſcūt in aureas pluuias. id ē in beneficia ⁊ elemoſynas: vel etiā in pias lachrymas: vt ſcꝫ paupes impregnāt et a ſterilitate paupꝫtatis releuant. dū eoꝝ ſupplent miſerias. Nonne aurum ⁊ in aureā pluuiā liquefact⁹ ē beatus Nicolaus: quādo aurū pro puellis q̄ pſtituende fuerant diſtribuit. ⁊ ſuis ipas būficijs impgnauit. Bene ergo dī de hoibus pijs ſpiritualiter illō Eſa. j. Celi ſicut fum⁹ liqueſcent. Iſta ē igit̄ liqfactio iuſtoꝝ. Scdo dico ꝙ iuenit̄ liqfactio maloꝝ vel iniqꝝ. Iſti eī liqſiūt ⁊ reſoluūt̄. ⁊ penit⁹ vani ⁊ iſtabiles efficiūt̄. ⁊ oēm ſoliditatē ⁊ pſtātiā pdere cōprobāt̄ qn̄ calore ⁊ feruore maloꝝ deſideriorꝫ tāgūt̄. Et ſic dico ꝙ ē liqfactio

Mali feruoris. Vani timoris. Diri doloris.

De malo feruore dicit̄ Ezech. xxiiij. Et illa olla p quam intelligit̄ voluntas ⁊ affectio peccatoris. Pone inquit eā ſuper prunas vacuā: ⁊ icaleſcat os eius ⁊ liquefiat. De vano timore quo ſcꝫ liqueſiunt corda ita ꝙ qnqꝫ perdunt omnē ſoliditatē virtutis dicit̄ Joſue. vij. Pertimuit cor populi: ad inſtar aque liquefactum eſt. De dolore diro ſeu de terrore duro. quo ſcꝫ in iudicio damnati liqueſcent dicit̄ Judith. xvj. Montes a fundamētis mouebunt̄ cum aquis: ⁊ petre ſicut cera liqueſcent. Iſta eſt ergo liquefactio maloꝝ Sed tercio dico ꝙ inuenit̄ liquefactio cunctoꝝ ſcꝫ elemētorum. Et iſtud oſtendet̄ in iudicio quādo ſcꝫ tota rex machina diſſoluet̄. et tandem in melius repabit̄ et reuertet̄. ps. Liquefacta eſt terra ⁊ oēs qui habitāt in ea ego confirmaui columnas eius. ſufficit. vide vbi diſſoluere et vbi ſoluere ⁊c.

## Litigare. Litigioſus.

Cum lis ſit contētio. Diſſenſio. Cōtrarietas ⁊ Diſcordia pro eodē ſupponant. Poſſum notare ꝙ litigium ſemp ſignat in malo. ⁊ ideo p viribus fugiendū eſt. Si em̄ lapides domus inter ſe litigarēt: diſſilirent et diſcreparent. nunqꝫ vnam domum conſtituerent: ſꝫ ipſam potius diſſiparet. Sic vere inter nos lites et cōtentiones: bella ꝙ ⁊ ſeditiones facimus: et cordibus ⁊ actibus ab inuicem diſſentiuus. nunqꝫ domū dei que eſt eccleſia ſtabilimus. ſꝫ eam potius diſſipam⁹. Et quia in cōcordia res creſcunt. in diſcordia vero pereunt et decreſcūt. ideo bn̄ dicit̄. ij. Thimo. ij. Seruū dn̄i non oportet litigare. Et bene dixit ſeruū dei. quia reuera illi q̄ peculialiter ſeruiūt deo ſicut ſunt religioſi et clerici. debent eſſe modeſti nō litigioſi quia cum ipſe de⁹ ſit de⁹ pacis: nō decet ꝙ habeat ſeruos litis. Thim. iij. Mone illos non litigioſos eſſe ſed modeſtos oſtendentes omnem manſuetudinē ad omnes hoies. Quod tamen eſt cōtra multos qui ſcꝫ in rixis ⁊ litibus diſſenſionib⁹ ⁊ cōtrouerſijs delectant̄. Similes illis locis qui dicūtur ſirtes: que ſunt loca arenoſa in affrica ita bullientia: ⁊ ad modum aque fluctuātia: ꝙ modico flatu vēti ab iteriori prorūpēte de loco ad locū ſe mouent ⁊ inter ſe confligūt: ita ꝙ nullus p eos tute tranſit. Sic multi flatu dyabolice inſpirationis ⁊ temptatiōis taliter agitant̄: et litibus ⁊ diſcordijs cōcitant̄: ꝙ omnes alij p eos conturbant̄. Ipſos em̄ monēt vt litigent. Quidā ergo ad litem et diſcordiam mouētur ex peruerſitate mētali. Prouer. xvj. Homo pꝫuerſus ſuſcitat litem. Item alij ex cupiditate reali vel temporali. Jaco. iiij. Unde inquit lites ⁊ bella inter vos: nōne ex ↄcupiſcentijs veſtris: Sequitur litigatis et belligeratis ⁊ nō accipitis: ⁊ tamen. j. Thim. iij. dicit̄. ꝙ epiſcopū oportet eſſe nō litigioſum: nō cupidum. Item alij ex fatuitate verbali. Et iſtud eſt quādo hoies faciūt fatuas queſtiones que tamē terminant̄ in lites et diſſenſiones. Job. vj. Litigabāt ergo iudei adinuicē dicētes. Quomodo pōt hic carnē ſuam nobis dare ad manducādū ⁊c. Et ideo bene pcipit̄. ij. Thi. ij. Stultas et ſine diſciplina queſtiōes deuita. ſciens quoniā generant lites. Item alij ex carnalitate locali. De quo Prouerbi. xxj. Melius eſt ſedere in angulo domatis ꝙ̄ cū muliere litigioſa. Quia ſicut dicit̄ Prouer. xxvij. Tecta iugiter perſtillātia in die frigoris ⁊ litigioſa mulier cōparant̄. Non proſequor vlteri⁹: qꝛ de Diſcordia dictum eſt in multis locis. Uide vbi Contra. ⁊ Contradicere.

## Littus. Littoris.

Nota ꝙ littus eſt terminus aque: et maxime fluminis ſeu maris illa ſcꝫ terra que imediate aque iungit̄. et p quā mare vel fluui⁹ terminat̄. Eſt igitur litt⁹ terra ſicca p longū mari vł fluminis porrecta: arenis vt cōiter plena aqꝫ fluctib⁹ verberata: et ipſius humorib⁹ irrigata: portub⁹ et ſecuritatibus magis apta et pro illis qui de maris fluctibus euadunt magis ydonea et ſecura. Eſt igitur littus Locus

Pulcrior ad ſpaciandum. Tutior ad habitandum. Utilior ad piſcandum. Et ad maris impet⁹ terminandum.

Sic igi dicā ꝙ p litt⁹ pt intelligi in bono ſignificato ⁊ i malo. ſ. Status

Pure perfectionis. Sequētis turbatiōis. Ingētis ſaluatiōis. Mūdane corruptiōis.

Primo igitur dico ꝙ litt⁹ ſignat virtutū perfectionē. Uirtus em̄ ⁊ perfectio moꝝ: vel etiā ſtat⁹ virtuoſus ⁊ pfectus ſicut ſcꝫ debet eſſe eccleſie et religionis ſtatus ſeu locus: fluctus maris. id eſt amaras temptationes et fluctuoſas tribulationes: aqꝫ etiam dulces. id eſt mundi delectationes. ſiſtit et terminat et nec terram anime obruant vicijs et ſubmergant: acriter repudiat et refrenat. Habet em̄ in ſe iſtud littus arenas penitentie et aſperitatis ſterilitatem: facilitatem indigentie et abſtinentie ſeu voluntarie paupertatis: amenitatē ſeu puritatem cōtinentie et caſtitatis: et ſecuritatē confidentie et diuine grē et vitatis: fertilitatē ſeu opulētiā oīs ſpūal' vtilitatis. Ibi em̄ piſcatur et acquirit homo quicquid eſt neceſſarium ad ſalutem. Ibi ditatur moribus et virtutib⁹. Ibi eſt in portu: ⁊ gaudet a mundi fluctibus euaſiſſe. Ibi eſt in ſpacio et gaudet ad ſolatium exiuiſſe. Gene. xlix. Zabulon in littore maris habitabit: et i ſtatiōe nauiū. Et Judicū. v. Aſſer habitabit in littore maris et in portubus morabitur. Signat ergo littus virtutū perfectionē. Secundo dico ꝙ ſignat ſequentem turbationē mortis et iudicij. Iſta em̄ ſunt que terminant maris fluctus. id eſt huius vite et huiꝰ mundi fluctuoſos impetus et proceſſus. Iſta ſunt ad quē oportet omnes naues. id eſt omnes mortales applicari. quoſdam vero ad inferni ſcopulos ſe caſſare. In iſto enim littore. ſcilicet in iudicio vel in morte expectant ange-

li boni:vt naues mercibꝰ plenas.i.aīas opolētas virtutibus
tanꝗ̄ mercatores recipiāt.Etiā expectant angeli mali ve-
lut in ſcopulo:vt fractas ⁊ dānatas naues ſeu animas di-
ripiāt.Nonne de angelis ſcribiť Math.xiij.Q̄ꝫ ſagenam
plenā piſcibus educētes:et ſecꝰ littus ſedētes:elegerunt bo
nos in vaſa ſua.malas aūt foras miſerūt.Quia reuera bo
ni piſces.id eſt ſancti hoīes cum ad littus mortis vel iudi-
cij veniūt ab angelis eligūtur:mali vero ab eis reprobanť.
Signat ergo littꝰ ſequētem turbationē. Tercio dico ꝙ ſi
gnat ingētem ſaluationē.ſ.ſtatū glie ꝑadiſi vbi ſcꝫ poſt flu-
ctus mortalitatis homo ſtat in littore:hoc ē dictu:in ſtabili
et ſecuro loco.Exemplo xp̄i.Qui poſt reſurrectionem legi
tur ſtetiſſe in littore.Joh.xxj.Stetit ieſus in littore maris.
Quarto ſignat ſeculi correctionē.Littora em̄ ſunt ptes ille
terre q̄ maris fluctibꝰ verberātur:⁊ que piratis amplïꝰ ex-
ponūtur:⁊ que facilius aquaꝝ alluuionibꝰ ſubmerguntť:⁊
que etiā lacis ⁊ paludibus aquaꝝ plus fedanť.et que inſu
per herbis inutilibꝰ vt cōiter fecundanť.Sic vere mundꝰ
ſeu mūdi ſtatus tribulationibꝰ ſubiacet:motibus fluctuo-
ſis et pirataꝝ.id eſt demonū rapinis et temptatiōibus lu-
ctuoſis.lacuoſis aqnis ⁊ paludibus.id ē delectatiōibꝰ vici
oſis:⁊ malis herbis:id eſt hoībus inuirtuoſis abūdat. Be
ne ergo diciť Math.xiij.Q̄ꝫ ieſus aſcēdit in nauiculam et
turba ſtabat in littore.Et Ezech.xlvij.diciť ꝙ aque q̄ ſunt
in littoribꝰ ſeu in paludibꝰ torrētis nō ſaluabunť:quia ī ſa
liuas dabūtur.Ad denotannū ꝙ littora huiꝰ mūdi nō ſunt
loca ſana ad habitādū.immo certe ſalſa ſunt et amara ſan
ctis hoībus ad guſtandum.In ſaliuas inquit dabūtur.Et
ideo boni in nauiculā eccleſie vel religionis cū chriſto ſolēt
aſcendere.Turba vero:hoc eſt dictu mali in iſto mundo ⁊
negociorum mūdanoꝝ littore ſolent ꝑſiſtere.Et breuiter d̄
malis dicicitur Joſue.ix.ꝙ illi qui verſanť in montanis et
cōpeſtribꝰ et in littore maris.cōgregati ſunt pariter vt pu-
gnarēt cōtra Joſue.id eſt contra chriſtum.Sicut em̄ diciť
Joſue.xj.Egreſſus eſt populus multus nimis ſicut arena
que ē in littore maris ⁊c̄.Uide ſupra de arena in littera H
Patet igiť ꝙ per littus pōt itelligi mūdus ⁊ ipſius grauis
iniquitas:ꝑadiſus et ipīus tuta ſecuritas:mors iudicium
vel infernus ⁊ ipſius dura penalitas perfectionis ſtatus ⁊
ipſius ſancta felicitas ⁊c̄.Sufficit. Uide infra vbi mare ⁊c̄

## Littera. Littere.

Cum littere ſint quedaꝫ figuraꝝ elementa ad vo
luntatem inſtituētis facta:ad notificādū vota hoīm abſen
tium vel tacentiū inſtituta.Poſſumꝰ notare ꝙ maxima fu
it neceſſitas litteras inuenire.Et ideo creta inſula pre alijs
debet in hac pte a mortalibus honorari que ſm̄ Iſidoꝝ ⁊
Solinū primo litteras aureas dedit:q̄ꝫꝗ̄ Plinius videba
tur velle ꝙ vſus litteraꝝ fuit eternus. A principio em̄ va-
rie nationes ſibi ad exprimenduꝫ conceptus ſuos abſenti
bus et futuris litteras inuenerūt q̄bꝰ ſcribētes hyſtorias ⁊
ſciētias ꝑ eos adinuētas ipās ad poſteros tranſmiſerunt.
Quis ei modo aliquid de factis antiquoꝝ ſciret:niſi illa ſa
gax antiquitas litteris demādaſſet:Igiť inq̄tum audiuiſ
ſe potui certe ſunt hodie prouicie que vtuntur ſpecialibus
litteris in ſcribendo.Europa quaſi per totum vtitur litte-
ris ltīs.Affrica arabicis.Aſya vero minor et illiricuꝫ ⁊ mace
donia ⁊ tracia litteris vtitur grecis.Aſya autem magna ⁊
aſya ꝑfunda litteris ſm̄ varias ꝓuincias vtitur:chaldeis
perſis armenis vzguris ⁊ cumanis.Tamen obmiſſis iſtis
ad moralia redeamus ⁊ de inuentionibus litterarum tacē
tes:de litteris inquantū inſtructionem faciunt ad virtutes
aliquid diſſeramus. Dicam ergo ꝙ nos inuenimus Lr̄as

Admirādas. Littere admirāde ſunt in rerum natura
Meditādas. Littere meditande ſunt in vita futura.
Penetrādas. Littere penetrande ſunt fere in lectura.
Perſcrutādas. Littere perſcrutāde ſunt ī ſacra ſcp̄tura
Refutandas. Littere refutande ſunt vana textura.

Primo ergo dico ꝙ ſunt quedam littere veritatem oſten-
dentes naturaliter:et iſte ſunt deus et creature. Deus em̄
in mente ſua habet ſcriptas omnes veritates et quicquid
eſt preteritum ⁊ futuꝝ. Sed quia iſte littere ſunt ſubtiles:
ita ꝙ ſoli beati et angeli legere poſſunt illas:ideo nobis tā-
q̄ꝫ pueris fecit vnuꝫ alphabetū cū litteris valde groſſis:vi
delicet creaturas.q̄ ſcꝫ nobis oſtendunt et predicant ma-
gnificentiā creatoris:et etiaꝫ veritates rerum multiplices
futuraꝝ.Teſte em̄ apoſtolo.Roman.j.Inuiſibilia dei per
ea q̄ facta ſunt intellecta conſpiciunť.Aſtronomi em̄ et ma
thematici qui eaſdem litteras videut in celo ſignis et ſtel-
lis:per quas cognoſcunt quādoq̄ꝫ aliqua tam preterita q̄
futura:etiam res inferiores ſcꝫ ignis:terra:aqūa:aer:volu
cres.animantia ſm̄ voluntatem inſtituentis dei:per iſtas
creaturas tanꝗ̄ per inſtrumentū operātes:multa poſſunt
rerum occulta monſtrare et hominibus varia declarare.
Teſte em̄ ſcriptura ſacra Job:xxxv.Deus docet nos ſuꝑ
iumēta terre et in auibus celi erudit nos.Et inde eſt ꝙ an-
tiqui adinueſtigandū aliquas veritates:per creaturas in-
q̄ꝫtum ſcꝫ ipſe creature poſſunt eſſe ipſius dei quantuꝫ ad
hoc inſtrumentū aliquas ſcientias condiderūt.quibus me
diantibꝰ per creaturas in creatoris mirabilia peruenerūt.
et cognitionē eorum obtinuerunt.et ſic fecerunt Aſtrono-
miam q̄tum ad celum.Piromantiam q̄ꝫtum ad ignē.Ae-
rimantiam q̄tum ad aerem.Ydromantiam q̄ꝫtum ad aq̄ꝫ
Geomantiam q̄ꝫtum ad terram.Augurimantiā q̄tum ad
aues.Speculantiam et extimantiaꝫ q̄ꝫtum ad pecudas:q̄
ſcꝫ q̄ꝫꝗ̄ per male vtentes vel intelligentes ſunt modernis
temporibus deprauate.in principio tamen ad inquirendū
veritatem a deo per creaturas tanꝗ̄ in quibuſdam natu-
ralibus litteris fuerunt deo annuente ſapiētibus reuelate
vel a ſapientibus inuēte.De iſtis tamen omnibus taceo.⁊
hoc ſolum dico ꝙ creature ſunt vel dici poſſunt quedam
littere veritatem naturaliter oſtendentes. Et ideo admira
tiue dicitur Eſa.xxix.Dabitur liber ſcienti litteras et dicet
neſcio legere.ſignatus eſt ei.Et ſic pauce ſunt.qui iſtas lit-
teras ſciant legere.quia ſcilicet non ſunt ſcripte nec grece
nec hebraice nec latine.Tutius eſt ergo lecturam iſtarū ſo
li deo relinquere vel tempꝰ poſt mortē quo nobis patebūt
omnia expectare.q̄ꝫ in pn̄ti circa talia diuagari.Heſter.iij.
Littere ſignate ſunt anulo regis.Sunt iſte littere ergo ve-
ritatē naturaliter oſtendētes.ideo admirāde. Secundo
dico ꝙ ſunt quedā littere futura cōiecturaliter p̄ſumentes
et iō meditāde.Iſte āt ſunt pti vīdicatorie pti remunerato
rie.Uidicatorie ſunt q̄ nūciant imo mādāt patrādi ſuppli
cij ſtrenuitatē.Sicut fuerūt littere ille quaꝝ fit mentio.iiij.
Reg.x.vbi diciť.Reſcripſit iehu litteras ſyrie optimatibꝰ
vt tollerēt capita filiorum Achab.Cuius mandati terribi-
lis auctoritas quē non facit pauiduꝫ:quem nō facit cogita
bundū.ne ꝓpter regis iehu.id eſt chriſti offenſam.capitale
tormentū.id eſt mortem et damnationē ꝑpetuam forte ſit
accepturus.cōtinue litteras iſtas quaſi oculis obiectas cō
tueať.legat et mediteť.et damno auiſatꝰ alieno ꝓprie ſtu
deat ſaluti.Remuneratorie vero ſunt q̄ liberalitatē ⁊ mu-
nificentiā erga vnum habitam p̄ferētes.oīm eorū animos
quibus leguntť vel referunť alliciunt.vt et ipſi mittētis cu-
piētes aſſequi fauorem.et munerū vtilitatem et honorem.
diligenter.ſollicite.et preter intercapedinem meditantur.
vt operentur que illi placida ſuſpicātur et grata. Eſt enim
veriſimile vt qui in vnum fuerit ſeuicie vel gratie modus
et ratio.par ſit etiam in alios.preſertim cū a iuſto animo:a
iuſto iudicio.et a iuſta cauſa procedat:ſicut ſaluatoris no-
ſtri in bonos et malos recte mercedis diſtributio.Qui red
dit vnicuiq̄ꝫ iuxta opa ſua. Apocalipſis.xxij. Igitur ſicut
iſte litteris vindicatorijs quoſdā dampnabit.Sic quoſdam
litteris remuneratorijs ſaluabit. De quibus diciť quarto
Reguꝫ.xx.Miſit Marodath litteras et munera Ezechie.
Sic dictū ē de litteris q̄ ſunt coniecturaliter imo certitudi
naliter futura preſumētes Tercio dico ꝙ ſunt quedam
litterere veritatatem ſenſibiliter abſcondentes. et ideo pe-
netrande.Iſte autem ſunt littere legis antique et etiam lit
tere hyſtorice.ſub quaruꝫ ſcilicet cortice ſenſus diuine intel
ligētie continetur.ita ꝙ aliud ſignant interius. licet exteriꝰ
aliud dicere videanť.Nam ſicut in cera cōtinetur mel qđ
inde tandem eliquať et exprimitur.ſic in littera continetur
ſenſus qui ꝑ rectum intellectum.per expoſitionem cōgru-
am exinde educitur et habetur.Iſta enim littera ē occidēs
et littera vetuſta.quia ſcꝫ qui ipſam q̄ꝫtum ad exteriorem
apparentiam ſequitur:ꝑ infidelitatem occiditur et ī vicijs
antiquatur.Spūs igiť.id eſt ſpiritalis ſenſus q̄rendus eſt
litteralis vero penitus dimittēdus.ij.Corinh.iij.Deus in

quit qui nos miniſtros fecit idoneos noui teſtamēti nō litera ſʒ ſpū. Littera eñi occidit: ſpirit⁹ autem viuificat. Unde Aug. lib. cōtra aduerſarios legis ꝓphetarū dicit. ꝙ lex ⁊ ꝓhibitio creſcit ⁊ deſideriū augmētat peccādi qđ non extinguit niſi ex cōtrario deſiderio recte faciēdi ꝑ delectationē fides opetur: hoc aūt non pſtat lr̄a iubens ſed ſpūs viuēs. Igitur charīſſimi iuxta doctrinā apl̄i Rom. vij. Nūc ſoluti ſum⁹ a lege mortis in q̄ detinebamur ita vt ſeruiamus nō in vetuſtate littere ſicut faciūt iudei ſed in nouitate ſpiritus ſicut faciūt viri ſancti. Iſte ſunt ergo lr̄e veritatē interaliter abſcōdentes: ⁊ ideo penetrāde. Quarto dico ꝙ inueniunt lr̄e vitatē lucidiſſime declarātes. Et iō ꝑſcrutāde. Et iſte ꝓcerto ſunt littere legis noue et ſcripture ſacre: que ſʒ oſtendūt fidei veritatē. Deus eñi iſtas lr̄as in ſuo ſecreto ſtudio ſʒ in mēte ꝓpria ⁊ in paradiſo ſcripſit: et eas ꝑ nūcios ſuos. ſ. per ꝓphetas hoībus miſit: ⁊ noticiā ſui volūtateq; ſuam ꝑ iſtas litteras hoī intimauit. Uerum q2 non bene intelligebātur: miſit finaliter filiū benedictū tanq̄ doctorem iuſticie: qui iſtas litteras ⁊ eoꝝ veritatē ꝑ nouū teſtamentū mōſtrauit. Item iſte attulit nouas epl̄as quib⁹ veteres ⁊ antique littere. ſ. littere legis moſayce ſunt correcte ſicut dicitur Heſter. viij. Sicut eñi in cypro ⁊ in egypto littere mittūtur ꝑ colūbas que ſʒ ad locū natiuitatis ſue volant ⁊ lr̄as ſecum tollunt. Sic vere deus ꝑ xp̄m ⁊ ꝓphetas ⁊ doctores qui ſʒ fuerūt prudētes ſicut ſerpētes ⁊ ſimplices ſicut columbe. litteras iſtas nobis miſit ⁊ nos ꝑ ipſas ī fide moribus ⁊ ſciētijs erudiuit. Nonne Aug. Hiero. Ambro. Grego. Orige. et alij fuerūt columbe plene litteris diuinis ⁊c. ita ꝙ cuilibet tali poteſt dici illud. ij. Thim. iij. Ab infantia ſacras litteras noſci que te poſſunt iſtruere ad ſalutem ꝑ fidē que eſt in xp̄o ieſu. Sed quid? reuera ſicut columbe tales ꝓpter huiuſmodi litteras q̄nq; ſagittantur ab hoſtibus. Sic vere ꝓpter litteras ſcripture diuine et ſciētie theologice q̄nq; ſagittant̄ et impetūtur theologi ab hereticis et ſeductorib⁹. et etiā hodie a ſcientiaꝝ mūdanarū profeſſorib⁹. Multi eī ſunt hodie legiſte ⁊ canoniſte qui tales lr̄atos vilipēdunt. ⁊ eos ſagittis detractionū ⁊ pūctionū inuadunt. In quorū ꝑſona loquit̄ Augu. li. ix. cōfeſſionū. ⁊ libro. xiij. cōfeſſionū. dicēs. Fuerā inquit peſſimus latrator amarus et cecus aduerſus lr̄as de melle celi mellitas. ⁊ lumine tuo luminoſas. Et certe bene amarus et cecus. quia certe tales bene ſunt ceci q̄ lr̄as. ſ. hūanas et per homines adinuētas diuinis ꝑponūt. ⁊ qui ipſarum ꝓfeſſores cōtemnūt. ſe vero alijs anteponūt. Cū tamen dicat Hieronimu⁹ ꝙ neſcit lr̄as qui ſacras ignorat. Et Seneca dicit. ꝙ ociū ſine lr̄is mors eſt ⁊ viui hoīs ſepultura. Ideo ꝓſper de vita cōtemplatiua. li. iij. dicit ſic. Uite contēplatiue ſectator ad cor illuminandū conditorē accedat contēplando ⁊c. Sequitur. Litteraꝝ diuinarū ſacris meditatiōib⁹ vacet: in eis diuinit⁹ illuminat⁹ ſe oblectet: ibi ſe totū velut ī ſpeculi q̄dā refulgēte conſideret. quod in ſe deuiū dep̄hendit corrigat. quod deforme deponat. qđ pulcrū excolat. quod ſanū ſeruet. quod infirmū aſſidua correctione corroboret. dn̄i ſui p̄cepta infatigabiliter legat. efficaciter impleat ⁊ quid ſibi cauendum. quid delectandū ſit. ex eis ſufficiēter inſtruct⁹ agnoſcat. hec Proſper vbi ſupra. Iſta tamē prochdolor ſunt contra multos theologie ⁊ litterarum diuinaꝝ ſectatores. qui ſʒ optime ſciūt dicere et legere. optime diſputare et eligere. nihil tamē volūt operari ſeu facere: ſed quod horrendum eſt magis q̄ alij ſe ſolēt cūctis vicioꝝ illecebris dedere. et etiā cōtra illa que quotidie dicūt et legunt in vicijs ſe inuoluere. ⁊ ſe criminib⁹ irretire. Nonne ergo iſti ſunt qui lr̄as dānatiōis ⁊ ſententie ſue ſecum ferūt. In curia eī Romana falſarij in ſcala et in patibulo coraꝫ oībus ad confuſionē maiorē exponūtur. Littere vero quas falſificauerunt ad collū eoꝝ ſuſpendunt̄ in teſtimoniū. ſ. contra ipos: q2. ſ. iſte ſunt lr̄e falſe ꝓpter quas ad ſuppliciū cōdēnant̄. Et reuera tales ſunt iſti qui. ſ. ſecū portāt lr̄as mortis ſue. que. ſ. teſtimoniū ꝑhibent contra ipos. inq̄ztū ſʒ in litteris ſcripture diuine quas deformāt. pene ſuis criminib⁹ debite ſunt ſtatute. ⁊ inq̄ztū lr̄e ſacre ſcp̄ture quas ſciūt ⁊ deferūt illos cōdēnādos ⁊ puniēdos diſcernūt. Figurati videlicet ī vno milite dauid q̄ lr̄as mortꝭ ſue ſecū tulit. ⁊ ignorās q̄d portabat ꝓpter lr̄as mortē incurrit. ſicut dicit̄. ij. Reg. xj. Quia ꝓcerto tales lr̄as mortis ſue deferūt inq̄ztū ſacrā ſcripturā ſciūt. ⁊ tn̄ que ſcriptura docet nō faciūt. ſicut eñi dicit̄ Lu. xij. Seru⁹ ſciēs volūtatē dn̄i ſui ⁊ nō faciens plagis vapulabit multis. Iſta eſt ergo lr̄a que occidit. ſpūs autē viuificat ⁊c. ij. Coꝝ. iij. Unde illud Aug. dicētis. ſimplices ⁊ ydiote rapiūt celos. ⁊ nos cuꝫ noſtris lr̄is mergimur in ꝓfundum. Non ſic ergo. ſed habeam⁹ veras litteras ⁊ non falſas. ⁊ faciamus illa que nobiſcū ſcripta deferimus ꝑ bona opa ⁊ nō contrariuꝫ faciam⁹. Eccl̄ia eñi catholica eſt illa q̄ ſola lr̄is veris vtit̄. ⁊ in quib⁹ vera fides et vera ſciētia reperit̄. Figurata Iudicū. j. in illa ciuitate que dicit̄ cariathſepher que interp̄tat̄ ciuitas litterarū. Uer et p̄lati et viri eccl̄i figurāt̄ in appolline. i. in ſole. q̄ ſm aſtronomos vocatur dn̄s litteraꝝ. eo. ſ. ꝙ ad litteras et ſciētias abilitat et diſponit. Et inde eſt ſm fulgentiū in michologia ſua. ꝙ effigies appollinis pingebat̄ lr̄is exarata. ad denotandū ꝙ quicūq; eccleſiaſtic⁹ et maxime p̄latus. qui ſʒ veri appollinis ſeu ſolis iuſticie xp̄i debet eſſe effigies et ymago. debet litteris exarari ⁊ ſcribi. inq̄ztū. ſ. ſcientia lr̄aꝝ diuinarū debet ꝓtrahi et ſacra theologia erudiri. j. Parali. xxvij. Ionathan patru⁹ dauid prudēs erat et litterat⁹. Sicut apl̄us erat dicens Gal. vj. Dum tempus habem⁹ opemur bonum ad oēs maxime ad domeſticos fidei. Uidete quib⁹ lr̄is ſcripſi vobis. q̄ tamē ſunt hodie cōtra multos eccleſiaſticos et p̄latos. q̄ ſʒ ſunt hodie non lr̄ati. ſed ignari. Un̄ Eſa. xxxiij. vbi eſt litterat⁹? vbi legis verba pōderans? vbi doctor paruuloꝝ? q. d. nullus eſt vel pauci. quia ſʒ mirū eſſet ſi ſcirēt litteras ſacras cū nō didicerint. Ioh. vij. Quō litteras ſcit cum nō didicerit. Quia reuera de multis pōt dici illud qđ ſcribit̄ Actu. iiij. ꝙ ſʒ ipſi ſunt hoīes ſine lr̄is ⁊ ydiote. Patet igit̄ ꝙ inueniūtur littere veritatē lucidiſſime declarantes. Quito dico ꝙ inueniūt̄ lr̄e obſcuriſſime ſuffocātes Et ideo refutande. Et iſte ꝓcerto ſignificare pn̄t ſcientias mūdiales que ſʒ nihil h̄n̄t ita certum quin poſſit obiectiōibus obumbrari. vel etiā ſcientias magicas aut ſupuacuas et ineptas que nihil habēt clarū aut certum: ſed totū ſupuacuū et ineptū. ſed de talibus lr̄is nihil ad preſens. Sufficit ⁊c. Uide vbi liber. Scriptura. Docere. Sciētia. Studium. Legere et cetera ſimilia.

**Liuor.** Nota ꝙ color blauus. liuid⁹. vel ſubniger ſignificāt quaſi idem. Liuor etiā ꝓprie dicitur quādo cutis et caro ꝑcutit̄. ⁊ in ſubnigrū colorē et ſqualorem vertit̄. ita ꝙ ipa cutis nullaten⁹ pforatur. Et in hoc caſu licet cutis ſit integra. intus tamē remanet caro leſa. De qua Eccl̄i. xxviij. Flagelli plaga liuorē facit ⁊c. Igitur dico q̄ generaliter ꝑ liuorē intelligitur tribulatio. ſicut de xp̄o. Eſa. liij. Cuius liuore ſanati ſum⁹. Quādoq; ſimplex correctio vel flagellatio. ſic de ſeruo maliuolo qui nō corrigit̄ plagis dicitur Eccl̄i. xxiij. Or ſeruus interrogat⁹ aſſidue a liuore non minuit̄ ⁊c. Q̄nq; ēro inuidia facit hoīem liuidū atq; triſtē. De q̄ dicebat ille lamech q̄ occiderat adoleſcētē in liuore ſuo. Gen̄. iiij. Occidi viꝝ ī vuln⁹ meū. ⁊ adoleſcētem ī liuorē meū. Quandoq; ficta hypocriſis et conuerſatio: que ſʒ cutē. id eſt exteriorem apparentiam habet ſanā. interiorē vero conſcientiā ſanioſam. De quo Eſaie. j. Uulnus et liuor ⁊ plaga tumēs a plāta pedis vſq; ad verticē non ē in eo ſanitas. De iſtis aūt nihil ampli⁹ q2 pauciſſime ſunt auctates. Uide vbi Inuidia ⁊ ypocriſis ⁊ cetera ſimilia.

**Locuples.** Nota ꝙ locupletare idem ē qđ ditare. Et locuples idē eſt quod diues. Et pōt dici ꝙ in ſcrptura repit̄

Locupletatio tpalis q̄ cito deficit.
Locupletatio virtualis q̄ mētē pficit
Locupletatio eternal' q̄ totū reficit.

De tpali cito deficiente dicit̄ Eccle. xxj. Domus q̄ nimis locuples ē annullabit̄. ⁊ ꝟtuali ⁊ pficiēte dr̄ Sap. viij. Si inq̄t diuitie q̄rūt̄: q̄d ſapia locupletius. Et. ij. Coꝝ. vj. Sic egētes mlt̄os āt locupletātes. ⁊ ſupnali ſeu eternali ſꝑ ꝑficiēte dr̄ Apoc. iij. Suadeo tibi emē auꝝ ꝓbatū ignitū vt locuples fias. Igr̄ de locupletatiōe tpali ſolū dicā ꝙ iſta ē

Filia parcitatis.
Emula vanitatis.
Nebula veritatis.
Aduerſaria voluptat̄.
Temeraria caritat̄.

Or locupletatio ſeu diuitiaꝝ acq̄ſitio ſit filia pcitat̄, pꝫ Eccl̄. xj. vbi dr̄. Eſt q̄ locupletat̄ parce agēdo. Itē ꝙ ſit emula vanitat̄ h̄ ē dictu ꝙ diligat iactātiam et vanitatem patet

Apoc.iij.vbi dicit. Dices inquit ꝙ diues ſum et locuple,
tatus ſum et nulliꝰ egeo:cuꝫ ſis miſer et miſerabilis:⁊ pau
per:et cecus:⁊ nudus. Ité ꝙ ſit nebula veritatis.⁊ ꝙ ſit il,
lud ꝑ qđ nebula ignoꝛātie generat in aīo patet Ecci.xxvij.
Qui querit locupletari auertit oculū. Ité ꝙ ſit inimica vo
luptatis.⁊ ꝙ ſcꝫ voluptas et ſuꝑfluitas ſit illud quod fieri
diuité nō ꝑmttit.patet Ecci.xix.vbi dicit ꝙ oꝑarius ebꝛio,
ſus nō locupletabit. Ité ꝙ ſit temeraria charitatis inq̄ꝫtū
ſcꝫ odia et inimicicias gignit.patet Treñ.j.vbi dicit. ꝙ ini
mici in hieruſalē locupletati ſunt ⁊c̄. Vide de diuitijs i lo,
cis quaſi infinitis ⁊c̄.

**Locus.** Nota ꝙ locus eſt illud in q̄ vnaqueq̄ꝫ res
dicit collocari. Et eſt locꝰ ꝓpꝛius ⁊ impꝛo,
pꝛiꝰ. Locꝰ ꝓpꝛius eſt rei cōſeruatiuꝰ et q̄etatiuus.⁊ ſui mo
tus ⁊ fluxus terminatiuꝰ. In loco em̄ ꝓpꝛio vnaqueq̄ꝫ res q̄
eſcit. Locꝰ impꝛopꝛius ē rei deſtructiuꝰ ⁊ afflictiuus:qꝛ i lo,
co impꝛopꝛio nulla res cōſolidat aut req̄eſcit. Nota ergo
ꝙ duo ſunt genera locoꝝ materialiū.ꝑ que intelligūt duo
genera locoꝝ ſpiritualiū. Sunt em̄ loca bona et loca mala
Loca bona ſunt loca ꝓpꝛia:illa ſcꝫ in quibꝰ mens humana
debet habitare:et in quibꝰ pōt eſſe ſuū ſpūale ſeruare. id ē
appetitꝰ ⁊ motꝰ ꝓpꝛios quietare. Et ꝑ talia loca poſſum in
tellig̃ē oīa q̄ hō dꝫ ſpūaliter freq̄ntare. Sicut ē cōſciētia in
terioꝛ:bona ſocietas exterioꝛ:ꝑadiſus ſuꝑioꝛ.infernꝰ vo in
ferioꝛ. In iſtis em̄ quatuoꝛ locis debent hoīes ſpiritualiter
manere:⁊ ſe ibi coꝛdialiter collocare. Quia.ſ.locꝰ nr̄ dꝫ eſſe

In conſciētia interioꝛi ad ipſius meditationeꝫ.
In ſocietate bona exterioꝛi ad ipiꝰ freq̄ntationē.
In ꝑadiſo ſuꝑioꝛi ad ipius cōtemplationē.
In inferno inferioꝛi ad ipius ꝯſiderationē.

Iſta em̄ ſunt q̄tuoꝛ loca ſpiritualia que ſunt anime cōſeruatiua ⁊ locatiua et fundatiua.

Et pꝛimo quidē eſt locꝰ interioꝛ q̄ eſt depurādus.⁊ iſte ē
locus cōſcientie.qui ꝓcerto debet eſſe locꝰ valde mūdus.
⁊ ideo lachꝛymis cōpunctiōis debet ſepiꝰ eſſe rigatꝰ et lotꝰ
Apes em̄ valde diligūt locū mundū. Et de ſuis aluearibꝰ
ꝓijciūt feces ſuas.nec manent libēter in loco mali odoꝛis.
Sic vere nos debemꝰ habere locū munduꝫ pure cōſciētie.
⁊ exinde feces peccatoꝝ debemus abluere.vt ibi tā nobis
q̄ꝫ deo mundū habitaculū ꝑparemꝰ. Deus em̄ in loco im,
mundo ⁊ fedo nō diligit habitare.p̄s. Deus in loco ſancto
ſuo. In tali em̄ loco debet hō locari. inq̄ꝫtū ſemper debet i
ꝓpꝛia conſciētia meditari. Ps. Ortꝰ ē ſol et cōgregati ſunt
et in cubilibꝰ ſuis collocabunt. Ité dico ꝙ eſt locus ex
terioꝛ q̄ ē frequētandꝰ. Et iſte eſt locꝰ bone ſocietatis. Lo,
cus eccleſie vel religionis vel bone ſocietatis ⁊ ſimiliū. Lo
cus dico ꝓpꝛie religiōis vel eccle. Unde de Jonatha dicit.
j.Mach.x.ꝙ ipſe in arce ſyon collocauit viros qui legē fa
cerēt. Apes em̄ ſeruāt loca ſua ꝓpꝛia.⁊ nunq̄ꝫ inuadūt aut
impetūt aliena.qꝛ ſcꝫ loca in quibꝰ locati ſumꝰ ⁊ vocati. ⁊
gradus ⁊ ſtatꝰ quibus ſumꝰ inſtituti debemꝰ diligere ⁊ te
nere et alioꝝ loca ſtatus aut beneficia nō ambire.iiij.Reg.
xiiij. Contētꝰ eſto gloꝛia tua:⁊ ſede in loco tuo. Locꝰ etiaꝫ
ſocietatꝭ bone ⁊ ꝯgrue.qꝛ ſcꝫ h̄ ē qđ ſumme ꝓficit ad ſciēti
am ⁊ ad moꝛes. Vide alibi de ſocietate. Ideo de quolibet
pōt dici illud.iiij.Reg.iiij. Collocauit eū ſuꝑ lectuluꝫ hoīs
dei. Ité eſt locus ſuꝑioꝛ qui ē affectādus. Et iſte eſt pa,
radiſus. Ibi em̄ ē deus.ꝓpꝛie locus ⁊ ſedes mentis noſtre
quia ſicut ignis ſupius habet locū ſuum ſcꝫ in ſpera ꝓpꝛia
que ſurſum eſt.⁊ ideo ignis qui eſt hic inferis ſicut in loco
extraneo non quieſcit ſ ſurſuꝫ ad locū ſuū ꝓpꝛium ſemꝑ ni
tit eleuari. Sic vere chariſſimi mens humana q̄ ſurſum in
deo habet locū ſuū ratione oꝛiginalis creatiōis.⁊ ſurſuꝫ in
ꝑadiſo ratiōe requietiōis. q̄ tamē hic inferius mole coꝛꝑis
detinet ſemꝑ debet iſtū locū appetere.⁊ ſe ſuꝑius eleuare.
Ecci.j. Ad locū vnde exeunt flumina reuertūt. In tali er,
go loco collocat deus ꝑ cōſiderationeꝫ et affectiōeꝫ hoīes
ſibi deuotos.ipſoſq̄ꝫ facit ꝯtēplatiuos et altos Job.xxxvj.
Reges in ſolio collocat. Et.j.Eſdre.iij. Collocauerūt alta,
re ſuꝑ baſim ſuā. Baſis em̄ noſtra eſt deus ⁊ gloꝛia eterna
vbi ſolū mens hūana quieſcit nunc fide.tandē ſpe:quando
ſcꝫ ſm p̄s. Deus de ſtercoꝛe erigit pauperē.vt collocet euꝫ
cum ꝑncipibꝰ. Iteꝫ eſt locus inferioꝛ q̄ eſt meditādus.
Et iſte eſt locus inferni. Sicut em̄ locus talpaꝝ eſt ſub ter
ra.locus vero piſciū eſt in mari.locus reptiliū eſt inferius
in cauernis. Sic vere chariſſimi locꝰ noſter debet eſſe ꝑ
cōſideratione inferius in terra moꝛtalitatis in cauerna ſe,
pulcri.⁊ in mari amaritudinis ifernalis. Sicut em̄ in locis
inferioꝛibꝰ ⁊ ꝓfundis melius ſeruant bona tempoꝛe eſta,
tis ne coꝛrūpant:et maritime vina debilia. qꝛ talia in eſtate
a coꝛruptiōe nō ſeruarētur.niſi in locis ꝓfundis ⁊ infimis
tenerent. Sic vere in eſtate ꝓſperitatis hoīes imꝑfecti et
debiles a coꝛruptiōe peccati nō pꝛeſeruant: niſi inferius
in ꝓfundo loco moꝛtis et inferni ꝑ conſideratione cōtinue
collocent:vt de talibus poſſit exponi illud Judicū.ij. Aſcē
dit angelus dn̄i de galgalis ad locū flentiū. De dauid etiaꝫ
dicit.j.Reg.xxiij. Qꝛ ipe habitabat in deſerto in locis tutiſ
ſimis. Unde etiā Dauid dicebat in p̄s. Collocauit me i ob
ſcuris ſicut moꝛtuos ſeculi. Et de ſepulcris etiā poteſt dici
illud Oſee.xj. Collocabo eos in domibꝰ ſuis. Iſta ſunt er
go loca ꝓpꝛia.ſalubꝛia et vtilia vbi boni debēt manere et a
locis cōtrarijs reſilire. Sed loca mala ⁊ impꝛopꝛia ſunt
illa q̄ non dant anime requiē vel quietē:ſicut eſt mūdꝰ pec
catuꝫ ⁊ infernus. In iſtis em̄ eſt homo ſicut in loco impꝛo
poꝛcionato:⁊ ideo non inuenit delectationē:ſicut patet de
membꝛo extracto de loco ꝓpꝛio ⁊ ad locū alium trāſpoꝛta,
to:quod nō quieſcit niſi iteꝝ in locum ꝓpꝛiū reuertat. Sic
vere locus huiꝰ mundi ⁊ peccati ſunt loca talia:in quibus
ꝓcerto hō non poteſt quieſcere vel gaudere:ſ magis ſolet
pati triſticiam ⁊ doloꝛē. Ideo bene cōſulitur Ecci.xj. Con
fide in deo ⁊ mane in loco tuo.quaſi diceret. loca viatoꝛia
⁊ vicioſa debes deſerere:⁊ in loco tuto ſicut ſupꝛa dictum
eſt mētaliter vel coꝛꝑaliter remanere. Sicut ei piſcis extra
ctus ab aq̄ vbi ē ꝓpꝛius locꝰ ſuus moꝛit:ſi vero ad aq̄m re
ductꝰ fuerit valde gaudet: dlectat ⁊ viſibilit ꝯſolat. Sic
vero boni ſi aliquo caſu alicuiꝰ temptatiōis extra loca ſua
ꝓpꝛia eijciātur:⁊ ad loca ſicca peccati vel mūdi trahātur:
merito triſtāt ⁊ deſolant. Si vero inde euaſerint.tūc ſum
me ſolēt letari:⁊ in deo q̄ꝫplurimū gloꝛiari. Sic videbatur
gaudere dauid dicēs in p̄s. Non cōcluſiſti me i manu ini,
mici:ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos.q.d. gaudeo qꝛ
loca ꝑiculoſa exiui:⁊ ad loca tuta ⁊ optia me trāſtuli. Ad
uerte ergo ꝙ h̄ q̄tuoꝛ ſunt pꝛincipaliter loca a q̄ꝛuꝫ duobꝰ
ſe gaudet euaſiſſe.⁊ quoꝝ duo ſequebat intra ſe.videlicet.

Locus ſtrictus et ſterilis
Locus durꝰ ⁊ flebilis.
Locus tutus ⁊ vtilis.
Locus latus et fertilis.

Mundꝰ ē locus arte ſterili,
tatis quod oſtēdit cum dici
tur. Cōcluſiſti. Infernus eſt
locus dure penalitatꝭ: quod
oſtenditur cū dicit. In manu inimici. Eccleſia eſt locus tu
te ſecuritatꝭ.qđ oñdit in vbo. Statuiſti. Paradiſus ē locꝰ
latꝰ ⁊ fertil.qđ oñdit cū dꝛ. In loco ſpacioſo pedes.meos

Pꝛimus ē locus peccatoꝝ mundialiū.
Secūdus ē locꝰ damnatoꝝ infernaliū.
Tercius ē locꝰ ꝑfectoꝝ ſpūalium.
Quartus ē locꝰ beatoꝝ ſuꝑnaliū.

Pꝛimo ergo dico ꝙ h̄ oſtē,
ditur locꝰ arte ſterilitatis. Et
iſte ē mūdus qui ē locꝰ ſtrictiſſimꝰ ⁊ artiſſimꝰ et inſatiatꝰ:
intm̄ ꝙ non pōt ſufficere ad ſacietateꝫ vnius coꝛdis.quod
oſtendit cū dicit. Cōcluſiſti. Mūdus ē em̄ ſicut carcer vbi
peccatoꝛes inuicē cōcludūtur ſimiles auibꝰ q̄ cōcluſe i ca,
uea pꝛiſtinā libertatē obliuiſcūtur:⁊ ac ſi nō eſſent conclu,
ſe ibi cantāt ⁊ modulant. Piſcis etiā qui intrauit ſpoꝛtulā
piſcatoꝛis nō ꝑcipit ſe cōcluſuꝫ nec libertate pꝛiuatū q̄ꝫdiu
durat pabulū cuius dulcedine ē ſeu attractus: qn̄ vero de
aqua extrahit.tūc ſe fuiſſe deceptū cognoſcit inq̄ꝫtū poſt re
calcitrat et recedit. Sic vere peccatoꝛes in artiſſimo carce,
re:in ſtrictiſſima cauea:in anguſtiſſima ſpoꝛtula huiꝰ mun
di ſunt cōcluſi. Verūtamē hic inueniūtur pabula diuitiaꝝ
et deliciarum:hinc eſt ꝙ artitudinē ſue habitatiōis nō co,
gnoſcunt.ſed ſe in loco latiſſimo eſſe credūt.⁊ ꝓpter hoc ex
ultāt ⁊ modulātur:libertatē patrie nō meditant:⁊ nullam
aliā eſſe melioꝛē gloꝛiam arbitrātur. Vñ Exodi.xiiij. Coar
tati ſunt in terrā:cōcluſit eos deſertū. In moꝛte tamē quā
do extra aquā mundane ꝓſperitatis ponent:tunc ꝓcerto
clauſos ⁊ captos ſe fuiſſe fatebunt. Concluſit ergo eos de
ſertum. Mundus em̄ dicit deſertū ꝓpter bonoꝝ ſterilita,
tem:dicit concluſio ꝓpter ſpacij modicitatem:quia ſcꝫ mi,
noꝛ ſtella maioꝛ eſt toto mundo id ē tota terra. Et bene di
citur cōcluſio.quia ſcꝫ nos ſumꝰ in hoc mundo concluſi in
ambitu ſpere aeris:ſpere ignis: ſpere etheris:et ſpere celi.

Nos eñ ſumus hic ſicut in centro: ⁊ ideo in loco valde arto ⁊ ſtricto: ⁊ ideo nos debemus aliū locū mentaliter appetere: ⁊ illum locū abhorrere: dicentes Eſa. liiij. ⁊ xlix. Anguſtus eſt mihi hic locus da mihi locum vt inhabitē. Simus igiť ſicut ignis ꝙ inter oīa elementa eſt maxime libere cōditionis: qui in ventre nubis concluſus locum abhorrens frangit ⁊ exit: qđ idem fit de vento incluſo in corde terre: ꝙ locū abhorrens terram frangit ⁊ exiens terre motuꝫ facit. Quia vere nos ꝙ in iſto loco arto videmus nos incluſos ⁊ detentos. debemus locum iſtum naturaliter abhorrere: ⁊ exinde mentaliter fugere ⁊ exire. Unde Eſaie. liiij. Dilata locum tentorij: ⁊ clauos tuos conſolida. Et ſi vis notare ꝙ locus huius mundi fugiendus eſt: quia eſt Locus

Superbie ⁊ elationis.
Auaricie ⁊ ambitionis.
Iniuſticie ⁊ inuaſionis.
Fraudulētie ⁊ deceptionis.
Immūdicie ⁊ infectionis.

Eſt dico locus ſuperborꝫ. Unde Job. xxiiij. Dedit ei dominꝰ locū penitētie: ⁊ ipē eo abutiť in ſupbia. Eſt etiam locꝰ auaroꝝ. Unde iſte eſt ſicut mons ethna: vbi cōtinue flamat ignis: quia. ſ. in loco huiꝰ mūdi ignis auaricie ſemp feruet. Uñ Job. xxviij. Terra de qua oriebať panis in loco ſuo igni ſubuerſa eſt. Et inſup locus iniuſtoꝝ. quia ſcilicet ſicut in mari maior piſcis comedit ⁊ deuorat minorem. ſic in mūdo Abacuc. j. Facies hominis ſicut piſces maris. Quod figurať in ſomno pharaonis qui vidit ſeptem pingues boues ꝙ paſcebātur in locis paluſtribus. Item vidit alios ſeptē valde macres ꝙ paſcebanť in ripa fluminis in locis virētibus. Macres vero boues: pingues ⁊ pulcras deuorauerūt ⁊ eorū pulcritudinem conſumpſerūt. Quia vere iſtud eſt regulare ꝙ in locis paluſtribꝰ ⁊ virentibꝰ. id eſt. in mūdi pſperitatibꝰ ꝙ macres deuorant pingues. balliui pauperes deuorāt ruſticos diuites: mali comedūt bonos: impij deuorāt innocētes. Unde đ iſto loco diciť Job. xviij. Hec ſunt ergo tabernacula iniqui: iſte locus eius qui ignorat deum. Eſt etiam mūdus iſte locus deceptorū. Uñ Joſue. viij. Perrexerūt ad locū inſidiarū. Et eſt nihilominꝰ locus immūdoꝝ. Uñ in pš. Inuenit eñ in terra deſerta: in loco horroris ⁊ vaſte ſolitudinis. Ubi aduerte ꝙ mundus eſt locus Aſpere penalitatis: quia terra deſerta. Immūde fecūditatis: quia locus horroris. Immenſe a vacuitatis: vaſte inqt ſolitudinis. Iſte aūt eſt locus tribulatiuꝰ: quia terra deſerta. id ē. aſpera ⁊ inculta Marci. vj. Deſertus eſt locus hic. Hominuꝫ maculatiuus: quia locus horroris Dañ. xj. Stabit in loco eius viliſſimus: nulliꝰ ſatiatiuꝰ. Quia locus vaſte ſolitudinis Apoc. xij. In ſolitudine habebat locum paratū. Patꝫ igitur ꝙ hic oſtendiť aliquid de loco artiſſime ſterilitatis. Ideo inquit. Concluſiſti. q. d. quid eſt locus vbi homines ſtricte concluduntur.

Secūdo dico ꝙ eſt quidam locus duriſſime penalitatis. Et hoc oſtendiť cum diciť. In manus inimici. In inferno eñ ſunt damnati in manu inimicoꝝ ſcilicet demonū: qđ eſt eis maximū tormentū atqꝫ pena. Juxta illud Hiere. v. Seruietis dijs alienis ꝙ non dabunt vobis requiē die ac nocte. Et Hiere. xvij. diciť. Seruire te faciaꝫ inimicis tuis. De iſto aūt loco vide ſupra vbi Adducere. in illa auctoritate diuiſa. Adduxiſti nos ī locū iſtū peſſimū ⁊c. Et nota ꝙ infernꝰ diciť locus: q2. ſ. ibi damnati locāť ⁊ ſtabiliť ſituanť. Uñ poſſumꝰ notare ꝙ iſte ē. ſ.

Locus timoris ineſtimabilis.
Locus erroris ineuitabilis.
Locus tenoris ineuaſibilis.
Locus doloris immitigabilis.
Locus laboris indefectibilis.
Locus ardoris inextinguibilis.

Ibi eſt locus timoris: vbi damnati poſſunt dicere illud Job. xxxvij. Super hoc expauit cor meū: ⁊ motū eſt de loco ſuo. Item ibi eſt locus erroris Job. xxxviij. Tenebrarū ꝙs locus eſt? Item ibi eſt locus tenoris: quia ſcꝫ illi qui ſunt ibi inuaſibiliter teneňť. Unde Eccs. xj. Lignū in quocunqꝫ loco ceciderit: ibi erit. Et Job. xlj. Ad locum alium non feruňť. Iſte eſt locꝰ doloris: ⁊ ideo ſicut piſces non libēter vadunt ad locū vbi vident alios fuiſſe occiſos: ⁊ vbi ſentiūt ſanguinem occiſoꝝ. Sicut nec nos debemꝰ trahere verſus infernuꝫ vbi oēs malos fuiſſe videmꝰ occiſos ⁊ damnatos. Ideo mandabat diues epulo fratribꝰ ſuis ne ⁊ ipſi veniant in hunc locum tormentoꝝ. ſicut diciť Luce. xvj. cap. Item eſt locus laboris. Unde de demonio diciť Matth. xij. Qꝫ ambulabat per loca arida ⁊ inaquoſa querens requiē ⁊ non inuēnit. Item eſt locus ardoris: quia ſicut dicitur Ezech. xliij. Combures eos in loco ſeparato domus. Patet ergo ꝙ eſt quidam locus duriſſime penalitatis. In manus inquit inimicorum.

Tertio dico ꝙ eſt quidam locus tutiſſime ſecuritatis. Et iſtud oſtenditur cuꝫ diciť. Statuiſti. id eſt. tute ſtabiliſti. Statuitio enim ſignat ſtabilitatem ⁊ ſecuritatem. Et iſte procerto locus nihil aliud eſt ꝙꝫ locus eccleſie: vel religionis locus fidei: gratie ⁊ bone ſocietatis ⁊ cōgregationis. Locus enim ad hoc ꝙ ſit tutus debet eſſe

Baſſe fundatus.
Alte leuatus.
Aquis vallatus.
Uictu ditatus.
Armis dotatus.
Murꝭ venuſtatꝰ.
Uiris freqntatꝰ.

Talis vero locus eſt eccleſia vel religio quia. Baſſe fundať p humilem ſubiectionē. Alte leuať per celoꝝ affectionem. Aquis vallať p flebilem compūctionem. Uictu ditať per eucbariſtie refectionem. Armis dotať per penitētie macerationem. Muris venuſtať per angeloꝝ viſitationē. Uiris frequētať per bonoꝝ pſonarum aggregationē. Et ideo breuiter iſte eſt: locus tutus locus firmꝰ: locus ſecurꝰ. Unde. j. Regum. xxiij. Ecce Dauid latitat in locis tutiſſimis in collo achille. Tutus eſt dico: q2 fundať per humilitatē. Unde. j. Mach. vj. Per loca humilia ibant caute. Item tutus eſt: quia leuať p contemplationis ſublimitatem. Unde Geñ. xxviij. Qꝫ terribilis eſt locus iſte: vere non eſt hic aliud niſi domꝰ dei ⁊ porta celi. Item eſt tutꝰ: quia aquis vallatur per lachrymationis flebilitatem. Unde Eſaie. xxiiij. diciť. ꝙ hieruſalem eſt locus fluuioꝝ riui latiſſimi ⁊ patentis. Item eſt tutꝰ: quia cibis ditatur per eucbariſtie ſatietatē. Unde Deutro. xiiij. Comedes in conſpectu domini dei tui in loco quem elegiť. Item eſt tutus: quia armis muniť per penitentie aſperitatem. Aſperitas eñ penitentie ſunt arma ſpiritualia quibꝰ homo militat contra carnem. Et idem de ieſu dicitur Luc. iiij. ꝙ ipſe receſſit in deſertū locum quādo voluit de dyabolo triumphare Apoc. xij. etiam dicitur. ꝙ mulier cui draco inſidiabať fugit in ſolitudinē vbi habebat paratū locum a deo: ⁊ ſic a dracone non fuit leſa. Sic vere mulier. id ē. anima cui draco. i. dyabolus non ceſſat inſidiari. ſtatim debet fugere ad ſolitudinem religionis ⁊ penitentie: ⁊ ibi accipere locum ⁊ habitaculuꝫ ſuum: vt ſic poſſit euadere draconis iſtius nocumentū. Item eſt tutus: quia muris venuſtatur per angelorū viſitationē Judic. ij. Aſcendit angelus domini ad locum. Item eſt tutus: quia a viris frequentať p bonarū perſonarū aggregationē Judicū. xix. Pergamus ad locum noſtrū. ſ. eccleſie. religionis. vł bone ſocietatis. Iſte eſt igitur locus tute ſecuritatis. qđ oſtendiť cum di. Statuiſti. Stare enim ſtatuere ⁊ conſtituere ſignificant quandam firmitatem: ⁊ loci ⁊ ſtatus ſecuritatē. vnde Exo. xxj. Conſtituā tibi locum in quo fugere debeas. Ideo bene cōſuliť Joſue. v. Tolle calciamenta de pedibus tuis: locus eñ in quo ſtas terra ſancta eſt. Ubi aduerte. ꝙ religio vel eccleſia eſt locus pauptatis. Ideo diciť. Tolle calciamenta. q. d. neceſſe eſt ꝙ ſis nudus. Locus charitatis: quia ibi ſunt pedes per quos deſignanť affectiones. Locus firmitatis: quia iſte eſt locus in quo ſtas. Locus puritatis: quia terra ſancta eſt. Patet ergo ꝙ eſt locus tute ſecuritatis.

Quarto dico ꝙ eſt locus qui eſt locus grandis felicitatꝭ. Et iſte eſt locus paradiſi qui eſt locus beatoꝝ: qđ oſtenditur cum diciť. Spacioſo. Unde Geñ. xxiiij. Palearū ⁊ feni plurimū eſt apud nos ⁊ locus ſpacioſus ad manenduꝫ. Et aduerte ꝙ iſte locus eſt ſumme appetēdus: quia ibi eſt

Bonoꝝ plenitudo.
Laboꝝ quietudo.
Honoꝝ celſitudo.

Eſt dico ibi plenitudo omniū bonoꝝ Judicū. xviij. Dabit nob dominꝰ locum in quo nulliꝰ rei eriť penuria. Item eſt ibi quietudo oīm bonoꝝ laboꝝ. Unde in pš. diciť. In pace factꝰ eſt locus eiꝰ: ⁊ habitatio eius in ſyon. Item ibi eſt celſitudo oīm honoꝝ. quia ſicut dī Eſa. lx. Locum pedū meoꝝ glorificabo. Et ideo breuiter ſicut illi qui ſunt in loco ſterili libenter ſe transferūt ad fertilem. Illi qui ſunt in loco litigioſo libenter ſe transferūt ad locū pacificum ⁊ amicabilem. Illi qui ſunt in loco vili ⁊ infami libenter ſe transferūt ad locū nobilē. Sic vere chariſſimi nos ꝙ in hoc mūdo ſumꝰ in loco ſterili litigioſo ⁊ infami. debemꝰ nos transferre mentaliter ad paradiſum: vbi ē

locus fructificus. pacificus ⁊ excelſus. Ad qđ nos vtiqꝫ de-
bet inducere exemplū xp̄i ⁊ p̄deceſſorum noſtroꝝ qui iſtū
locū deſiderauerūt dilexerūt ⁊ obtinuerūt. Quia ſicut cer-
ui ⁊ elephantes ſequunt̃ illum in primo p̄cedit natando.
Sic nos debemus xp̄m ⁊ ſanctos ſequi qui nos ad locum
iſtum mente ⁊ aīo anhelauerūt ⁊ tandē corpe p̄ceſſerunt
Quod figuratū eſt in filijs iſrael Exodi. xl. ⁊ Sapieñ. xix.
Qui nubem ſupſtantem ſequebant̃: ⁊ ſiue ſtaret ſiue mo-
ueret̃ ad quēcunqꝫ locum declinabat mouebant̃. Quia. ſ.
nos debemus ꝑ imitationē ſequi ſanctos: qui vt nubes ꝑ
mundi aerem cucurrerunt: ⁊ ad locum paradiſi cuꝫ impe-
tu volauerūt. Quia ſicut dicit̃ Ezech. j. Ad quē locū decli-
nabat que prima erat ſequebant̃ ⁊ cetere. De iſto ergo lo-
co chriſtus exiuit carnem aſſumendo. Quia ſicut dicitur
Eſa. xxvj. Egredietur dominꝰ de loco ſancto ſuo. Ad iſtuꝫ
locum etiam xp̄s redijt celum aſcendēdo: quia ſicut dicit̃
Eccs. j. Oritur ſol ⁊ occidit: ⁊ ad locū ſuum reuertitur. Et
ſic ꝫ ptꝫ chariſſimi ꝙ quatuor ſunt principalia loca. videlꝫ

Locus peccatorum.
Locus damnatorum.
Locus perfectorum.
Locus beatorum.

Sufficit vide ſupra de domo. et ciuitate. de habitare: et infra de Manere.

## Locuſta.

Cum locuſta ſit vermis ſeu anial ſextu-
pes ſeu alatum. qꝛ. ſ. a p̄te anteriori ſeu
ad latus habet q̄tuor pedes paruos. a parte v̊o poſteriori
duos habet longos ⁊ magnos: quibꝰ. ſ. ſe inaltat ⁊ eleuat
qñ ſalit. Eſt em̄ anial qđ ambulare vel currere nunq̄ͣ no-
uit. imo ſemꝑ vel volando vel ſaltādo trāſferre corpus ꝓ
priū ꝯſueuit. Eſt etiā aīal ore q̄drāgulū: dentibus armatū:
floꝝ ⁊ herbarū corroſionibꝰ aptū. vnicū habēs inteſtinuꝫ.
⁊ in cauda portans aculeū. Eſt etiā anial ſm̄ Pli. ordina-
tiſſime diſcipline. ꝯſueuit em̄ ꝑ turmas incedere. excubias
⁊ exploratores ad preuidēdū loca vbi inſedere debeant p̄-
mittere: ⁊ poſt illos locis certis p̄uiſis ſolet locuſtarū exer
citus totus ire. ita ꝙ ſm̄ Plini. expeditionū ⁊ ordinationū
induſtria. in factis bellicis a locuſtis ad homines venit: et
caſtroꝝ ſitus exercituūqꝫ ordines humanuꝫ genus ꝑ locu
ſtas primitus adinuenit. Scriptū eſt em̄ Job. xxxv. Qui de-
us docet nos ſuꝑ iumenta terre: ⁊ in auibꝰ celi erudit nos.
Et ꝓcerto herbis victualibꝰ inueniēdis aliquotiēs volant
ſicut exemplicat hyſtoria. Quia ſemel locuſte ⁊ a ſpica vola-
uerant: ⁊ ꝑ modū maximi exercitus vndiqꝫ diſcurrentes:
om̄ia blada ꝓut erant in herbis conſumpſerūt: ⁊ tandem
ad mare flandrie veniētes ꝑ flatus ventoꝝ in mare perie-
runt ⁊ putruerūt. Tandē v̊o ad maris littus reiecte: aerē
infecerūt: ⁊ mortalitatē ꝑ totū regnū vndiqꝫ genuerūt: et
epydimiā vna cū ſiccitate ⁊ fame vbiqꝫ induxerūt. Sūt. n.
locuſte ſale durate in aliquibꝰ regionibꝰ cibus pauperū et
miſeroꝝ indigentiū nutrimentū. ſicut dicit Iſido. Igit̃ ꝑ
locuſtā poſſum intelligere virū iuſtū impium ⁊ dyabolum

Nam vir iuſtus viuit ordinate.
Dyabolus mordet obſtinate.
Nam iniuſtus ſaltat effrenate.

Prio ergo dico bre-
uiter ꝙ locuſta ſig̃t vi-
rum iuſtū: ⁊ hoc ꝓcer-
to: qꝛ ordinate debet viuere ꝑ diſcretionē. Pedes poſterio
res. i. affectus bonoꝝ futuroꝝ: que. ſ. poſt nos veniunt de-
bet habere ceteris lōgiores: durabiliores ⁊ maiores ꝑ eter
norū deſideriū ⁊ dilectionē. Debet alte ſaltare ⁊ volare ꝑ
contemplationē. Tandē pauperū cibus ⁊ alimonia debet
eſſe ꝑ elemoſynā ⁊ cōpaſſionē. Et tādē de floribꝰ ſacre ſcri-
pture ⁊ bonoꝝ exemploꝝ impinguari ꝑ gr̄am et deuotio-
nem: ſeu etiam ꝑ ſtudiū ⁊ lectionē: vt ſic exponat̃ de virtu
te diſcretionis illud Prouer. xxx. Regē locuſta nō habet ⁊
ꝑ turmas ſuas egredit̃. De virtute v̊o deuotionis contem
plationis ⁊ eruditionis exponat̃ qđ dicit̃ Eccs. xij. Flore
bit amigdalus: impinguabit̃ locuſta: diſſipabit̃ capar̃. De
virtute v̊o elemoſyne ⁊ cōpaſſionis exponat̃ illud Mat.
iij. ꝙ eſca beati Johānis baptiſte erant locuſte. Pōt ꝫ ſi-
gnificare virū iuſtum. Scđo dico ꝙ qñqꝫ pōt ſignifica-
re dyabolū. Demones em̄ inter ſe habēt turmas ⁊ ordies
⁊ ad nocendū hominibꝰ ordinatas exercituū legiones: ſo-
lent etiā tentando cūcta ꝯſumere: ⁊ in illis quos depaſcūt
ſolent eruere viride ⁊ pulcrū viſu. i. om̄e qđ ꝑ gr̄am eſt ni-
tidū ⁊ honeſtate floridū ⁊ amenū cōſumere: ⁊ ꝑ tribulatio
nes acriter rodere ⁊ mordere ⁊ cū ore quadriꝑtito, hoc eſt
dictu ꝑ quatuor mūdi partes oīa deuorare. Figurati etiaꝫ
in illis locuſtis q̄ in egypto quicq̄d fuit viride corroſerunt
ſicut dicit̃ Exo. x. De quo in pſ̄. dixit. Venit locuſta ⁊ bru-
cus cuius nō erat numerꝰ. ⁊ comedit om̄e fenū in terra eo
rum ⁊c̄. Et alibi. Dedit erugini fructus eorum et labores
eorum locuſte. Et ſi vis applica figuraꝫ que ponit̃ Apoc̄.
ix. de locuſtis q̄ exierūt de fluuio ⁊ puteo abyſſi. Vide etiā
alibi. Locuſta ꝫ qñqꝫ ſignat dyabolū. Tertio dico ꝙ qñqꝫ
ſignat hoīem impiū ⁊ iniquū. Impij em̄ more locuſtarum

Ventre ſunt voraces.
Dente ſunt mordaces.
Penna ſunt volaces.
Crure ſunt ſaltantes.
Numero ſunt capaces.
Cauda ſunt minaces.

Habent dico ventrē valde vo-
racem: qđ facit ingluuies ⁊ gu-
loſitas. Locuſta enim reſpectu
corpis maximū habet ventrem
Sic tales vident̃ hre ventrem
omnipetentē: qꝛ. ſ. non poſſunt
ſufficere ad eos ſatiandū vlle res Deutro. xxviij. Locuſte
deuorabūt om̄ia. Item habēt dentē valde mordacē qđ fa-
cit detractio vel rapacitas. Quia reuera mali habēt os q̄-
drangulū inq̄ntum. ſ. obloquēdo de inferioribꝰ ⁊ ſuperiori-
bus: de amicis ⁊ inimicis ipſi quadragulāt v̊ba ſua. Her-
bas etiam ⁊ gramina rodūt inq̄ntū. ſ. quotiēs ⁊ vbi pñt ipſi
cōſumūt ⁊ diripiūt aliena. Unde Judicū. vj. dicit̃. ꝙ ma-
dian ⁊ amalech ⁊ ceteri orientaliū nationū apud filios iſrl̃
figentes tentoria: ꝓut erāt in herbis cuncta vaſtabūt. Se
quit̃. Et inſtar locuſtarū vniuerſa cōplebant. Et Joelis. j.
dicit̃. ꝙ reſiduū eruce comedit locuſta. Itē habēt pennaꝫ
valde volacem: qđ facit ambicio vel pompoſitas: quia ſcꝫ
iſti ſunt q̄ ꝑ ambitionē volūt volare: ⁊ ꝑ pompoſitatē ſuꝑ
biā ⁊ iactantiā ſemꝑ ſurſum ad ſtatus magnificentiā anhe
lare Exo. x. Ventus vrens leuauit locuſtas q̄ aſcēderūt ſu
per terram egypti. Verūtamē ſicut locuſta diu nō volat ꝫ
citiſſime cadit ad yma. ſic volatus ⁊ ſtatus ſuꝑboꝝ breuiſ
eſt: qꝛ cito pereūt ⁊ deſcendūt. Vñ Exo. x. dicit̃. ꝙ ventꝰ oc
cidētalis vehemētiſſimus arreptā locuſtā ꝓiecit in mare.
Ventus em̄ iſte occidētalis ſignat infortuniū ſeu mortē q̄
bus. ſ. tales in mare. i. in amaritudinē infortunioꝝ deijciūt̃:
⁊ infernalem voraginē deuoluunt̃. Unde Ecci. xliij. Tem
peſtas aq̄lonis ⁊ cōgregatio ſpūs: ⁊ ſicut auis deponēs ad
ſedendū aſpergit niuem: ⁊ ſicut locuſta demergens deſcen
ſus eius. Itē habēt tybiam valde ſaltantē: qđ facit incon-
ſtantie mutabilitas: qꝛ. ſ. iſti ſunt qui nūq̄ͣ in eodē ſtatu ꝑ-
manēt: ſed ꝑ incōſtantiam de deſiderio ad deſideriū: de be-
neficio ad beneficiū ſemꝑ ſaltant. Ideo ſcriptura compa-
rat tales vmbre q̄ valde inſtabilis eſt nature pſ̄. Sicut vm
bra cum declinat ablatꝰ ſum et excelſus ſum ſicut locuſta.
Item iſti habēt aculeū valde minacē: qđ facit ꝓditio vel
fallacitas: qꝛ. ſ. tales i cauda. i. i fine ſꝑ ſolēt aculeū habere
hoc eſt dictu. pungere vel ledere: ⁊ ꝓditionē ⁊ fallaciā ex-
ercere Apoc̄. ix. Silitudo locuſtarū ſil̃es equis paratis ad
preliū. Sequit̃. Et aculei erāt in caudis. Item habent nu-
merū valde capacē: qđ facit ipſoꝝ multiplicitas: qꝛ ꝓcer-
to ſicut locuſtarū infinita eſt multitudo: ſic ſicut dr̄ Eccs.
j. Stultoꝝ infinitꝰ eſt numerus pſ̄. Dixit et venit locuſta
⁊ brucus quoꝝ non erat numerus. Cōmune em̄ eſt in na-
tura ꝙ illa q̄ minus valent magis multiplicant̃: certe qđ
tā in fructibꝰ arboꝝ q̄ͣ in fetibꝰ aīaliū inuenit. Vñ de ma-
lis dicit̃ Hiere. xlvj. Multiplicati ſunt ſuꝑ locuſtas ⁊ non
eſt in eis numerus. Iſte ſunt ergo ſicut ille locuſte de qui-
bus ſupra dictū eſt: qꝛ. ſ. ꝓ ſuis paſcuis. i. ꝓ tēporalibꝰ acq̄
rendis mare tranſuolat: aliena deuaſtant ⁊ diſſipant: tan-
dem mare inferni ſubintrant: ita ꝙ putredo ſue infamie: ⁊
ſuoꝝ maloꝝ exemploꝝ ſanies: alios interficiunt atqꝫ gra-
uant. Sic igit̃ patet quomō ꝑ locuſtam pōt intelligi impi-
us. dyabolus ⁊ iuſtus. Tranſiui faciliter qꝛ in multis locꝫ
ponunt̃ exempla varia de locuſtis ⁊c̄. Sufficit.

## Longanimitas.

Nota ꝙ longanimitas
idem eſt qđ animi ſtabili
tas. Accipit̃ em̄ ꝓ patiētia. ꝓ ꝑſeuerantia: pro benignita-
te ſeu modeſtia. De deo em̄ dicit̃ in pſ̄. ꝙ ipſe eſt longani-
mus ⁊ multū miſericors. Viro etiā iuſto p̄cipit. ij. Coꝛ. vj
apl̃s dicens. Exhibeamus nos ſicut dei miniſtros in mul-
ta patiētia. Sequit̃. In longanimitate. in ſuauitate. in ſpi
ritu ſancto ⁊c̄. Multa poſſunt dici ſed pauce ſunt auctori-
tates vocales: ⁊ de ꝑſeuerantia ⁊ patientia dictū eſt in infi

pitis locis. Uide ergo ibi.

**Lõgeuus.** Nota ꝙ longeuus dicit̄ quaſi longe viuēs ⁊ longi eui. Et poteſt dici ꝙ in ſcriptura reperit̄ lõgeuitas ſeu ſtabilitas. Sagacitas. Auctoritas. Eternitas. Fatuitas ſeu debilitas. De pſeuerantia ⁊ ſtabilitate dicit̄ Joſue. xiij. Senuiſti ⁊ longeuus es. De ſapientia ⁊ ſagacitate dicit̄ Ecci. j. Rami ſapientie lõgeui. De excellentia ⁊ auctoritate dicit̄ Eſaie. ix. Qr longeuus ipſe ⁊ honorabilis eſt caput. De eterna opulentia ⁊ felicitate dicit̄ Exo. xx. Honora patrē ⁊ matrē vt ſis longeuus ſup terram. In malo vo ſignificato de longeuorū debilitate ⁊ fatuitate ꝙ ſcilicet homines nimis efficiuntur longeui debiles ⁊ ignari dicit̄ Job. xxxij. Non ſunt longeui ſapientes ⁊c̄. Uide de antiquitate ⁊ Senectute: qr ſcilicet pauce ſunt hic auctoritates.

**Lõge lõginquus.** Nota ꝙ longe a longe diſtanter ⁊ remote idem ſignāt. Dicit̄ eñ longe illud qd̄ eſt ab aliquo diſtans remotum eſt ſeparatum. Et ideo longe apponitur propinquitati ⁊ ydemptitati. Longe ergo poteſt accipi in bono ⁊ in malo. Unde breuiter longe ſignat Diſtantiam

Cõmendabilem. Deteſtabilem. Contriſtabilem. Deſolabilem. Affectabilem.

Primo dico ꝙ eſt quedam diſtātia cõmendabilis: ⁊ iſta eſt quando homo ſe elongat a rebus nefarijs ⁊ nociuis: ſicut ſunt iniquitates et male ſocietates: ⁊ male peccatorū occaſiones. Et ſic longe ſignat ſtatū gratie in qua homo exiſtens longe eſt a peccato. In qua etiam per reuerentiā humilitatem ⁊ timorem longe ſe exiſtimat eſſe a deo. Exēplo publicani Luce. xviij. qui a longe ſtans nõ audebat oculos ad celum leuare. Qr diu eñ auis longe diſtat a laqueo venatoris vel a viſco: muſca ab aranee rethi ſeu filo: papilio a lampade vel incendio: tamdiu ſunt in ſecuro: ſi aūt nimis appropinquāt faciliter periclitant̄: ⁊ aut laqueo capiunt̄: aut viſco conglutinant̄: aut incendio comburunt̄. Ideo vtile eſt talibus longe ſtare: ⁊ locorū talium vicinitatem fugere ⁊ horrere. Sic vere chariſſimi laque⁹ malarū occaſionum: viſcum malarū occaſionum: viſcum malarū delectationū: ⁊ ignem malarū affectionum debemus fugere: ⁊ ab eis quāto poterimus longe ſtare: alr̄ poſſemus peccatū ⁊ periculū incurrere ⁊ ſentire. Unde Prouerb. xxij. Arma ⁊ gladius in via ſuperbi: cuſtos anime ſue longe recedet ab eis. Quod bene figurat̄ Apocal. xviij. vbi loquens de incēdio babylonis dicit. Qr qui diuites facti ſunt ab ea longe ſtabunt propter timorem tormentorū. De tali diſtantia: ⁊ de tali longe loquebat̄ Dauid in pš. Ecce elongaui fugiēs ⁊ manſi in ſolitudine. Et alibi. Longe fecit a nobis iniquitates noſtras. Caprea eñ clariſſimū habet viſum: ⁊ ideo delonge cognoſcit venatorem. Aquila etiam delonge videt piſciculos in mari: quia ſcʒ delonge. id eſt. a longinqua cõſideratione reuerentia ⁊ timore debemus venatorem inferni videre ⁊ cognoſcere: ⁊ mare. id eſt. amaritudinem inferni debemus delõge. id eſt. de ſtatu gratie preuidere. Unde de aquila dicit̄ Job. xxxix. Inde contemplat̄ eſcam ⁊ oculi eius delonge pſpiciunt. Et Eſaie. xxxiij. Oculi eius cernent terram delonge. Iſta eñ duo delonge ſunt conſideranda, ſcilicet terra ⁊ eſca. Eſca paradiſi: ⁊ terra mortis et inferni. Iſta eſt ergo longinquitas commēdabilis. Secundo dico ꝙ eſt quedam longinqtas deteſtabilis. Et iſta nihil aliud eſt q̄ʒ conditio peccatoris. Deus enim longe ē ab iſtis: ⁊ ecõuerſo. quia ſicut dicitur Prouerb. xv. Longe deus eſt ab impijs. Et de eterna ſapientia dicitur Ecci. xv. Qr longe abeſt a ſuperbia ⁊ dolo. Peccatores eñ ſunt ſicut ſaturnus qui magis longe diſtat a centro: ⁊ ideo tardius perficit curſum ſuum. Sunt etiam ſicut virga que quāto plus diſtat a radice: tanto magis eſt debilis ⁊ gracilis: ⁊ tanto minus habet de fortitudine ⁊ virtute. Sunt etiam ſicut membra que quāto ſunt a corde longius: tanto ſenſuʒ ⁊ motum participant imperfectius. ſicut patet de pede reſpectu oculi ſeu manus. Sunt etiam ſicut radij in rota: q̄ quanto ſunt a centro ⁊ medio remotiores: tanto etiā ſunt inter ſe longius diſtantiores ⁊ etiam debiliores. Quia pcerto chariſſimi peccatores qui a deo ſunt diuiſi ⁊ elongati: ſunt ſicut filius prodigus qui dimiſſo patre peregre profectus eſt in regionem longinquam: vbi ſubſtantiaʒ ſuam male viuendo conſumpſit. ſicut dicit̄ Luce. xv. quia. ſ. peccatores deum patrē dimittūt in regionem longinquā peccati. que ſcilicet multū diſtat a deo ſe transferūt vbi ſubſtātiam ſuaʒ ſcilicet gratiam ⁊ animā male viuendo cõſumūt. Tales dico longinqui peccatores more ſaturni longe a cētro diſtantis tarde currūt per bonā operationē: more virge a radice ſe elongantis debiles ſunt p debilem ⁊ fragilem conditionem: more membri a corde longe manentis parū ſentiūt per piam compaſſionem: more radij a centro ſeu a medio longe recedentis ⁊ ſtantis: ſocios non tangūt per charitatem ⁊ dilectionē. Peccatores eñ longe ſtant ⁊ longe manēt a domino Math. xv. Et Eſa. xxix. Populus iſtē labijs me honorat cor aūt eorū lõge eſt a me. Et tñ ipſe eſt

Centrum firmitatis. Radix pietatis. Cor viuacitatis. Medium equitatis.

Peccatores aūt ſunt longe a firmitate: ⁊ ideo iſti cadunt de peccato in peccatum: ⁊ finaliter cadent de miſeria in tormētū. Unde pš. Longe a peccatorib⁹ ſalus. Item longe ſunt a pietate. Unde in pſona pauperū dicit Dauid in pš. Longe feciſti notos meos a me: poſuerūt me abhominationem ſibi. Item longe ſunt a vita ſeu a gratie viuacitate: ⁊ ideo ipſi dicunt̄ ſpūaliter mortui. Unde Ezech. vj. Qui longe ē peſte morief. Item longe ſunt a iuſticie equitate. vnde Eſa. xlvj. Audite me duro corde q̄ longe eſtis a iuſticia. ⁊ Eſa. lix. Juſticia longe ſtetit: qr corruit in plateis veritas: ⁊ eqtas non potuit ingredi. Peccatū eñ eſt ſicut terra noruegie: que qr nimis longe eſt a ſole nõ poteſt portare fructuʒ Unde etiam in illis partibus ſm Iſido. cariſſima eſt annona. Sic vere ſtatus peccati nullum bonū fructū. id eſt. nullam gratiam ⁊ virtutē poteſt portare: qd̄ vtiqʒ accidit eo ꝙ de terra iſta ſol iuſticie valde diſtat. Et ideo dauid ſentiens receſſum ⁊ diſtantiam huius ſolis dicebat in pš. Domine ne longe facias auxilium tuū a me. ad defenſionē meam conſpice. Et alibi. Ut q̄d domine receſſiſti longe ⁊c̄. Et breuiter. Deus eſt ſicut imago in ſpeculo q̄ appropinquāti appropinquat ⁊ ab elongāti ſe elongat. Iſta eſt ergo elõgatio ſeu lõginquitas deteſtabilis. Tertio dico ꝙ eſt q̄dam longinquitas cõturbabilis ſeu cõtriſtabilis: ⁊ iſta eſt longinquitas damnatorū qui ſunt in inferno: q̄ longe ſunt a deo a paradiſo: a gaudio ⁊ ab omni bono. Et ideo infernus dicit̄ terra nouiſſima vel vltima Ezech. xxxj. Ideo de anima damnata dicit̄ Eſaie. xxiij. Ducent eum pedes ſui longe ad peregrinandū. Quarto dico ꝙ eſt quedam longinquitas deſolabilis: ⁊ iſta eſt quā patimur in hoc mūdo Nos eñ ſumus hic ſicut peregrini longe a patria noſtra paradiſi: ⁊ ideo debemus hic eſſe in deſolatione ⁊ triſticia. ⁊ patriā totis deſiderijs affectare. Et q̄uis hic longe abſimus a patria q̄tum ad corporis preſentiā: ppe tamē debemus eſſe q̄ʒtuʒ ad amoris efficacia Eph. ij. Qui eratis longe facti eſtis ppe: mūdus eñ multū diſtat a paradiſo ⁊ loco ⁊ cõditione. Et ideo locū iſtum tanq̄ʒ extraneū ⁊ lõginquum debemus mentaliter relinquere: ⁊ ad deū ⁊ in paradiſum cordialiter nos trāſferre dicētes deo ⁊ angelis ⁊ beatis illud Joſue. ix. De terra longinqua valde venerūt ſerui tui. Ut ſic deo ⁊ eccleſie dicat̄ illud Eſaie. lx. Filij tui de longe veniēt ⁊c̄. Quinto dico ꝙ eſt lonquiqtas delectabilis. Et iſta eſt longinquitas paradiſi: vbi ſcʒ homo longe ē a metu: a luctu: a fletu: a dolore: a timore: ab anguſtia: a miſeria: a triſticia: a mortalitate: a pauptate a vilitate ⁊c̄. ita ꝙ ppꝛie de q̄libet illic exiſtēte põt dici illd̄ Lu. xix. Hõ q̄dam abijt in regionē longinquā accipe ſibi regnū. Ubi aduerte ꝙ iſte locus bene dicit̄ longe eſſe ab alijs: quia. ſ. precellit In amplitudine: qr eſt regio. In ſolitudine: qr eſt lõginqua. In celſitudine: quia eſt regnum ⁊c̄. Paret ergo breuiter ꝙ quintuplex eſt longinquitas. ſcilicet

Delectabilis. Deſolabilis. Contriſtabilis. Deteſtabilis. Cõmendabilis.

Una eſt virtualis vel virtuoſa. Alia criminalis ⁊ vicioſa. Alia mundialis ⁊ tedioſa. Alia infernalis ⁊ doloroſa. Alia ſupernalis ⁊ gaudioſa ad quam nos perducat ⁊c̄. Si aūt vis adhuc aliquid addere: notabis ꝙ in ſcriptura inuenitur longinquitas ſpectans ad deum: ad iuſtum et ad impium. In deo enim inuenitur Unum longe quod eſt

Immenſe nobilitatis.
Extenſe benignitatis.
Intenſe ſeueritatis.

Primū longe eſt conſiderandum ⁊ admirandū. Scdm lōge eſt deſiderandū ⁊ ꝓmerendum. Tertiū longe eſt compandū ⁊ deferendū. Igiť dico ꝙ eſt vnū longe ſpectans ad diuinā nobilitatē: quā homo debet conſiderare. Longe eñ diſtat eſſentia creatoris ab eſſentia creature. Longe diſtat infinitū a finito: ſummū ab imo: primū ab vltimo. Ipē eſt eñ qui dixit Hiere. xxiij Putas ne deus de vicino ego ſim ⁊ nō deus delonge. Et tamen iſta tam diſtans et tam infinita longinquitas appropinquat homini per gratie infuſionem: per beatā incarnationem: per beatificā futurā in patria viſionem. De gratie eñ infuſione diciť Eſaie. xlvj. Prope feci iuſticiam meam non elongabiť: ⁊ ſalus veſtra nō morabiť. Radius eñ ſolaris q̄ꝗ̄ꝫ de longinquo veniat: ſe tamen nobis ſubito repſentat: ſic deus per gratiam ⁊c̄. Hiere. xxxj. Longe dominꝰ apparuit mihi. De verbi vero incarnatione diciť Eſa. xiij. Prope eſt vt veniat tempus eius: ⁊ dies eius non elongabunť. De beatifica autē viſione ⁊ fruitione dicitur Hiere. .xlvj. Ne timeas iſrael: quia ecce ego te ſaluum faciā de lōginquo. Iſta eſt igiť longinq̄tas diuine nobilitatis quā debet homo conſiderare. Item inueniť longinquitas diuine benignitatis quā hō debet deſiderare. Et iſta nihil aliud eſt q̄ ipſa miſericordia dei: qua ſcilicet ipſe longe facit a nobis rigorē iuſticie ſue: ꝺ̄ q̄ dicebat Iob. xiij. dicēs deo. Manū tuā longe fac a me: ⁊ fortitudo tua nō me terreat. Et ipſe dominus etiam dicit ad idem Eſaie. xlviij. Furorē meū longe faciam a te: ⁊ laude mea infrenabo te ne intereas. Iſta eſt igiť longinquitas diuine benignitatis quā debet homo deſiderare. Item inueniť longinquitas diuīe ſeueritatis quā debet homo ꝯtemperare. Et iſta procerto eſt quādo deus ꝓpter iniquitates noſtras longe recedit a nobis. Conſtat eñ ꝙ cōtraria nō ſunt ſimul: immo neceſſe eſt ꝙ vnū ab altero longe diſtet. Cum igiť deus ⁊ peccator ſint cōtrarij. Iuxta illud Leuitici. xxvj. Si ambulaueritis contra me: ⁊ ego incedam aduerſum vos in furore cōtrario. cōſtat ꝙ abinuicem longe diſtant. Sicut eñ ſupra dictum eſt: longe eſt dominus ab impijs: ⁊ longe a peccatoribus ſalus. Sed reuera iſta longinquitas debet per bona opera cōtemperari: ⁊ deuotis precibus moderari. Ipſeqꝫ dominus ne longe recedat a nobis humiliter vult exorari Sic faciebat Dauid cum dicebat in ps̄. Ut quid domīe receſſiſti longe: deſpicis in oportunitatibus in tribulatione. Et alibi. Domine ne elongaueris auxilium tuum a me. ad defenſionem meam cōſpice ⁊c̄. ſicut ſupra. §. ij. Deus eñ eſt ſicut hirundines ⁊ ciconie: que ſentientes intemperiem aeris: ita longe recedūt ꝙ nō inueniunť: ſed temperie aeris redeunte etiam iſte appropinquāt ⁊ redeunt ⁊ humanis vſibus preſentantur. Sic vere deus ſentiens in corde humano intemperiē viciorum: ⁊ indeuotionis frigus longe ab eo ſic recedit: ꝙ ipſum in ſuis neceſſitatibus nō inuenit neqꝫ ſentit: ſed procerto ſi tempꝰ gratie redierit ſtatim redit. Ideo plorādo dicat anima peccatrix illud Trenoꝝ .j. Idcirco ego plorās: ⁊ oculi mei deducentes aquam. q̄a longe factus eſt a me cōſolator ꝯuertēs animā meā. Iſta eſt ergo longinquitas diuine ſeueritatis quaꝫ debet homo cōtemperare. Et ſic patet ꝙ eſt vnum longe quod ſpectat ad deum. Deinde dico ꝙ eſt vnū longe qꝺ̄ ſpectat ad iuſtū. Nimia eñ ꝓpinq̄tas aliquotiēs reprobať. Bonū ē. n. interdū ab aliq̄bus lōge ſtare. Et ſic nota ꝙ iuſtꝰ Lōge ē a

Deo reputatiue: ⁊ hoc facit cordis humilitas.
Celo collocatiue: ⁊ hoc facit pſens mortalitas.
Mūdo deteſtatiue: ⁊ h̄ facit cordis ſublimitas.
Seipſo moderatiue: ⁊ h̄ facit victꝰ aſperitas.
Proſperis exulatiue: ⁊ h̄ facit ſtatꝰ aduerſitas.
Rebꝰ verī ſimulatiue: ⁊ h̄ fac pzudēs ſagacitas.
Peccato ſepatiue: ⁊ h̄ facit vite ſinceritas.
Dyabolo ſupatiue: ⁊ h̄ facit virtus ⁊ ꝓbitas.
Ab inferno ſuplatiue: ⁊ h̄ facit felix eternitas.

Dico igitur ꝙ iuſtus longe eſt a deo reputatiue ꝑ virtutē humilitatiſ. Q̄a reuera iuſtus nunq̄ꝫ ſe reputat ꝓpinquū aut amicū dei: ſed potius ab eo longinquū nec ſibi appropinquare dignū. Figura de publicano qui in domū ſuam iuſtificatus deſcendit. De quo diciť Luce. xviij. Qꝛ publicanus a longe ſtans nolebat oculos ad celum leuare: ſed ꝑcutiebat pectus ſuum dicens. Deus ꝓpicius eſto mihi peccatori. De beato vero Petro qui dixerat Luce. x. Exi a me domine quia hō peccator ſum. dicitur Luc. xxij. Qꝛ Petrus ſequebať Ieſum alonge. Item dico ꝙ iuſtus longe eſt a celo collocatiue ꝑ neceſſitatē mortalitatis: quia ſcilicet dum viuimꝰ in hac vita longe diſtamus a paradiſo. Unde de iuſto vel anīa iuſta dicitur Prouerb. vltimo. ꝙ facta eſt quaſi nauis inſtitoris delonge portās panem ſuum. De iſto tamē longe. id eſt. de iſta captiuitate pſentis vite ad paradiſum itur: ⁊ ad celi beatitudinē per gratiam ⁊ merita ꝑueniť Eſa. xlix. Ecce iſti delonge venient: ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari: ⁊ iſti de terra auſtrali. In iſto eñ longe iuſti Per diſcretōeꝫ bonā meditāť. Per ꝯſideratōeꝫ ſeu ꝯuerſionē dei recordāť Per affectiōem celū cōtēplanť. De prudēti meditatiōe dicitur Eſaie. xlix. Audite inſule ⁊ attendite populi delonge. De diuina recordatione diciť Zacharie. x. De longe recordabunť mei ⁊ viuent: ⁊ reuertenť ⁊ reducam eos de terra egypti. De celeſti ꝟo contemplatione diciť Iob. xxxix. In petris manet: ⁊ in preruptis ſilicibus cōmorať: inde contemplať eſcam: oculi eius delonge ꝓſpiciunt. Longe eſt ḡ a celo collocatiue per preſentē mortalitatem. Item longe eſt a mūdo deteſtatiue ꝑ mentalē ſublimitatē. Habitatio eñ iuſtoꝝ mentalis eſt in celo: ⁊ id̄eo longe ꝑ abbominationē ⁊ cōtemptū ſunt a mundanis diuitijs vel a mūdo Unde. j. Regū. xxvj. diciť. ꝙ ipſe ſtabat in vertice montis delonge ⁊ erat grande interuallum inter eos. Item iuſtus longe eſt a ſeipſo moderatiue ꝑ viuendi auſteritatē: longe eñ videť iuſtus a ſe recedere qñ de ſeipſo dinoſciť non curare: ⁊ qñ ſeipſum ſolet per penitētiam moderari ⁊ ꝓprijs affectibus repugnare. Unde illud ps̄. Ecce elongaui fugiens ⁊ māſi in ſolitudine. Et Ecci. ix. dicitur. Longe eſto ab homine. Item iuſtus longe eſt a ꝓſperis exulatiue ꝑ tēporalē aduerſitatē. Iuſti eñ longe ſunt hodie ⁊ exulant a mundi ꝓſperis. fuganť etiā ⁊ excludunť ab oñibus mundi bonis. Iſtud eñ patet tam in ſeculo q̄ꝫ in clauſtro. Cōſtat eñ ꝙ indigni ad mūdi ⁊ eccleſie dignitates aliquotiēs aſſumunť. boni ꝟo delonge ponunť ⁊ ab eis excluduntur. Illa eñ que verſus ſperam et ſuꝑficiem appropinquare noſcunť: a centro vbi oñia grauia confluūt amplius elonganť. Illud eñ qꝺ̄ celo ⁊ rebus ſuꝑioribus appropinq̄t: a centro hoc eſt dictu a terra et ab inferioribus neceſſario longe diſtat. Sic vere dico ꝙ fit hodie: quia. ſ. illi qui ſpere celeſti. i. bonis eternis ⁊ deo que ſurſum ſunt magis ꝑ iuſticiam appropinquant: a centro. i. a mundo ⁊ inferiori loco (vbi ſcꝫ oñia grauia. i. oñia mūdi bona que ⁊ grauia ſunt ⁊ animā aggrauāt ⁊ inclināt ſe accumulant ⁊ abundant ſicut videmus) vt cōmuniter diſtāt. Quia reuera illi qui hodie deo ⁊ celeſtibus ſunt virtutū auxilio plus ꝓpinqui: ſunt a mundi ⁊ a mūdanis beneficijs ⁊ officijs plus longinqui Patet qꝛ viri ſcientifici ⁊ virtuoſi hodie a bonis eccleſiaſticis ⁊ alijs mūdi officijs longius excludunť: qui tñ ſpere. i. deo ⁊ ſuꝑioribus celi thronis ꝑ cōtemplationē ꝑfectiōem ⁊ affectionē appropinquare noſcunť. Figura i beato Petro. De quo diciť Marci. xiiij. Qꝛ licet eēt diſcipulus xp̄i ſpecialis: tamē alonge ſequebať eum. Petrus inq̄t alōge ſecutus eſt. Et hoc eſt qꝺ̄ dī Luc. xxiij. de xp̄o ⁊ diſcipulis eius. Stabāt noti eius alonge. Aduertāt tñ illi qui modo ſunt longe ab eccleſie ⁊ mūdi dignitatibus: quia ꝓcerto illi in fine erūt ꝓpe deum in celi et paradiſi māſionibus. Et eſt cōſuetum apud homines generoſos ꝙ magis honorāt longinquos ⁊ extraneos q̄ꝫ ꝓpinquos. Sic deus in futuꝝ in paradiſo magis acceptabit ⁊ honorabit illos: qui ab eo quo ad eccleſiaſtica bñficia ſunt lōginqui. q̄ illos q̄ ſibi hodie in eccleſie dignitatibus ſunt ꝓpinqui. Figura. Marci .viij. vbi xp̄s dixit. ꝙ miſereor ſuꝑ turbam: ⁊ ꝑcipiebat eis dare mādūcare: ⁊ allegabat ꝙ nō habebāt qꝺ̄ māducarēt Et ꝙ quidā ipſorum delonge venerāt dicēs ſic. Miſereor ſuꝑ turbam: qꝛ iam triduo ſuſtinēt me nec habent qꝺ̄ māducent. Sequiť. Quidā aūt ex eis delonge venerūt. Quia reuera deus talibus qui ſcꝫ modo ſunt longe ab altari beneficiorum eccleſiaſticoꝝ: ⁊ a ſtatu ꝓſperitatis ⁊ honoruꝫ terrenorum: finaliter miſerebiť. Et quia nō habent qꝺ̄ māducent: ipſos finaliter in celo paſcet nutriet ⁊ conſolabiť. Unde Act. ij. diciť. ꝙ repromiſſio ſcilicet bonoꝝ eternoꝝ

fit omnibus qui longe ſunt. quos aduocauit dominꝰ deus
noſter. Et breuiter delonge. id eſt. de ſtatu preſentis tribu-
lationis ⁊ miſerie aſcendit ad celi ſolium. hoc eſt dictu. ad
paradiſum Eſaie. lx. Surge illuminare hieruſalē. Sequitꝰ.
Filij tui delonge venient ⁊c. Requiritꝰ pacis conſilium Io-
ſue. ix. De terra longinqua venimꝰ ſerui tui: pacem vobiſ-
cum facere cupientes. Acquiritꝰ dei cōnubiū Epheſios. ij.
Qui eratiſ lōge facti eſtis ꝓpe. Et ſic de quolibet tali lōginꝙ
ad paradiſuꝫ ſupius veniēti dicatꝰ illud Hiere. iiij. Ecce au-
ditum eſt in hieruſalem cuſtodes veniſſe de terra longinꝙ.
Igitur iuſtus longe eſt a proſperis exulatiue per tempo-
ralem aduerſitatem. Item iuſtus lōge eſt a rebus veris
ſimulatiue per prudentiam ⁊ ſagacitatē. Conſtat eñ ꝙ ad
iuſtum ⁊ ſapiētem pertinet ꝙ ab illis que apparenter dicū-
tur aut fiunt aliquotiens per diſſimulationem longius ſe
tranſportet. Longe eñ a veritate quādoqꝫ ſunt verba fin-
genda: ⁊ ad verum ⁊ ad propoſitum finaliter adducenda
Figura de chriſto qui ſub ignota ſpecie peregrini diſcipu-
lis loquebatur: ⁊ ad finem vt veritatem reſurrectionis pa-
tefaceret ire longius prima facie videbatꝰ Luce. xiiij. Ipſe
ſe finxit longius ire. Unde de tali poteſt exponi illud Luc.
xiiij. Qꝫ cum adbuc longe eſſet miſit legationem. Iteꝫ
ꝙ iuſtus longe eſt a peccato ſeparatiue. Et hoc per vite ſin-
ceritatem. quia ſcilicet iuſtus longe eſt et vult eſſe a culpa
⁊ iniquitate Prouerb. x. Longe fac ab ea viam tuam: ⁊ ne
appropinques foribus domus eius. Uult etiā ꝙ longe ſit
iniquitas ab ipſo. Unde Iob. xxij. Si reuerſus fueris ad
oñipotētem edificaberis: ⁊ longe faciet iniquitatem a ta-
bernaculo tuo. Sed de hoc ſatis dictuꝫ viſum eſt ſupra eo-
dem titulo. §. j. Item iuſtus longe eſt a dyabolo ſupera-
tiue per victorie ſtrēnuitatem: quia ſcilicet iuſtus quātum
dyabolum ſuperat: ipſuꝫ odit. refugit atqꝫ vitat: ab ipſo ꝓ-
culdubio ſpiritualiter ſe elongat. Unde Eccl. ix. Lōge ab-
eſto ab homine poteſtatē habēte occidēdi ⁊ non ſuſcitādi.
Item iuſtus longe eſt ab inferno per celeſtē felicitatem.
quia ſcilicet iuſtus finaliter longe recedit ab inferis: ⁊ a ꝑ-
petuis miſerijs atqꝫ penis: inꝙ̄ntum ſcilicet ipſe vadit ad
paradiſum et appropinquat gaudijs ſempiternis Hiere.
xlvj. Saluum te faciam de longinquo: ⁊ ſemen tuū de ter-
ra captiuitatis. Sic igitꝰ patet quomodo iſtud aduerbium
longe aliquando refertur ad iuſtū. Inſuper dico ꝙ quā-
doqꝫ ſpectat ad iniuſtum impij enim ⁊ iniuſti. Longe ſunt

A deo per iniquitatem.
A ꝓximo per diuerſitatem.
A ſeipſo per vagabilitatem.
A celo per cupiditatem.
Ab egeno per parcitatem.
Ab oñi bono ꝑ deſiderij tarditatē.
A paradiſo ꝑ inferni penalitatē.

Breuiter iſta eſt ve-
ritas ꝙ mali ſemper
ſunt longe: raro autē
prope. Quia reuera
ſtatus et regiones in
quibus cōmorantur
mali. cōſtituti ſunt lō-
ge a virtutibꝰ ⁊ a deo. procul de ſalute leticia ⁊ a celo. Iſti
igitur lōge ſunt a celo. Et hoc facit culpe malignitas. Ma-
li eñ per obſtinationē ⁊ iniquitatē: ⁊ etiam quādoqꝫ ꝑ infi-
delitatem a deo longe ſunt. Sicut eñ videmus ꝙ quādo-
qꝫ homines ita longe recedunt a terra ꝓpria: ⁊ ita radican-
tur in patria aliena ꝙ ꝓpter difficultatē itineris et laboris
in illa longinqua patria cōmorantꝰ ⁊ redire ad ꝓpriam de-
dignantꝰ. Sicut apparuit de filijs iſrael qui in babyloniā
captiuati fuerunt: qui poſtea in hieruſalem redire paucis
exceptis recuſauerūt ſicut patet. j. Eſdre. j. ix. ⁊. x. Sic vere
qñqꝫ fit ꝙ homo ita longe recedit a deo per iniquitatem
obſtinationem ⁊ infidelitatē ꝙ ad ipm̄ venire et redire nō
curat: immo peregrinationē et captiuitatē ꝓ patria eligit:
⁊ ad deum nō reuertitꝰ neqꝫ redit ſed in ꝓfundo viciorum
ꝑſeuerat ⁊ ſiſtit Ezech. xj. Dixerunt habitatores hirl'm lō-
ge recedite a dño. Sicut eñ dicitꝰ Prouerb. xviij. Impiꝰ
cum in ꝓfundū pctōꝝ venerit cōtemnet. Et ideo dñs con-
queritꝰ de filijs ſtultoꝝ ⁊ ignobiliū. i. de peccatoribus dicēs
Iob. xxx. In eorū inꝙ̄t canticuꝫ verſus ⁊ factus ſum illis
in ꝓuerbiū. abhominantꝰ me ⁊ longe fugiūt a me. Et ideo
cōquerēdo dicit dñs Hiere. ij. Quid inuenerūt patres ve-
ſtri in me iniquitatis qꝛ elongauerūt ſe a me? Et tamē iſti
deberent aduertere illud ps. Ecce qui elongant ſe a te peri-
bunt: ꝑdidiſti oñes qui fornicantꝰ abs te. Iſti ergo figurā-
tur in filio ꝓdigo Luc. xv. Qui accepta portione ꝓfectus
eſt in regionem longinquam et ibi diſſipauit ſubſtantiam
ſuam viuendo luxurioſe. Terra longinqua eſt ſtatus pec-
cati. Subſtātia ꝟo noſtra eſt diuina gratia. Igitur ſi a deo
ad terram peccati que a deo diſtat receſſerimꝰ: ⁊ ſi ibi ſub-
ſtantiam noſtram. ſ. gratiam ⁊ virtutes conſumpſimꝰ ſal-
tem more filij prodigi ad deum per penitētiam redeamus
Thob. xiij. Natiōes elonginꝙ ad te venient. Ut ⁊ ipſe dñs
poſſit dicere illud. iiij. Regū. xx. ⁊ Eſa. xxxix. De terra lon-
gingua de babylone venerūt ad me. mali ergo longe ſunt a
deo: ⁊ hoc facit culpe malignitas. Sed de hoc vide. s. ca. ij.
Iniqui etiam longe ſunt a proximo. Et hoc facit cordis
diuerſitas ſeu cōtrarietas: mali eñ per odium ⁊ cōtrarie-
tates longe recedūt a proximis ⁊ per charitatē nunꝙ̄ ap-
proximāt fratribꝰ ſocijs ⁊ amicis: vt ⁊ illi dicāt de odio cō-
querēdo illud ps. Elongaſti a me amicum ⁊ proximū ⁊ no-
tos meos. Iniqui adhuc longe ſunt a ſeipſis. Et hoc fa-
cit cordium vanitas ſeu vagabilitas. Parum eñ curant
nec cogitāt in ſtatu ſuo interiori. immo longe a ſeipſis rece-
dunt vagabilitate exteriori. De talibus eñ dicit Seneca.
ꝙ vbiqꝫ ſunt preterꝙ̄ ſecum. Cōtra illud Exodi. viij. Sed
longius ne abeatis. Adhuc dico ꝙ iniquus lōge eſt a ce-
lo. Et hoc facit opum ⁊ operum cupiditas: quia. ſ. cupidi-
tas tenet eum occupatū in terra ⁊ in mūdi negocijs ⁊ ter-
renis. ⁊ ideo neceſſe eſt ꝙ peregrinentꝰ a celeſtibus et a deo
Eſaie. xxix. Cor aūt eorum lōge eſt a me. Preterea dico
ꝙ impius longe eſt ab egenis. Et hoc facit auaricia ⁊ par-
citas: quia. ſ. mali diuites a pauperibus ſe elongant: ⁊ per
pietatem ⁊ elemoſynā nunꝙ̄ eis appropinquant. Uñ pau-
per poteſt cōquerēdo de taliuꝫ parcitate. dicere illud Iob
xix. Fratres meos longe fecit a me: ⁊ noti mei quaſi alie-
ni receſſerūt a me. Rurſum dico ꝙ mali longe ſunt a bo-
no. Et hoc facit languor ⁊ tarditas. Cōſtat eñ ꝙ canes pi-
gri ⁊ deſides ita ſunt longi a preda: ꝙ vix aut nūꝙ̄ conſe-
quuntꝰ ipſam. Sic vere quidam ſunt ita tardi ⁊ deſides ad
faciendum bonum: ⁊ ita longe ſe tenent a virtutibus et a
deo ꝙ vix aut nūꝙ̄ poſſunt cōſequi ipſum. Unde de Pe-
tro qui xp̄m ſequebatꝰ alonge. dicitꝰ Math. xxvj. ꝙ ter do-
minum negauit. Ultimo ꝟo dico ꝙ impius finaliter lō-
ge erit a paradiſo. Et hoc faciet inferni ciuitas in qua ſcili-
cet ipſe cum demonibus includetꝰ: ⁊ lōge a celi gloria ſeclu-
detꝰ. Unde de deſolatione anime damnate in inferno lugē-
tis poteſt dñs dicere illud Hiere. viij. Uox clamoris filie
mee d' terra longinqua. Tales eñ ſunt in terra longinqua
ſcꝫ in inferno vbi longe ſunt ab oñi bono ps. Longe a pec-
catoribus ſalus. Et vbi etiā oñe bonū longe eſt ab eis. Un
de damnato dicitur in ps. Noluit benedictionē ⁊ elongabi-
tur ab eo. Unde etiam ipſi damnati videntur dicere illud
Eſaie. lix. Expectauimus iudicium ⁊ ecce non eſt ſalutem
⁊ elongata eſt a nobis. Patet igitur quomodo longe po-
teſt referri. Ad impiū. Ad iuſtum. Ad deū. Uide de Pro-
cul. de Recedere. de Fugere. de Diſtare: ⁊ ſilibus.

## Longus. Longitudo.

Nota ꝙ lon-
gitudo quan-
doqꝫ ſignat remiſſionē: qñqꝫ durationē. Eſt eñ longitudo
quedam dimēſio rerum ſignificans ſpaciū ſeu diſtantiā de
termino ad terminū extenſiuā. Et pōt accipi in bono et in
malo. In bono eñ ſignat bonā durationē. vicꝫ ꝑſeueran-
tie longanimitatē ⁊ eternitatē: ⁊ eternitatis cōtinuitatem.
De longitudine eñ ꝑſeuerantie dicitꝰ Deutro. xxxij. Pre-
cepta facientes longo ꝑſeueretis tpe ſup terram. De lon-
gitudine ꝟo eternitatis dicitꝰ Prouerb. iij. Longitudo die-
rum in dextera eius: ⁊ in ſiniſtra illius diuitie ⁊ gloria. Itē
ſignat longū in malo: ⁊ ſic ſignat ꝑſeuerantiā ⁊ ꝓlixam in
moribus conditionē ⁊ deſidiam. De longa ꝑſeuerantia in
malo dicitur Sapieñ. iij. ꝙ mali ſi longe vite erunt in nihi-
lum computabuntꝰ. De longitudine ꝟo prolixitatis ⁊ deſi-
die poteſt dici illud. j. Paralip. xx. vbi dicitꝰ. ꝙ in bello da-
uid fuit vir longiſſimus qui ſenos habebat digitos. Bre-
uiter ergo notemus ꝙ eſt multiplex Longitudo. videlicet

Uirtuoſe ꝑfectionis.
Uicioſe conditionis.
Doloroſe afflictionis.
Gaudioſe durationis.
Et ſic dico ꝙ ē Lōgitudo

Dico ꝗ ꝙ eſt longitudo virtuo-
ſa: ⁊ iſta eſt longitudo ⁊ ꝯtinui-
tas gratie ⁊ virtutis: qñ. ſ. ho-
mo eſt lōgus ⁊ cōtinuus ad ꝑ-
ſeuerādū in bono. Arbores. n.

Vite ꝑfectionis.
Culpe deterioris.
Pene poſterioris.
Boni ſuꝑioris.

que ſunt longiores: ſunt vt cōmuniter pulcriores: q̄r.ſ. quanto hō in bono ꝑſeuerādo eſt longior: tāto apud deum eſt pulcrior ⁊ gratioſior. Et iō viri ꝑfecti ꝑſeuerātes ⁊ longeui: figurant̄ in illa aquila. de qua dr̄ Ezech. xvij. Aquila grandis onuſta plumis: longo membroꝝ ductu ad libanū venit. Quia.ſ. ꝑfecti viri dicuntur aquile ꝑ cōtēplationis eminentiā. Dicunt̄ onuſti plumis.i. virtutibus ꝑ ꝑfectionis abundantiā. Dicunt̄ etiam habere longū membroꝝ ductū.i. longaꝫ durationis perſeuerātiam: ⁊ ſic potuerūt venire ad libanū.i. ad ꝑadiſi opulentiā ⁊ affluentiā. Et ideo nota ꝙ vir ꝑfectꝰ debet habere

Longas aures ad om̄e qđ ꝑcipit̄ audiendū.
Longas manus ad om̄e qđ ꝑcipit̄ oꝑandū.
Longos pedes ad cūcta vtilia affectandū.
Longā linguā ad cūcta neceſſaria ꝓferēdū.

Habeamꝰ igit̄ longas aures vt ſimus ſic illa mōſtra ſirie: q̄ dicunt̄ Panthios: que ita longas aures habent ꝙ totū corpus cooꝑiunt. Auriū eñ longitudo: eſt audiendi ꝓmptitudo: ⁊ in audiendo ꝑſeuerātia ⁊ fortitudo. Iuxta illud Iacobi. j. Sit om̄is homo velox ad audiēdū tardus aūt ad loquēdum. Item habeamus longas manꝰ id eſt. longā oꝑationis ꝑſeuerantiā: vt ſimus ſicut ille vir longiſſimus q̄ habebat ſenos digitos in manibꝰ. De quo .j. Paral'. xx. Item habeamꝰ longos pedes.i. ꝑſeuerantes affectiones vt ſimus ſicut apes que pedes poſteriores habent prioribus lōgiores: qđ neceſſe eſt vt a terra poſſint citius eleuari. Pedes eñ poſteriores ſignāt affectus ſpūales: q̄r ꝑus qđ aīale deinde ſpūale. j. Coꝝ. xv. Tales igit̄ affectus debent longiores ⁊ durabiliores eſſe: vt a terra.i. a terrenoꝝ amore nos poſſimꝰ ꝑfectiꝰ eleuare. Quia etiā ſicut Deut̄. xiiij. Et Leuit̄. xj. Om̄e aīal quadrupes erat immundū niſi pedes poſteres longiores eſſent q̄ȝ anteriores. Item habeamꝰ longā linguā.i. longā in oꝛ̄one ⁊ grarūactione ꝑſeuerantiā vt ſimꝰ ſicut ille aues que dicuntur piſci: que inter ceteras aues longiſſimā habēt linguā: vt ſimus veri adoratores ⁊ nō ficti ⁊ hypocrite q̄ comedūt domos viduarū ſimulantes longā oꝛ̄onem Luce. xx. Eſt igit̄ longitudo virtuoſa que nihil aliud eſt q̄ȝ longanimitas ꝑſeueratie in bono. De qua Gal'. v. Fructus aūt ſpūſſancti eſt gaudiū. pax. patiētia. longanimitas. Secđo dico ꝙ eſt longitudo vicioſa. Et iſta eſt longa ꝑſeuerātia in malo: et etiam ſpes longe vite. Sicut eñ videmus ꝙ animalia longiora ſunt deteriora ⁊ nature hūane inimiciciora. ſicut patet de ſerpētibus crocodillis cameleonte ⁊ dracone ⁊ ceteris reptilibus que reſpectu ſue latitudinis ſunt longiſſima ⁊ ideo debilia ⁊ flexibilia et ex toto corpore terre herentia. Sic vere illi q̄ ſunt longiores ⁊ in malo ꝑſeuerātiores vel in ſua eſtimatione durabiliores ſunt ſunt vt cōmuniter deteriores: quia.ſ. tales q̄ longo tempore ſperāt viuere ſunt flexibiliores ad om̄e malū: ⁊ ex toto corꝑe.i. ex toto affectu terrā.i. bona terrena ꝑ auariciā diligūt atq̄ȝ tāgūt Zach. .v. Video inq̄t volumē volans cuius longitudo viginti cubitoꝝ. Iſti eñ dicunt̄ volumē a volubilitate cogitationis dicunt̄ volantes a vanitate elationis: dicunt̄ longi ab eſtimatione future duratiōis. Tertio dico ꝙ eſt longitudo eterne damnatōnis. Vñ de damnatis poteſt intelligi illud Ioſue. v. Mortui ſunt in deſerto ꝑ longiſſimos vie circuitus. Quarto dico ꝙ eſt longitudo glorioſa. Et iſta eſt lōgitudo vite eterne. De qua in pš. Longitudine dierū replebo eū: ⁊ oſtēdam illi ſalutare meū. Iſtā aūt lōgitudinē ꝓcurat parentū honoratio Exođ. xx. Honora patrē tuum et matrem tuā vt ſis lōgeuus ſuper terram. Diuina imitatio Eccı̄. xxiij. Gloria magna ſequi dominū: longitudo eñ dierum aſſumet̄ ab eo. Mandati executio Prouerbioꝝ. iij. Precepta mea cor tuū cuſtodiat. longitudinē enim dieruꝫ ⁊ annos vite: ⁊ pacē apponēt tibi. Bene ergo deſiderabat apl's Eph. iiij. Vt nos poſſimꝰ compħēdere cum om̄ibus ſanctis que ſit lōgitudo. latitudo. ſublimitas ⁊ ꝓfundum. Si vero vis de longitudine aliter dicere. dic ꝙ longitudo moralis nihil aliud eſt q̄ȝ quedam ſpiritalis extenſio Ad

Potenter ꝑſeuerandū.
Prudenter deliberandū.
Ardenter cōfederādū.
Clemēter exuberandū.
Libēter obtemperādū.
Feruēter deſiderandū.
Equaliter ꝓpōderandū.
Feliciter recuperandū.

Dico ḡ ꝙ inuenit̄ longitudo ꝑſeueratiua: q̄r.ſ. ſicut int̄ materias ligneas vel lapideas q̄bus edificia ꝯſtruunt̄ illa dicit̄ melior q̄ lōgiori tp̄e durat ſic ⁊ in moribꝰ ille melior dicitur q̄ longiori tp̄e in virtutibꝰ ſolicior ⁊ firior ꝑſeuerat Eſaie. liiij. Longos fac funiculos tuos ⁊ clauos tuos conſolida. Vñ de ꝑfectione viri iuſti pōt dici illud Iob. xj. Excelſior celis eſt ⁊ q̄d facies: ꝓfundior abyſſo ⁊ vnde cognoſces longior terra mēſura eius et latior mari. q.d. ꝙ vir iuſtus longus eſt a parte ſuꝑiori: quia attingit vſq̄ȝ ad celū ꝑ ꝯtēplatiōem. A parte inferiori: quia attingit vſq̄ȝ ad abyſſum ꝑ timorē ⁊ ꝯſiderationē. A parte exteriori. q̄r longior ē terra ꝑ fructuoſam oꝑationē. A parte interiori: q̄r latior ē mari ꝑ animi amaritudinē ⁊ cōtritionem: vt ⁊ ſic iuxta aplm Eph. iij. Homo appħēdat in ſeipō q̄ ſit latitudo. lōgitudo ſublimitas ⁊ ꝓfundū. Hec eſt igit̄ lōgitudo ꝑſeueratiua. ſed de iſta plenꝰ dixi ſupra. Item inuenit̄ lōgitudo deliberatiua. Et iſta eſt lōgitudo prudētie: qua.ſ. q̄s nō ſtatim ꝓrumpit ad ſua negocia faciēda: nec ad iudicia aut ꝯſilia danda: imo lōgus tardus ⁊ deliberatiuꝰ vult om̄ia ⁊ cum moderamine cōplere. Fructꝰ eñ ⁊ arbores q̄ breui tp̄e et quaſi ſubito fiunt faciliter corrūpunt̄ ⁊ vt cōiter parū durant: ſicut patet in cucumeribꝰ ⁊ cucurbitis. q̄ valde breui tp̄e ſuū recipiūt cōplementū. Illa v̄o q̄ tarde creſcūt lōgo tp̄e viuere comprobant̄. Sic vere inter actus humanos illi magis ſunt cōmēdabiles q̄ longa deliberatiōe fiūt q̄ȝ illi q̄ breui ⁊ ſubita ꝑcipitatione creſcūt. Cor eñ de ſui natura membrū eſt oblongū nō rotundū. Ad denotandū ꝙ cor.id eſt. cogitatio ⁊ rōcinatio noſtra debet eſſe deliberās atq̄ȝ lōga. nō preceps volubilis ⁊ rotūda. Vñ de archa noe dicit̄ Geñ. vj. ꝙ trecentoꝝ cubitoꝝ fuit longitudo arche. Archa eñ ꝑ quā ſaluat̄ genus humanū eſt vir ſapiēs: q̄ trecētos cubitos lōgitudinis habere dicit̄: ꝓ eo: q̄r trecētis.i. multimodis ꝯſideratōnibꝰ facta ſua ꝑuenire tenet̄. di. Deutro. .ij. Circuiuimꝰ montē ſeyr longo tp̄e. Iſta eſt ḡ longitudo deliberatiua. Item inuenit̄ longitudo ꝯfederatiua.ſ. lōgitudo ⁊ durabilitas boni amoris ⁊ charitatis. Ille eñ q̄ longa habꝫ brachia: multa plura pōt amplexari q̄ȝ ille qui curta. Sic vere dico ꝙ ille q̄ habet lōga brachia charitatis multos ⁊ multa vno amplexu cōprehēdit ⁊ ſuos charitatiuos amplexus ad longinq̄s ⁊ nō ſolū ad ꝓpinq̄s extēdit. Infra eñ iſtos lōgos artus iuſtus ꝯtinet oēs. Vñ de altari vbi ignis ſemꝑ ꝑcipit̄ ardere dr̄ Leuit̄. vj. ⁊ Exođ. xxvij. ꝙ quinq̄ȝ cubitos debet habere in longitudine. Quinq̄ȝ eñ cubiti poſſunt ſignificare q̄nq̄ȝ diſtinctōnes ꝑſonaꝝ ad q̄s ſe debet charitas extēdere.ſ. amicos ⁊ inimicos: diuites et egenos familiares ⁊ ꝑegrinos. bonos ⁊ malos. ſuꝑiores ⁊ ſubditos: vt etiā ſic iuſtus figuret̄ in illa noua irlm.ſ. Apocal'. xxj. de qua dicit̄. ꝙ lōgitudo ciuitatis tanta erat quāta ⁊ latitudo. Iteꝫ inuenit̄ longitudo exuberatiua. Et iſta eſt illa q̄ nos ꝑſeueramꝰ bonos fructꝰ ⁊ bona oꝑa ꝓducēdo. ⁊ ad oēs ꝑ beneficia ꝓcedendo: ⁊ egenos per elemoſynas: ⁊ ignaros ꝑ documēta irrigādo. Et ſic tales figurant̄ in menſa ꝓpoſitionis q̄ longitudinē duoꝝ cubitoꝝ ꝓhibetur habere: q̄r.ſ. alios nutrēdo vel docendo menſe ſpūales .i. viri miſericordes ⁊ pij debēt longo tp̄e ꝑſeuerare Exođ. .xxv. Facies menſam habētē duos cubitos longitudinis. Omitto alia membra: q̄r breuiter hō debet eſſe lōgus ⁊ diuturnus: diu ſperādo: ⁊ dei miſcđiam expectando ⁊ bona eterna deſiderādo ⁊ affectādo: vt ſic de ipſo dici poſſit illud pš. Vitam petijt a te ⁊ tribuiſti ei dñe longitudinē dierū in ſeculum ⁊ in ſeculū ſeculi ⁊c̄.

## Loqui. Locucio.

Nota ꝙ loqui accipit̄ in bono ⁊ in malo. Eſt eñ locutio bona ⁊ v̄tuoſa mala ⁊ vicioſa. Fuit eñ locutō inuenta ad exꝑ̄mendū ꝯceptus mentis. Quia eñ mens q̄ ſpūalis exiſtit nō pōt alij ꝓprie declarari. Hinc eſt ꝙ natura locutionē inſtituit vt ꝑ illā cogitatio nr̄a poſſit alijs apparere. De locutiōe ḡ bona poſſumꝰ breuiter notare ꝙ eſt locutio diuina ⁊ humana. Et ꝑ̄mo q̄dē de locutiōe hūana dicamus ꝙ ſicut animalia diuerſimode vociferant̄. ſcilicꝫ

Quñq̄ȝ alte.
Quñq̄ȝ baſſe.
Quñq̄ȝ aſpere.
Quñq̄ȝ clare.

Quñq̄ȝ alte ꝑ ꝑ̄dicationē ⁊ eruditionē. Quñq̄ȝ baſſe ꝑ oꝛ̄onē ⁊ cōpūctionē. Quñq̄ȝ aſpe ꝑ correctionē et monitionē. Quñq̄ȝ clare ꝑ peccatoꝝ ꝯfeſſionē. Quñq̄ȝ lete ꝑ laudeꝫ ⁊

Quinq3 lete. gratiarūactioẽ3. Quinq3 gñe seu meste p cõ
Quinq3 graue. passionẽ ⁊ spūalem desolationẽ. Omnibus
Sic vere cha istis modis debet variari verba nostra:qa
rissimi nos de sicut dicitur Actuum. ij. Loquebant apo
bem⁹ diuersi stoli varijs liguis magnalia dei. Quia bñe
mode loq̃ do uiter omnis nostra locutio debet esse. Uel
⁊ primo. sc3 ad cõmodū nostri. vel ad laudẽ dei. vl' ad
vtilitatẽ ꝓximi ordinata. Vñ de appollo dr̃ Act. xviij. Fer
uens spū loq̄bat ⁊ docebat diligenter ea q̃ sunt Jesu. Ubi
aduerte ꝙ nos debem⁹ quinq3 genera verboꝝ diuersimodẽ
habere. i. quinq3 bonis ⁊ virtuosis generib⁹ locutionū dispo
nere verba nostra. Loq̃ ergo debemus. Attẽtius p orõnẽ:
q2 debem⁹ esse feruentes spiritu. Patẽtius p ꝓfessionẽ:qa
simpliciter dr̃ loquebat. Utilius p instructionẽ:q2 dr̃. Do/
cebat. Modestius p discretionẽ:q2 dicit. Diligẽter. i. deli/
berate. Celestius p deuotionẽ:q2 dicit. Ea que sunt Jesu.
In his em̄ quinq3 modis cõtinet quicq̃d hõ bene ⁊ vtiliter
potest loq̃. Ista em̄ sunt quinq3 dentes quos in ore tm̄ habz
hericius:quia. s. fm Plini. herecius quinq3 habet ventres:⁊
quinq3 etiã tm̄ habet dentes. Ista etiã sunt illa quinq3 v̄ba
que dicit velle loq̃ apls. j. Cor. xiiij. Uolo inq̃t sensu meo
quinq3 verba in ecclesia loqui. Primo ḡ dico ꝙ loq̃ debe/
mus attentius p orõnem. Et hoc ondit cu3 dicit. Feruẽs
spū. Inter omẽs em̄ locutiones nr̃as orõ debet fieri cū fer
uore spūs. qñimo etiã sine vocis emissione Anna loqueba
tur in corde suo tm̄q3 labia ipsius mouebant vox penitus
nõ audiebat. j. Reg. j. Sicut em̄ feruor ⁊ ardor in ventre nu
bis causat tonitruū magnū ⁊ altum ex quo sequit abūdan
tia pluuiarū. Sic vere qñ in ventre nubis. i. in corde hois
est feruor deuotionis ⁊ dilectionis: tunc solet altius toni
truū. i. altior apud deum orõ resonare. ⁊ pluuiarū. i. benefi
cioꝝ copia redūdãtior abūdare. Feruẽs ḡ spū. vñ Ro. xij.
Spū feruẽtes dño seruientes. Et. ij. Pet. j. Spūscõ inspi
rati locuti sunt dei hoies. De isto igit genere locutõis fer/
uẽtis orõnis possum⁹ notare ꝙ habẽda e triplici rõne. vic3
Cum dolore ⁊ penitẽtia. Debem⁹ em̄ loq̃ deo cū pe/
Cum honore ⁊ reuerẽtia. nitẽtia ⁊ cõpūctione dicẽtes
Cum amore ⁊ amicicia. Job. x. Loquar in amaritu/
dine aĩe mee: dicã deo noli me ꝯdemnare. Itẽ loquamur
deo cū reuerẽtia ⁊ subiectione. vñ Prouer. xviij. Cū obse/
crationib⁹ loquit paup. Itẽ loq̄mur deo cū amicicia ⁊ di/
lectiõe. vt ipse dicat illud Cant. ij. Ẽn dilect⁹ me⁹ loq̃t m̄ ⁊
ego illi. Et sic nos erim⁹ feruẽtes spū:q2. s. i nob' erit feruor
Doloris. Qd tñ est cõtra multos q̃ in orone nõ sunt
Honoris. feruẽtes ḡ tepẽtes: q2 ore dño loquunt. cor/
Amoris. de aūt alibi meditant. j. Cor. xiiij. Eritis. n.
quasi in aera loquentes ps. In corde: ⁊ corde locuti sunt.
Non sic: q2 nos debem⁹ loq̃ attẽtius p orõnem: feruentes
inq̃t spū. Scdo dico ꝙ nos debem⁹ loq̃ patẽtius p con
fessionẽ. Et hoc dat intelligi qñ dicit loquebat simplr̄ sine
aliq̃ cõditione vel adiectiõe:q2. s. in ꝓfessione debet esse lo/
cutio nuda. simplex ⁊ apta. nõ ꝯditõnata: nec aliq̃b⁹ addi
tioni⁹ inuoluta. Ita ꝙ ꝯfitẽti possit dici illd Job. xvj. Ecce
nūc palã loq̄ris ⁊ ꝓuerbiū nullū dic'. Talis. n. locutio solet
Demonia fugare. Dico demonia fugare: q2 sicut fm
Uicia dissipare. Plinium lupus timet qñ duo lapi
Dominū placare. des inuicẽ collidunt. Sic vere dya
bolus solet timere ⁊ fugere: qñ videt duos lapides. i. duas
ꝑsonas. s. peccatorẽ ⁊ ꝯfessorẽ inuicem fabulari Ezec. xxj.
Loquẽte effraym horror inuasit isrl'. Effraym em̄. i. pctõrẽ
in ꝯfessione loqnte. solet isrl'. i. dyabolus q rõne subtilis in
telligẽtie dr̃ isrl'. i. deū vidẽs (q2. s. ipse omẽ sublime videt)
horrere. fugere ⁊ timere. Itẽ ista locutio solet vicia dissipa
re: quia sicut sputū hois ieiuni occidit serpentẽ: sic p locu/
tionẽ ꝯfessionis q̃ ab ore nr̃o ꝓcedit. serpẽtẽ. i. pctm̄ qd in
corde nr̃o serpit occidim⁹ destruim⁹ ⁊ necam⁹ Ezec. xxiiij
Locut⁹ sum ad ppl'm mane ⁊ mortua est vxor mea vespe
Uxor em̄ nr̃a est culpa. q̃ vespe. i. in occulto morit. qñ ma
ne. i. clare ⁊ lucide hõ p ꝯfessionẽ loquit. Itẽ ista locutio
deū solet placare Prouer. xvj. Uoluntas regis labia iusta.
q̃ recta loquit diriget. Et nota ꝙ talis locutio deb3 esse. s.
Uera sine falsitate. Quia vere locutio ꝯfessionis
Cita sine tarditate. debet carere falsitate Eph. iiij.
Nuda sine obscuritate. Loquimini veritatẽ vnusq̃sq3
Discreta sine fatuitate. cum ꝓximo suo. i. cū sacerdote
Recta sine varietate. Itẽ debet carere tarditate Esa
ie. xxxij. Lingua balboꝝ velociter loquet. Itẽ debet carere
obscuritate vt dicat q̃libet illud Job. xviij. Ego palam lo
cutus sum mundo. Quis de multis possit hodie dici illud
Marci. iiij. Sine parabolis nihil loquebat. Itẽ debet ca/
rere fatuitate: quia. s. hõ debet ibi loqui prudẽter ⁊ mature
Eccs. v. Ne temere q̃d loquaris. Et etiam multū debet ca
uere. i. prudere ⁊ cautus esse ꝙ habeat discretū ⁊ prudentẽ
ꝯfessorẽ. Iuxta illud Prouer. xxiij. In aurib⁹ insipientiu3
ne loquaris. Itẽ debet carere varietate ⁊ duplicitate. vt de
ea possit dici illud Marci. vij. Solutu3 est vinculū lingue
eius ⁊ loquebat recte. Quis de multis possit dici hodie il
lud Neemie. xiij. Filij eoꝝ ꝑ media pte loquebant azoti/
ce ⁊ nesciebant loq̃ iudaice. Iuda interptat ꝯfessio. Quia
vere multi sunt q̃ nesciūt loq̃ iudaice. i. q̃ nesciunt loq̃ vel
dicere illa q̃ ad ꝯfessionẽ dicunt ꝑtinere. Non sic ḡ charis
simi ḡ loq̄mur patẽtius p ꝯfessionem. Tertio dico ꝙ lo
quendū est vtilius p instructionẽ qd ondit cū dicit. Doce
bat. Inter omia em̄ q̃ exeūt ab ore nostro illud qd ꝓmo
est magis vtile est instructio ⁊ doctrina: q2 ista docet ⁊ dat
dulcem monitionẽ. acrẽ correctionẽ. Benignã ꝯsolationẽ
Austerã cõminationẽ. Et de hoc dicit Tyt. ij. Loquere q̃
decet sanã doctrinã. Locutio em̄ doctoris vel ꝑdicatoris de
bet esse sicut locutio tonitrui seu tube: q̃ nunc alte: nūc bas
se: nūc collateraliter: nūc videt amfractuose loq̃. Quia sc3
ꝑdicator d3 loq̃ alte de paradiso: basse de inferno. lateralit de
mūdo amfractuose: iã. s. terribiliter corrigẽdo. iam delecta
biliter ꝯsolãdo Apoc. iiij. Uox pma quã audiui tanq̃ tu/
be loquẽtis mecū. Ut sic possint dicere auditores illud Lu
ce. xxiiij. None cor nr̃m ardẽs erat in nobis cū loqueret ⁊
aperiret nobis scripturas. Aduerte tñ ꝙ multi sunt hodie
doctores ⁊ ꝑdicatores siles auiculis: q̃ qñ sunt in nemori/
bus sicut aues loquent: qñ do capiūtur ⁊ inter hoies in ca
ueis ponunt: tunc ꝓpriã loquelã dimittūt: ⁊ sicut homies
verba fingūt. Sic vere multi sunt religiosi q̃ in suis siluis
⁊ nemorib⁹. i. in suis claustris ⁊ cõuentib⁹: cū alijs auibus
. i. cū alijs viris spūalibus existentes. Loquunt ꝓprie sicut
aues. s. spūaliter ⁊ deuote. Mira em̄ loquunt in suis s'mo
nibus ⁊ ꝑdicationibus ꝯ mundū ⁊ mūdanos. ita ꝙ de eis
põt dici illud Job. vij. Nunq̃ sic locut⁹ est hõ. Sed vere
si accidat ꝙ de silua. i. de claustro assumant: ⁊ ꝙ in cauea
alicui⁹. i. in hospitio alicui⁹ ꝑlati vel ꝑncipis ꝯstituant: sta
tim incipiūt loq̃ vt hoies: q2. s. illis quos omi die audiūt. s.
adulatorib⁹ ⁊ detractorib⁹ conformãt faciliter verba sua
Marc. xvj. Linguis loquunt nouis. Non sic ḡ ḡ loq̄mur
vtilius p instructionẽ. Docebat inq̃t exẽplo Tho. s. qui ti/
mere deu3 docuit ⁊ abstinere ab omi pctõ. Quarto dico
ꝙ nos debem⁹ loq̃ modestius p discretionẽ. Diligẽter in/
quit. Quia. s. cū diligenti studio ⁊ deliberatiõe debem⁹ lo/
qui: vt. s. sciam⁹. quid. qñ. quõ. cui. q̃re. corã quo nos loqui
mur. vt sic nos possum⁹ dicere illd. j. Cor. ij. Sapientiã lo
q̄mur inter ꝑfectos. Ecc̃s. v. Ne temere q̃d loq̄ris: ne/
ꝙ sis velox ad ꝓferendū sermonẽ. Diligẽter inq̃t. ij. Pa/
ral. xix. Cum diligẽtia cuncta facito. Quinto dico ꝙ nos
debem⁹ loq̃ diuinius seu celestius p deuotione3 ea inq̃t q̃
sunt Jesu: q2. s. nos debem⁹ loq̃ ea q̃ ptinẽt ad deū v̄ba. s.
sancta honesta pudica: ⁊ ea q̃ ad dei laudẽ ⁊ grãrūactionẽ
ordinant. sicut de aplis dicit Act. ij. ꝙ loq̄bant varijs lin
guis magnalia dei. Et pma Thessal. ij. Ita loq̄mur nõ q̄si
hoibus placẽtes ḡ deo q̃ ꝓbat corda nr̃a. Ea ḡ q̃ sunt Je
su loq̄mur vt sic reddam⁹ Ea q̃ sunt cesaris cesari ⁊ q̃ sunt
dei deo. Et sic ḡ p3 ꝙ quinq3 modis possum⁹ bene loq̃. Sz
ꝓcerto multi sunt hodie ꝑue ꝯditionis qui in malis locu/
tionib⁹ ⁊ nõ in bonis occupant. Vñ sicut videm⁹ ꝙ folia
arborum variantur: quia quedã sunt plana: quedã aspe
ra: quedã fetentia. quedã aliorsum tendentia: ⁊ sic de alijs
Sic vere verba maloꝝ q̃ folijs equiparant sunt quandoq3
Per adulationẽ plana. Sicut em̄ dicit Job. iij. Qui
Per detractionẽ aspera. de terra ẽ de terra loq̃tur. Et
Per blasphemiã horrida. ideo quia mali de mūdo sunt
Per duplicitẽ diuisa. ideo de mūdo loquunt. Vñ
Per iactantiam elata. nota ꝙ mali male loquunt p
Blandimentū adulationis. Dico ḡ ꝙ mali solet loq̃

Rodimentū diffamatōnis.
Jactamentū oſtentationis.
Juramentū diffamationis.

adulatorie. Vñ Hiere.ix. Sagitta vulnerās eſt lingua eoꝝ: dolū locuta eſt. In ore ſuo pacē cum amico ſuo loqtur: ⁊ occulte ponit ei inſidias. Et Prouer.xxix. dī. ꝙ hō qui blandis fictiſqꝫ ſermonibus loquit̄ amico ſuo. rethe expandit pedibus eius. Itē loquit̄ diffamatorie. Vñ in pſ. Sedens aduerſus fratrem tuū loquebaris: ⁊ aduerſus filios matris tue ponebas ſcandalū. Item loquunt̄ oſtentatorie. Vñ de illo cornu modico orto inter alia cornua ꝑ qd̄ intelligit̄ antixp̄us dī Dañ.vij. Os habebat os loquēs grandia. Grandia eñ loquunt̄ ſe iactando: alijs cōminādo. opa ſua magnificando. mendacia ſuſtinēdo ⁊c̄. Hiere.ix. Docuerūt linguā ſuā loqui mendaciū. vt iniqꝫ agerēt laborauerūt. diſꝑdat ergo dñs labia doloſa ⁊ liguā magniloquā. Itē blaſphematorie loquunt̄ Dañ.xj. Aduerſus deū deorū loquet̄ magnifica. Omnes eñ iſti q̄ ſolent hr̄e malas locutiōes: vel q̄ male in ore formāt verba ꝓuenit ꝓpter ſuꝑfluitatē humoris. neruos q̄ vadūt ad linguā vel nimis extendētis vel nimis retrahētis. Et inde eſt ꝙ quidā loquunt̄ nimis cito: quidā nimis tarde. quidā nimis rauce. quidā nimis aſpere. q̄dā nimis alte. quidā nimis baſſe. Sic vere loquēdo ſpūaliter humorē in corde interius abundās. i. mala affectio vel intētio eſt cauſa q̄re moraliter ꝯtingit hoiem exteriꝰ male loqui. Sicut eñ dī Math.xij. Ex abundātia cordis os loq̄tur. Et inde eſt ꝙ ſm̄ ꝙ interiora ſunt male diſpoſita: ſm̄ hoc mali qñqꝫ loquunt̄ nimis cito ꝑ ſtultiloquiū Job.xvj. Quecunqꝫ audierit loquet̄. Qñqꝫ nimis tarde: ſicut illi q̄ verecūdant̄ vicia ꝯfiteri Hiere.j. Neſcio loqui: q̄a puer ego ſum. Qñqꝫ nimis aſpere: ⁊ iſti ſunt qui neſciunt alicui vnū amicabile verbū dicere: ſicut ſunt inuidi de quibꝰ dicitur Geñ.xxxvij. Nō poterāt ei quicq̄ꝫ pacifice loqui. Qñqꝫ loquunt̄ nimis alte ſicut illi qui nō ceſſant iactare ⁊ dilatare facta ſua: ⁊ illi qui neſciūt loqui niſi de pompis ⁊ honoribus huiꝰ mūdi Eſaie.xxviij. In loquela labij ⁊ lingua alta loquet̄ ad populū. Itē aliqui loquunt̄ nimis baſſe: et iſti ſunt illi qui nō pñt aliq̄d loqui vel dicere niſi de rebꝰ inferioribꝰ ⁊ terrenis: ſicut ſt̄ auari: q: ſicut dī Joh.iij. Qui de terra eſt de terra loquitur. Et.j. Joh.iiij. Ipſi de mūdo ſunt: ideo de mūdo loquunt̄. Vñ de talibꝰ dicit̄ Eſa.xxix. Humiliaberis ⁊ de terra loqueris: ⁊ de humo audietur eloquiū tuū ⁊ erit quaſi phitonis de terra vox tua: ⁊ de humo eloquiū tuū muſitabit. Et ſic igit̄ ptꝫ quō mali diuerſimode male loquunt̄. Iſta eſt igit̄ locutio humana tanq̄ꝫ mala. Sed adhuc dico ꝙ eſt q̄dam locutio diuina. Et iſta eſt illa q̄ deus loquit̄: ⁊ q̄ nobis notificat voluntatē ſuam. Et nota ꝙ deus ſolet quadrupliciter nobis loqui. videlicꝫ

Occulte ꝑ inſpirationē.
Aperte ꝑ tribulationē.
Literaliter ꝑ legiſlationē.
Perſonalit̄ ꝑ ꝑ̄dicationē.

Iſta eñ ſunt quatuor genera verboꝝ quibus nobis deus ſolet vota ſua notificare. videlicꝫ Per nutum inducēdo. Per virgam oſtendēdo. Per literā ſcribēdo. Per verbū predicādo. Loquit̄ ḡ nobꝭ deꝰ ꝑ nutū occulte inſpirationis Oſee.ij. Ducā eā in ſolitudinē ⁊ loq̄r ad cor eius. Sic eñ dicit̄ Heb.j. Multiphariē multiſqꝫ modis olim deus loquēs patribꝰ in ꝓphetis. nouiſſime v̄o nobis locutus eſt in filio ſuo. Itē loquit̄ cū virga aſpere tribulatiōis Eſaie.xlij. Tacui: ſemꝑ ſilui: patiēs fui. tanq̄ꝫ ꝑturiēs loq̄r: diſſipabo ⁊ abſorbebo ſimul. Itē loquit̄ deus ꝑ lr̄am ſcripture ⁊ lectionis pſ. Deꝰ deoꝝ dñs locutꝰ eſt ⁊ vocauit terrā. Et Luc.j. Sicut locutus eſt ꝑ os ſctōꝝ. In lr̄a autē ſacre ſcꝑture deꝰ tot nobꝭ loquit̄ v̄ba q̄t ibi bona ſunt documēta. Itē loquit̄ deꝰ ꝑ v̄bū ſue ꝑſonalis ꝑ̄dicatōis. Et ſic locutꝰ eſt nobis xp̄s ꝑſonalit̄ incarnatꝰ dicēs Nume.xij. Ore ad os loquor ei. Quia ſicut dicit̄ Exo.xxxiij. Dominꝰ loquebatur Moyſi facie ad faciē: ſicut ſolet homo loqui cum ꝓximo ſuo. Hec igitur de locutione tam diuina q̄ꝫ humana ſufficiāt gratia breuitat̄. Vide.ſ.ꝺ Lingua. Et de Dicere.

**Lorica.** Cuꝫ lorica ſit veſtis ſeu armatura ferrea. anulis ꝯcathenatis facta: ⁊ ad defenſiōeꝫ hoīs ordinata. Videt̄ moralr̄ loq̄ndo ꝙ cū oīs v̄tus ordinata ſit ad aīe tutamētū ꝯ̄ pugnas ⁊ impetꝰ vicioꝝ. ꝙ vnaqueqꝫ v̄tus p̄t lorice noīe deſignari. Nā ſic armatꝰ lorica ē

Audacior ad inuadēdū.
Stabilior ad reſiſtendū.
Securior ad ꝑſeuerādū.

tuit dicere illud Eccli. xxiiij. Ego i altiſſimis habito. ⁊ thro
nus meus in colūna nubis. Iſta ē ergo luna receptiua nu
minis ſuꝑni. q2 thronus. Vn̄ de iſta luna poteſt dici illud
Apocal. xij. Luna ſub pedibus eius. Item iſta luna ſcꝫ
beata virgo eſt influxiua luminis interni. Et hoc oſtendi,
tur cum dicit̄ Sol. quia ſicut ſol continue fundit nobis lu
men. ita btā v̄go fundit nob̄ gr̄am. ⁊ iō iſta eſt luna q̄ inter
oīa ſydera magis aſſimilat̄ ſoli q2 etiā ꝯtinue influit in re,
bus intantū ꝙ ꝑ ip̄am humor in corporibꝰ generat̄. mare
ꝑ ip̄am mouet̄ ⁊ regulat̄. ros in herbis ⁊ floribus diriuat̄
lumen etiā ꝑ ip̄am temporibus nocturnis viatoribus mi,
niſtratur. Et ideo ſm̄ Amb. in exameron dicit̄. Luna eſt

Ductrix noctis. — Talis eſt ꝓculdubio beata virgo
Mater roris. — q2 reuera iſta inter omnes alias ꝑ
Humoris miniſtra. — ſonas fuit ſoli iuſticie xp̄o ſimilis
Dominatrix maris. — ⁊ conformis. ⁊ ideo dicit̄ Cañ. vj.
Tempoꝝ menſura. — Q2 iſta ꝓgredit̄ q̄ſi aurora cōſur,
Emulatrix ſolis. — gens. pulcra vt luna. electa vt ſol.
Immutatrix aeris. — More em̄ ſolis lumen ſue miſeri,

cordie ⁊ gratie continue nobis fundit. Iſta em̄ Noctis. i.
conſciencie eſt illuminatrix vel ductrix. Roris gratie eſt ge
neratrix. Humoris deuotionis eſt miſtratrix. Maris hu,
ius fluctuoſi ſeculi eſt dominatrix. Tempoꝝ. i. meritorum
noſtrorum eſt miſeratrix. Solis iuſticie xp̄i eſt emulatrix.
Aeris. i. vane cōditionis noſtre eſt in melius immutatrix.
Et breuiter ab iſta luna nobis influit omne bonū. oīs gr̄a.
oīs virtus. Et ideo iſta eſt maria maris ſtella. Vn̄ Bern̄.
ſuper miſſus eſt. dicit ſic. Ipſa eſt inquit nobilis illa ſtella
ex iacob orta. cuius radius vniuerſuꝫ orbem illuminat. cu
ius ſplendor prefulget in ſupernis. ⁊ inferos penetrat. ter
ras etiam perluſtrans et calefaciens magis mentes q̄ꝫ cor
pora fouet. virtutes coquit. vicia expellit. Iſta eſt igitur
diffuſiua luminis interni. Item iſta eſt rep̄ſſiua fulmi,
nis eterni. Iſta em̄ fulmen. i. ardorem diuini rigoris tem
perat ſuis interceſſionibus. ſicut luna temperat ardorem
ſolis et aeris ſuis humidis et frigidis q̄litatibus ⁊ paſſio,
nibus quod oſtendit̄ cum dicitur. In cōſpectu meo. Ip̄a
em̄ ſemper eſt in conſpectu dei vt pro peccatoribus inter
cedat. Sicut em̄ dicit̄ Geñ. j. Deus fecit duo magna lumi
naria. ſolem vt p̄eſſet diei. lunam vt p̄eſſet nocti. Sol em̄
id eſt xp̄s p̄eſt diei. i. viris iuſtis per iuſticiā ⁊ equitatē. Et
ideo dicit̄ ſol iuſticie Malach. iiij. Luna v̄o. i. btā virgo
p̄eſt nocti id eſt turbulentis ⁊ peccatoribus ꝑ clementiā et
pietatē. ⁊ ideo ip̄a dicit̄ regina miſericordie. quia .ſ. iſta nō
ceſſat peccatoribus miſericorditer ſubuenire. ⁊ pro ip̄is fi
lij ſui miſericordiā implorare. q2 ſcꝫ ſicut dictum eſt ip̄a in
cōſpectu dei eſt ſemꝑ. dicēs illud Hiere. xviij. Recordare
ꝙ ſteterim in ꝯſpectu tuo vt loquerer pro eis bonum. ⁊ vt
auerterē indignationē tuam ab eis. Quid ergo? procerto
chariſſimi ex quo iſta talis ⁊ tanta ꝓ nobis ſtat in conſpe,
ctu filij ſui ꝓ nobis orando. iuſtū eſt ꝙ nos ſtemus in con
ſpectu illius ei obſecrādo. famulando ⁊ ſeruiēdo. Elephā
tes em̄ dicunt̄ lunā adorare. ⁊ omni nouilunio cū balnea,
ti fuerint ſolēt oēs noue lune in ſignū reuerentie capita in
clinare. Et ad hoc faciendū ſolēt paruulos ſuos inſtruere
⁊ docere. Topaſius etiā lapis eſt p̄cioſiſſimus. q̄ tn̄ ſolet
influentiā lune ſequi. ⁊ in ſuis v̄tutibus lunari influentie
cōformari. Selenites etiam lapis nobilis lune videt̄ ſer,
uire. ꝓ eo ꝙ in medio eius ſemꝑ ſolet imago lune cādida
rutilare. in qua crementū ⁊ detrimentuꝫ lune ſolet lucide
apparere. In quibus ꝓculdubio inſtruimur et docemur
ꝙ lunā. i. beatā virginē debemus totis affectibus honora,
re. ⁊ ei caput ⁊ animum inclinare. ⁊ imaginem eius per de
uotionem in medio cordis nr̄i habere. ⁊ crementū ⁊ decre
mentū ipſius. crementū dico bonoꝝ ſp̄ūaliū. decrementū
bonoꝝ tp̄aliū. ꝑ imitationē ip̄ius debemꝰ rep̄ntare et nos
influētie gr̄e ſue ſupponere ⁊ ſuis v̄tutibꝰ coaptare. vt de
q̄libet nr̄m dicat̄ illud ps̄. Permanebit cū ſole et an̄ lunā
in generatione et generationē. Nos em̄ debemꝰ ꝑmanere
cū ſole. i. cū xp̄o eidē ꝑ charitatē adherēdo ⁊ ei famulādo.
Debemus etiam permanere ante lunam. i. ante beatā vir
g nem ip̄am adorando et ei famulādo. Vn̄ Bern̄. in quo,
dam ſermone de Penth. Ad te inquit maria ſicut ad me,
dium. ſicut ad archanum dei ſicut ad negociū ſeculoꝝ. ſi,
cut ad rerū cauſaꝫ reſpiciūt vniuerſi. teq2 btām dicūt oēs
generationes. genitrix dei. dn̄a mundi. celoꝝ regina. Que
in omnibus generationibus vitam ⁊ gl̄iam genuiſti. In te
em̄ angeli leticiā. iuſti gl̄iam. peccatores veniam inueniūt
ineternum merito in te reſpiciūt oculi totius creature. q2
in te et per te: ⁊ de te manus omnipotētis dei quicq̄d crea
uerat recreauit. Patet igitur quō btā v̄go dꝫ luna. quia .ſ.
fuit eterni fulminis rep̄ſſiua. Interni luminis diffuſiua.
Suꝑni numinis receptiua. Et hec de btā v̄gine ſufficiāt.
Luna igr̄ ſiḡt v̄ginitatē matris ſaluatoris. Scđo princi
paliter ſignificat ꝓprietatē iuſti viatoris Sicut em̄ Luna

Miniſtrat humorem. — Sic vir iuſtus indigētibꝰ pau,
Temperat ardorē. — peribus ſolet humorē bonorū
Acquirit ſplendorē. — tp̄aliū ꝑ elemoſynas miſtrare

Apo. vj. Luna tota facta ē vt ſanguis. Sāguis em̄ humor
dulcis ⁊ amicꝰ nature. ſiḡt viros cōpatientes ⁊ benignos.
Itē ſolet ſuis doctrinis ⁊ i ſe ⁊ in alijs ardorē vicioꝝ tem,

ꝑ(r)are.pſ. Per diē ſol nō vret te neqꝫ luna ꝑ noctē. Item ſolet ſplendorē gratie ſapiētie ⁊ honeſte apparētie acqre⸗ re ⁊ habere. ⁊ ꝑ hanc ⁊ ſe ⁊ alios illuminare. Vñ vir perfe ctus dr̄. ſicut dr̄ Eccle.l. Quaſi ſtella matutina i medio ne⸗ bule ⁊ q̄ſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et ideo de clari tate moꝝ ⁊ virtutū viri ꝑfecti dr̄. j. Coꝛ.xv. Alia eſt clari⸗ tas ſolis. alia lune. alia ſtellarū. Et vide eam diuiſam ⁊ ꝓ⸗ ſecutam ſupra de alio vbi inuenies de pietate. Et ſupra de Claritate vbi inuenies de viri iuſti luminoſitate. Multi tñ videnť eſſe luna obſcurata vel eclipſata. q2 ſcꝫ nō habēt lu men gratie. honeſtatis ⁊ ſcientie. ita ꝙ de eis pōt dici illud Marci.xiij. Luna nō dabit ſplendorē ſuū. Multi eñ ſunt ita obſcuri ꝑ ignorantiā ꝙ lumē ſcientie ⁊ doctrine neſciūt alijs miniſtrare. Multi etiā ſunt ita eclipſati ꝑ pctm̄ ꝙ lu men grē neſciūt in ſeipis continere. Multi etiam ita ꝑ ma lam conuerſationē tenebroſi ſunt ꝙ lumen honeſtatis bo noꝝ exemploꝝ neſciunt vel nequeunt alicui demōſtra⸗ re. De iſtis ergo dicitur Matth.xxiiij. Sol obſcurabiť et luna non dabit lumen ſuum. ſed non ſic chariſſimi. Signi ficat ergo luna ꝓprietatem iuſti viatoris. Tercio dico ꝙ luna ſignificat varietatem vani peccatoris. Sicut eñ ſen⸗ ſu patet ꝙ luna nunq̄ ſtat in eodem ſtatu quottidie enim mutatur et variatur. quia videlicet Nunc eſt

Clara.
Nigra.
Coꝛnuta.
Plana.
Soli oppoſita.
Coniuncta.

Et iſtud eſt generale. q2 q̄nto plus hꝫ de lumine a parte terrē. tanto minus habꝫ a parte celi. Sic vere chariſſimi peccato res ſemꝑ ſunt in varietate ⁊ motu. nun⸗ q̄ eñ manent in eodē ſtatu ſeu ꝓpoſito Mutať eñ pctōꝛ ⁊ in natura ⁊ in moꝛi⸗ bus. In natura ſcꝫ Nūc Clarus ꝑ ſanitatē. Nūc rubeus ꝑ iuuentutē. Nūc pallidus ꝑ ſenectutē. Nūc obſcurus ꝑ infirmitatē. Nūc totaliter niger ⁊ eclipſatus ꝑ moꝛtis te⸗ nebroſitatē. Homo eñ breui viuens tpe repleť multis mi ſerijs. q̄ quaſi flos egrediť ⁊ conteriť. ⁊ fugit velut vmbra ⁊ nunq̄ in eodē ſtatu ꝑmanet Job.xiiij. In moꝛibus etiaꝫ mutať q2 ſicut videmus homo Q̄nqꝫ eſt clarus ꝑ ꝓſperi⸗ tatem. Q̄nqꝫ obſcurus ꝑ aduerſitatem. Q̄nqꝫ ſoli iuſticie deo eſt cōiunctus per grām ⁊ charitatem. Q̄nqꝫ rubeus ꝑ carnalitatem. Q̄nqꝫ eſt niger per ꝯuerſationis vilitatem. Q̄nqꝫ coꝛnutus per ſuꝑbiam ⁊ vanitatem. Et breuiter ve rum dixit ſapiēs Eccli.xxvij. Hō ſanctus in ſapientia ma⸗ net ſicut ſol. ſtultus aūt mutabiť vt luna. Quia ſicut diciť Joel.ij. ⁊ Act.ij. Sol ꝯuerteť in tenebras ⁊ luna i ſangui⸗ nem. Hoc aūt in ſumma verum eſt. q2 luna iſta ſcꝫ hō quā te a parte terre. i. a parte bonoꝝ tꝑalium per ꝓſperitatem magis eſt clarus ⁊ illuminatus. tāto a parte celi. i. a parte dei ⁊ bonoꝝ ſpūalium magis eſt ꝑ pctm̄ tenebroſus et ob⸗ ſcurus. ⁊ lumine ſuperioꝛi. i. lumine gratie vacuus ⁊ ꝓua⸗ tus. Inferioꝛ eñ illuminatio hoim̄. i. tempalis ꝓſperitas ⁊ humana ſagacitas ⁊ ſubtilitas. ſi abūdat in inferioꝛi pte hoīs ſcꝫ in coꝛpe. ſignū eſt ꝙ ſuꝑioꝛ pars ſcꝫ aīa q̄tum ad lumen grē penitus eſt obſcura. q2 ſcꝫ quanto magis tꝑalia ſuppetūt. tanto magis ſpūalia deficiūt. Quia ſm̄ Ambro. Succeſſus tꝑalium eterne dānationis eſt indiciū. Signifi cat ergo luna varietatē vani peccatoris. Quarto dico ꝙ luna ſignificat ꝓſperitatē mūdi deceptoris. Luna eñ cōti nuis ꝓceſſibus variať. In fine vō menſis ex toto ⁊ peni⸗ tus in illuminādo deficit ⁊ in lunaticis dominať hoīb9 q̄s ad inſaniam ꝑducit. Sic vere mūdi ꝓſperitas q̄ nunq̄ in eodem ſtatu ꝑmanet. immo cōtinue eſt in motu ⁊ fluxu. ⁊ nūc incremento ⁊ nūc in detrimento. Finaliter in fine mē⸗ ſis. i. in termino huius vite ex toto deficiet ⁊ ceſſabit. q2 ſi⸗ cut dr̄ Eccli.xliij. A luna ſignum diei feſti. luminare qd̄ mi nuitur in cōſummatione menſis. Iſta eñ dominať in lu⸗ naticis. i. fatuis impꝛudentibus atqꝫ ſtultis. q2 ſcꝫ lunaris ꝯſtellatio. i. influentia mundane ꝓſperitatis facit homies q̄tum ad deum lunaticos ⁊ in ſpūalibus inſenſatos. quia ſm̄ Senecā. Foꝛtuna quē nimiū fouet ſtultum facit. Pa⸗ tet igitur quō per lunam intelligitur mundi ꝓſperitas ad qd̄ tñ poſſent infinita alia applicari. ſed in alijs titulis ha⸗ bebunt locū ſuū. ſufficit ergo ad p̄ſens.

**Lupus.** Nota ꝙ lupus vt cōmuniter in bono ſu⸗ mitur et in malo vt breuiter concludam. Per lupum ergo intelligitur

Juſta ſeueritas.
Ficta fallacitas.
Rapax crudelitas.
Significat eñ lupus.
Juſticie veros ꝓfeſſores.
Fallacie fictos poſſeſſores.
Seuicie duros ſucceſſores.

Primo ergo dico ꝙ lupus ſignificat ꝓfeſſores v̄tutis ⁊ iuſticie. ſm̄ eñ Homerꝫ in lib. de pugnis ⁊ aſtutijs be⸗ ſtiarū. cū lupus lapidib9 im petiť miro mō obſeruat pri⸗ mum lapidē iacientē ⁊ ſi la⸗ pis ille nocuerit ipm̄ iacientē ſi pōt interficit. ſi aūt parum leſit. iacientē quaſi parū leuiter coꝛrigendo ꝯtrahat ⁊ poſt dimittit. Sic vere iuſtus hō. ⁊ potiſſime iudex. p̄latus vel p̄nceps valde debet actus iuſticie moderari. ⁊ hoiem q̄ in ipm̄ delinquendo. hoc eſt vel in ꝓpꝛiam ꝑſonaꝫ vel in rem publicam aliq̄d cōmittēdo. ſm̄ ꝙ magis vel minus deliq̄⸗ rit. coꝛrigere vel punire. Et ſicut lupus eſt animal valde vi gil ⁊ mirabiliter timens ignem ſic iuſtus ꝑ pꝛudentiam de bet vigil eſſe. ⁊ per ignem inferni ipm̄ etiam deum q̄ ignis conſumens dr̄ Deuť.iiij. mirabiliter foꝛmidare. Et ſicut lu pus animalia capit ⁊ rapit. ipſaqꝫ ſibi incoꝛpoꝛat. ⁊ ea ſibi vendicat ⁊ acq̄rit. ſic iuſtus debet alios per p̄dicationem rapere ⁊ acq̄rere. ⁊ eos ꝑ charitateꝫ ſibi incoꝛpoꝛare ⁊ ad partem ſuam ⁊ xp̄i ꝑ pn̄iam ꝯuertere ⁊ domare Geñ.xlix. Benyamin lupus rapax: mane rapiēt p̄dam ⁊ veſpere di uidet eſcas. Et ſicut lupus ſi ligatus fuerit vel concluſus non ſolet oues ledere. ſed cum eis pacifice ſe habere. Vn⸗ de lupus qñ deſuꝑ tectum ſaltat in domum vbi ſunt oues p̄mo ⁊ añ omnia temptat ſi poterit exire ꝓ libito ⁊ ſi vide⸗ at ꝙ oſtia ſint ſerata. nec poſſit retro ſaltare per viā quā in trauit ſtatim ſe captū iudicans abſcondit ſe. ⁊ etiā ſi fame⸗ licus ſit nihil nocet. Sic vere dicam ꝙ iuſtus vinculis diui ni timoꝛis aſtrictus ⁊ infra muros ⁊ ambitū diuinoꝝ mā datoꝛum incluſus cū agnis ⁊ ouibus. i. cum alijs cōſocijs ⁊ ſimplicibus. cum pace ſolet viuere ⁊ nullum ledere. ſed erga oēs benigniter ſe habere. Juxta illud Eſa.xj. Habita bit lupus cum agno ⁊c̄. Patet ergo quō lupus q̄nqꝫ ſigni ficat ꝓfeſſores v̄tutis ⁊ iuſticie. Scd̄o dico ꝙ q̄nqꝫ ſigni ficat poſſeſſoꝛes hypocriſis ⁊ fallacie. Lupus eñ exterius vellus habet hyſpidum ⁊ hyrſutū. ſed quāto plus hyſpidi oꝛ tanto crudelioꝛ ⁊ deterioꝛ. Lupus etiā ſub frondib9 ſo⸗ let ſe abſcondere ⁊ dum non videť ſolet ſubito in pecudes inſilire. Sic vere multi ſunt q̄ vellus. i. exterioꝛem ꝯuerſa⸗ tionem habēt hyſpidam humilē ⁊ auſterā. Interioꝛē autē ꝯſcientiā habēt crudelem. rapidam ⁊ fallacem. q2 ſcꝫ dum ſub frōdibus fictionis ⁊ hypocriſis abſconduntť. citius et facilius nocent dū eoꝝ malicie non cauenť. Patet in alicꝗ bus religioſis q̄ ſub velamine ſanctitatis exercēt opa car⸗ nalitatis. Patet in hereticis ⁊c̄. Ideo bene pꝛecipiť Mat thei.vij. Attendite a falſis ꝓphetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces a fructibus eoꝛum cognoſcetis eos. Tercio vō dico ꝙ lupus ſignificat effoſſoꝛes feritatis ⁊ ſeuicie. hoc eſt dictu. Viros crudeles. impios ⁊ raptoꝛes. Lupus eñ ſemꝑ in⸗ hiat ad ſanguinem ⁊ ad p̄dam contra beſtias innocētes ⁊ ſe defendere non valentes. et etiam tāte eſt feritatis ꝙ nō ſufficit ſibi ad neceſſitatem ſuam occidere. immo quotq̄t inuenerit in grege vel armento ſolet ſine remedio trucida re. Sic vere faciunt hodie multi. et potiſſime iudices. p̄n⸗ cipes et tyranni. quia ſcꝫ ad pꝛedas ſemper inhiant ⁊ an⸗ helant ⁊ pauperes innocentes rapiunt. violant. excoꝛiāt. trucidant. ⁊ ſanguine ⁊ pelle ſue tempalis ſubſtantie ipōs attenuant. exuunt et denudant Ezechiel.xxij. Pꝛincipes eius in medio ei9 lupi rapaces. Et Soph.iij. Judices ei9 lupi veſpertini ⁊c̄. Et Abacuc.j. Leuioꝛes pardis equi ei9 velocioꝛes lupis veſpertinis. Nullum ergo eſt innocenti⸗ bus remedium poſitis inter tales lupos niſi patientia et pꝛudentia. Juxta conſilium ſaluatoꝛis. dicentis Matth. x. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio lupoꝛum. eſto⸗ te ergo pꝛudentes ſicut ſerpentes ⁊ ſimplices ſicut colum be. Qꝛ autem per lupum intelligatur dyabolus. qui ſcili⸗ cet animas fꝛaudulenter ſub aliqua ſpecie boni velat9 ra⸗ pit tentationibus et occidit. patet Johis.x. vbi dicitur. ꝙ mercennarius videns lupum venientem fugit. Sequitur Et lupus rapit et diſpergit oues. Sufficit. quia in varijs locis applicando ad diuerſa vicia fit mentio de lupo ⁊c̄.

**Lupanar.** Lupanar idem eſt qđ ꝓſtibulum.locus.ſ.vbi actus fornicationis ꝛ luxurie exercent̄.dictus a lupa meretrice que Remum et Romulum rome conditores ſupra tyberim expoſitos nutriuit.vt dicit tytus liuius libro.j.ab vrbe condita.Igitur inuenitur triplex genus fornicationis ſcilicet
Corporalis immundicie.
Cordialis iniuſticie.
Spiritualis ydolatrie.
Quibus.ſ.hõ fornicat̄.ſ.
Corporaliter carnē maculando.
Cordialiter culpas committēdo.
Spūaliter ſeu ſacrīaliter fidem abnegādo ſeu demonibus ꝯſentiēdo ꝛ eoꝝ cultui adherēdo Poſſumus ergo dicere ꝙ eſt triplex lupanar.i.triplex locus vel ſtatus in q̄bus actꝰ iſtius triplicis luxurie exercent̄.De lupanari carnalitatis dī Nume.xxv.Ingreſſus eſt phinees poſt virū iſraeliticum in lupanar ꝛ trāſfodit amb os.De lupanari peccatricis cōſcientie ꝛ iniq̄tatis. vbi ſcꝫ aīa cū vicijs fornicat̄ ꝑ varios ꝯſenſus ꝛ affectus dici pōt illud.ij. Mach.iiij. Optimos quoſqꝫ epheboꝝ in lupana ribus ponere. De lupanari autem ydolatrie ꝛ infidelitatis dicit̄ Ezech.xvj. vbi dn̄s loquens ciuitati hierl'm ydolatre dicit ſic.Edificaſti tibi lupanar.ꝛ feciſti tibi ꝓſtibulum in plateis cunctis ad omne caput vie.Et hec ſufficiant ꝛc̄.

**Lutum.** Lutū fit ex aqua et terra inuicem mixtis.Et ſumit̄ lutum multipliciter in ſcriptura.Sumit̄ etiam in bono ꝛ in malo.In bono eñ deſignat
Nature vilitatem.
Carnis mortalitatē.
Mentis humilitatē.
Significat ergo nature vilitatem q2 ſcꝫ tota natura humana non eſt niſi lutum vile.fragile et infectum.Vñ Job.iiij.Hi q̄ habitāt domos luteas ꝛ terreum habēt fundamentum ꝯſument̄ velut a tinea.Item ſignat carnis mortalitatem.Caro eñ mortua finaliter efficit̄ lutum putridum ꝛ fetidum Hiere.xviij.Diſſipatum eſt vas qđ faciebat ex luto.Vñ ꝑ ſtatuā Nabuchodonoſor poteſt ſignari homo . q2 ſtatua illa habebat pedes. partim ferreos partim teſteos.partim luteos.ſicut dī Dan̄.ij.vbi inter cetera dī.Vidiſti ferrum mixtum terre et luto ꝛc̄. Pedes eñ.i.finis ꝛ poſteri oritas ſtatue.i.hois tres habet partes. q2 ſcꝫ ibi eſt ferrū.i.aīa q̄ ad modum ferri ſtabilis eſt ꝛ immobilis.Alia pars eſt teſtea.ſ.caro q̄ ad modū teſte modicam habet ſoliditatem ꝛ magnā fragilitatem. Alia pars ē lutum.ſ.ſanguis que ad modū luti nullā hꝫ ſoliditatē ſed magnā corruptibilitatem. Nā ſicut dī Dan̄.ij.Venit ꝛ cecidit ſubito lapis de monte q̄ ꝯtriuit ꝛ ꝯminuit pedes ſtatue āndicte.Quia ſcꝫ ſurſum a monte.i.a deo ꝛ a dei occulta ꝓuidentia.deſcendit lapis.i. mors. qui ꝑcutit ſtatuā in pedibus.i.qui ꝑcutit hoīem in fine dierum.que omīa in fauillam ꝛ cinerē reducit.Vñ Job.x. Memēto q̄ſo ꝙ ſicut lutū feceris me ꝛ in puluerē reduces me. Itē ſignat mentis humilitatem.de qua dī Job.xxx.Comparatus ſum luto ꝛ aſſimilatus ſum fauille ꝛ cineri.Homo eñ q̄ videt ſe eſſe in luto ꝛ ex luto creatū ꝛ in lutum finaliter ꝯuertendū exinde ꝯcipit humilitatem q̄ multū ꝓficit ad ſalutē.Sicut eñ dī Joh.ix.Cecus natus qñ oculos ſuos ieſus liniuit. ſtatim vidit ꝛ lucē recepit.Quia ꝟe cecus.i.pctōr q̄ lutum ꝓprie fragilitatis ꝛ mortalitatis ꝑ ꝯſiderationē cordis oculis anteponit.lumē grē ꝛ ſapie recipit ꝛ acq̄rit.Et ideo cōſulitur Naū.iij.Intra in lutū ꝛ calca.ſubigēs tene laterē. Tale eñ lutū valde eſt vtile.q2 vaſa multarū rerum contentiua inde formant̄.q2.ſ.ſm Auicē.ex ſolo luto vnctuoſo plāte ꝓcreant̄.In luto apri inuoluuntur.vt fortificato latere non ledant̄ a venatoribꝰ.Sic vere kmi ex luto.i. ex humili ꝯſideratiōe vilitatis ꝛ mortalitatis nr̄e. nos efficimur vaſa ad ꝯtinendū grām ꝛ deuotionē.Efficimur plante ad fructificandū ꝑ bonā opationē. Efficimur fortiores ꝛ duriores ad reſiſtendū venatoribꝰ.i.demonibꝰ ꝑ ꝯſtātiā ꝛ ꝑfectionē.In luto eñ nr̄e mortalitatis nos debemꝰ more aproꝝ ꝑ ꝯſiderationē inuoluere.ꝛ ſic iacula tentationū poſſumus tutius refutare Zacha.x.Erunt quaſi fortes cōculcantes lutum in prelio.Patet igitur quomō lutum ſumus. Nota adhuc ſi vis ꝙ nos ſumus ſcꝫ ſicut Lutum
In ingreſſu.
In ꝓgreſſu.
In egreſſu.
In ingreſſu.ſ.q2 ſicut dī Eſa.lxiiij. Pater nr̄ es tu.nos ꝟo lutū. Nā ſicut figulus ex eodē luto rota volubili mediante facit vaſa ꝯtraria ꝛ diuerſa.ſ.aliud in honorē.aliud in ꝯtumeliā.ſicut dicit apl's Ro.ix. Sic vere deꝰ mediante rota occulte ſue ꝓuidētie.de eodē luto fragilis ꝯditionis hūane format ꝛ facit diuerſitatē hoīm in h̄ mūdo. Alij eñ ſūt in honorē.alij in cōtumeliā. Alij diuites.alij pauꝑes. Alij ruſtici alij nobiles.Alij pctōres.alij boni. Alij ſaluati. alij dānati.vt dicat q̄libet illud Job.xxxiij. Ecce ꝛ me ꝛ te fecit deꝰ.ꝛ de eodē luto ꝙqꝫ formatus ſuꝫ. Hō eñ q̄tum ad ſuā originalē creationē eſt ꝓprie in manu dei ſicut lutū in manu figuli Hiere.xviij.Sicut lutū in manu figuli.ſic vos in manu mea dicit dn̄s.Et Eccli.xxxiij. Sicut lutū in manu figuli ſic hō in manu illius q̄ fecit eū.Itē nos ſumꝰ lutum in progreſſu.q2 ſcꝫ q̄ꝺiu durat vita noſtra mortalis. nos ſumus cōpoſiti de fecibus ꝛ de luto.de carne ſcꝫ ꝛ ſanguine ꝛ ſtercoribꝰ Dan̄.xiiij.Iſte aūt intrinſecus luteus ē Item ſumus lutū in egreſſu Eſa.xlj. Ponet magiſtratus quaſi lutū.Sic igit̄ ſumit̄ lutū in bona ſignificatōe. Sꝫ adhuc dico ꝙ lutū ſumit̄ i mala deſignatōe Lutū eñ ſolet
Tangentem maculare.
Intrantem alligare.
Portantē aggrauare.
Primū eſt lutum carnalitatis Secundū eſt lutū iniquitatis. Tercium eſt lutū cupiditatis. Lutū eñ carnalitatis maculat tangentē. Vñ carnales ſimiles ſunt porcis q̄ in luto ꝛ fecibꝰ delectant̄. Vñ.ij.Pet.ij.Sicut canis reuerſus ad vomitū.ꝛ ſus lota i volutabro luti.Lutū iniq̄tatis detinet intrantē.Sicut eñ hō faciliter intrat lutū ex q̄ tñ nō faciliter exit. ſic hō faciliter cōmittit pctm̄ ex q̊ tñ nō faciliter reſilit aut recedit.pš.Eripe me de luto vt nō impingar vel infigar. Lutū cupiditatis aggrauat portantē.q2 ſicut lutū qđ terra ꝛ de terra eſt ſolet portantē inferius trahere ꝛ grauare.ſic bona tꝑalia q̄ terra et lutū ſunt.ꝛ de terra ſunt (Juxta illud Job.xlj.Sternet ſibi aurū q̄ſi lutū)hoīem ꝑ cupiditatē ꝛ auariciā detrahunt atqꝫ ꝑmunt.Vñ Abacuc.ij.dī. Ve q̄ ꝯgregat nō ſua.vſqꝫ q̊ aggrauat ſuꝑ ſe deñſum lutū.Et ſic igit̄ patet quō lutū diuerſimode ſumit̄ in ſcriptura.

**Luſtra.** Luſtrare idē eſt qđ circuire.vel circueūdo aliquē locū certis ſacrificijs ꝛ obſeruationibus expiare.Et dī luſtrū circuitus q̄nqꝫ annorū. Juxta illud.Luſtra ſex q̄ iam ꝑacta ꝛc̄.ſicut in hymno.De luſtro eñ in luſtrū.i.de q̄nquēnio in q̄nquennium tributa romanis ſoluebant̄. ꝛ vrbs Roma ꝑ cenſores certis ſacrificijs expiabat̄.ꝛ illa expiatio luſtratio dicebat̄. Sed de hoc nihil ad p̄ſens. Vide vbi de Circuire. Sacrificare. Expiare et ſimilibus.

**Lux.** Nota ꝙ lux multipliciter ſumitur in ſcriptura. Eſt enim ſicut diuidit mauricius Lux
Exterior et mundana.
Interior ꝛ humana.
Superior ꝛ diuina.
Inferior ꝛ terrena.
Deterior ꝛ valde vana.
Debilior ꝛ valde miſerāda.
Nobilior ꝛ valde appetēda.
Cū igit̄ lux ſit illud ꝑ qđ rerū noticia nobꝫ dat̄ intelligi. q2.ſ.nihil pōt ſenſibilit̄ videri niſi lucis bn̄ficio mediāte Hinc eſt ꝙ omis noticia vel ois ꝟtus vel res ſignificatiua pōt ꝑ lucē ꝓprie denotari.Eſt igr̄ lux exterior.ꝛ iſta ē ſplēdor noticie quā habemꝰ ꝑ creaturas.Creature eñ ſuū p̄dicāt creatorē.ꝛ ad ipſum cognoſcendū lucē vere noticie nobꝫ fundūt.Teſte eñ apl'o Roma.j.A magnitudine creature poterit earū creator videri.Vñ de creaturis dī Geñ.j.Fiant luminaria in firmamēto celi vt luceant ſuꝑ terrā. Lux interior eſt lux rōnis ꝛ diſcretionis.grē ꝛ ſapie Job.xxxviij. Indica mihi ſi noſti in q̄ via habitat lux.Lux ſuꝑior eſt deꝰ.q2 ſicut dī.j.Joh.j. Deus lux eſt ꝛ tenebre in eo nō ſunt vlle. Lux inferior eſt hō perfectus.q2 ſicut dī Prouer.iiij.Juſtorū ſemita quaſi lux ſplendēs. Lux deterior eſt mundi ꝓſperitas. de qua Job.xxxviij. Auferetur ab impijs lux ſua. Lux debilior ē vita humana.de qua Job.xvij.dicitur. Rurſum poſt tenebras ſpero lucē.Lux nobilior eſt vita eterna. De q̄ Thobie.xiij. Lux ſplendens ſplendida luce fulgebit. Inuenitur ergo in ſcriptura lux multiplex. videlicet Lux gratie. Lux glorie.Lux decentie.Lux opulētie.Lux ſapiētie. Lux hereditatis.Lux bonitatis.Breuiter ergo dico ꝙ per lucē pōt intelligi Deus. Vir ꝑfectus. Perfectio virtutū. Gl'ia eterna.Proſperitas tꝑalis.Et ſic dico breuiter ꝙ eſt Lux
Honoranda.
Dicamus ergo primo ꝙ eſt quedā lux

Imitanda.
Continenda.
Affectanda.
Deteſtanda.

q̄ dꝫ honorari. Et iſta ꝓculdubio ē deꝰ. Deꝰ eñ eſt lux. ⁊ tenebre ī eo nō ſunt vlle. Lux eñ inter omēs formas corꝑales obtinet principatū. Habet eñ actus intra ſe ꝑncipales ⁊ excellentiores ꝙ oēs formas alias antecellit. Sic ꝓcerto deus inter omēs naturas ſpūales principatū obtinet. nec eſt aliq̄d creatum qđ ſibi valeat comparari. Et ideo xp̄s deus noſter dicit ſic Joh. ix. Q̄ādiu ſum in mundo lux ſum mūdi. Et Joh. viij. Ego ſum lux mundi. Et aduerte hic ꝙ ſicut lux habet naturaliter Conditioneꝫ valde nobilem. Duratione valde ſtabilē. Diffuſionem valde mobilem. Sic vere deus eſt. Conditione nobiliſſimus. Ego inquit. Duratiōe eterniſſimus. Sum. Diffuſione agiliſſimus. Lux inquit mundi Probat Nobilitatem dictio primitiua. Ego. Probat eternitatē dictio ſubſtantiua. Sū Probat agilitatē actio diffuſiua. quia lux mundi. Dicamꝰ ergo ꝙ deus dicit̄ lux rōne nobilis ꝯditionis. qđ oſtendit̄ cum dicit̄ Ego. qđ eſt ꝑme ꝑſone. ⁊ ſpēi ꝑmitiue. nominatiui caſus. ⁊ numeri ſingularis. q̄ oia expone ſicut. ſ. de aduentu in illa aucte. Ego lux veni in mundū. Sicut eñ lux oia corꝑalia ꝑcedit in nobilitate. ⁊ iō ſicut res nobiliſſima primo oīm fuit creata ⁊ facta inter oia oꝑa creatoris. ſicut dr̄ Geñ. j. Fiat lux ⁊ facta eſt lux. Sic vere deus nobilitate excellentia ⁊ dignitate cūcta ꝑcellit. Et ſicut prima ⁊ ꝑmitiua ⁊ ꝑncipalis cā oīm rerū. oia ſuꝑat ⁊ ꝑcedit Joh. xij. Ego lux in mundū veni. Et Apoc. j. Ego ſum ꝑmus et nouiſſimus. Sꝫ de iſta nobilitate ⁊ dignitate eterne lucis et diuine nature q̄ notat̄ ꝑ Ego. vide. ſ. de Ego. §. j. Et. ſ. de Aduentu in aucte ꝑallegata. Deus igit̄ lux eſt rōne nobilis ꝯditionis. Ego inq̄t ⁊c. Deinde dico. ꝙ deus eſt lux rōne ſtabilis durationis qđ oſtendit̄ cum dr̄. Sum. Lux eñ hꝫ naturā incorruptibilē. Ex q̊ eñ ſemel creata fuit. eſſe poſtea nō ceſſauit. nec fuit in ꝟtute diminuta. nec in eſſentia variata. q̄nimmo etiaꝫ tanta eſt ipſius incorruptibilis ꝯditio ꝙ q̄uis ſuꝑ feces trāſeat inceſſanter. nullā tñ exinde ꝯtrahit corruptelam. ſignificās ꝓpriē diuinā eſſentiam q̄ nec tꝑe variat̄. nec in virtute diminuit̄. nec illapſione. q̄ rebus corruptibilibꝰ illabit̄ aliq̄liter maculat̄. ſed in ꝓpria eſſentia ⁊ natura ꝯſiſtit ⁊ incōmutabiliter ſtabilitur. Sum inquit. Deus eñ lux eſt. ⁊ lucem habitat inacceſſibilē. ſicut dr̄. j. Thimo. vj. Et ideo ip̄e dicit Jo. ix. Ego lux ſum mundi. Et Joh. j. Ipſe erat lux vera q̄ illuminat oēm hoīem. Eſt igit̄ deus lux rōne ſtabilis durationis. Deniq̄ȝ dico ꝙ ip̄e eſt lux rōne mobilis ſeu agilis diffuſionis. qđ oſtenditur cuꝫ dr̄. Lux mūdi. Sicut eñ lux eſt ſuipſius maxime cōicatiua. ⁊ ab oriente ī occidente ſui ſubito diffuſiua. occultoꝝ terre penetratiua. lapidū ꝑcioſoꝝ ⁊ metalloꝝ ī terra inuiſibiliter generatiua. ⁊ elementoꝝ cōtrariorū in vno mixto ꝯciliatiua ⁊ cōcordatiua. aeris inſuꝑ illuminatiua. ⁊ tenebrarū ⁊ caliginis fugatiua. ⁊ etiā vite aīaliū cauſatiua ⁊ ꝯſeruatiua. ſicut dicit̄ in lib. de fonte vite. Sic ꝓcerto deus ſe ꝑ btām incarnationē hoībus cōicauit. ⁊ ab oriente in occidēs. i. de celo ad terrā ſe diffudit ⁊ ſubito trāſportauit. occulta terre. i. ſecreta vteri ꝟginis inuiſibiliter penetrauit. ⁊ ibidē ꝑcioſum lapidē vel metallū vicꝫ corpus ſuum admirabiliter fabricauit. ⁊ ſic diuerſa elemēta. i. diuerſas hoīm in vno mixto. i. in vna eccleſia ꝯcordauit ⁊ adunauit. Aerē. i. mundū ꝑdicādo ⁊ docendo ſua bñdicta preſentia illuminauit ⁊ informauit. ⁊ ſic tenebras erroꝝ ⁊ hereſum effugauit. ⁊ ſic vitā gr̄e ⁊ glīe aīalibꝰ. i. hoībus ꝓcurauit. Sicut eñ dr̄ Jo. j. Uita erat lux hoīm ⁊ lux in tenebris lucet. Iſte eſt g̊ lux mūdi. i. lux mūdo cōicatiua. dicēs illud Joh. xij. Ego lux ī mundū veni. Et Jo. ix. Q̄ādiu ſuꝫ in mūdo lux ſuꝫ mūdi. Et bñ xp̄s ſe dic̄ lucē. Quia ſic̄ Lux

Oritur. — Et ſic poteſt inueniri. Lux veniēs ſeu oriens.
Progredit̄. — Lux tranſiens ⁊ ꝓgrediēs. Lux moriens
Obtenebrat̄. — ⁊ deficiens. Lux rediens et reſiliens.
Reflectitur. — Sic vere chariſſimi dico. ꝙ xp̄us fuit lux

oriens. Et ſic poteſt inueniri in incarnatione. Quia ſicut dicitur in pſ̄. Lux orta eſt iuſto ⁊ rectis corde leticia. Fuit lux ꝓgrediens in conuerſatione. Semꝑ eñ ꝓcedebat de virtute in virtutem Prouer. iiij. Lux ꝓcedens. ſplendens procedit et creſcit. Lux fuit deficiens in morte et paſſione Eſa. v. Lux obtenebrata eſt in caligine. Fuit lux rediēs in reſurrectione et aſcenſione Job. xvij. Rurſum poſt tenebras ſpero lucē. Deus ergo eſt lux rōne Conditionis. Durationis. Diffuſionis. Unum tamen eſt aduertendū ꝙ q̄uis lux q̄tum in ſe eſt ſemper ſit parata ſe diffundere ⁊ ſe oſtēdere. ſe diuidere ⁊ influere. Iſtud tamen verum eſt ꝙ oportet ⁊ neceſſe eſt ꝙ habeat materiam ꝑparatam. ⁊ inde eſt ꝙ lapis durus ꝑ lucem nō viuificat̄. ꝙ oculus cecꝰ ꝑ lucem nō illuminat̄. ꝙ lignum aridum ꝑ lucem nō fecūdatur. Scđm eñ ph̄m. Actus actiuoꝝ ſunt in patiēte predispoſito. ⁊ ideo nihil eſt qđ poſſit alicuius rei influentiaꝫ recipere niſi ad hoc antea diſponat̄. Sic vere chariſſimi. lux eterna deus quantū eſt in ſe. ſemꝑ paratus eſt alijs influere. ⁊ alios dirigere ⁊ iuuare. Ueruntamē neceſſe eſt ꝙ ad hoc per gr̄am ⁊ obedientiam diſponamur. Illi eñ qui ſunt duri ſicut lapis ꝑ mentis indurationē. q̄ ſunt ceci ꝑ rōnis obfuſcationē. ⁊ q̄ ſunt aridi ꝑ humoris gr̄e priuationem. Iſtius lucis influentiam nec percipiūt nec eius bñficia recipiūt. quia ad hoc minime ſe diſponunt Sap̄. xvij. Ignis quippe nulla vis poterat eis lumen ꝑbere. Iſtud optime patet in iudeis induratis. obſtinatis ⁊ excecatis. q̄ lumen xp̄m habuerūt p̄ñtem ⁊ tamē euꝫ nō receperūt nec viderūt. Lux eñ in tenebris lucet ⁊ tenebre eam nō comprehenderūt Joh. j. Sicut eñ dr̄ Joh. iij. Lux venit in mundum. ⁊ dilexerunt hoīes magis tenebras q̄ȝ lucem. Iſti eñ ſunt ſicut britones expectātes arcturū. q2 iſti expectāt. qđ ꝑpetuo nō videbunt. Uñ de iſto iudeoꝝ ꝑplo dr̄ Job. iij. Expectet lucem ⁊ nō videat. nec ortum ſurgentis aurore. Unde de iſtis deriſorie dr̄ Eſa. xxviij. Expecta ⁊ reexpecta modicū ibi. modicū ibi. Sic g̊ ptꝫ quō ꝑ lucē intelligit̄ deus. ⁊ quō eſt quedā lux q̄ debet venerari. Scđo dico ꝙ eſt quedā lux q̄ debet imitari. Et iſta lux ſignat xp̄m. vl' beatam ꝟginē. vel quēlibet virū iuſtū. Sicut eñ lux eſt in cōditione puriſſima. in oꝑatione eſt nobiliſſima. ⁊ in apparētia pulcerrima. Sic vere vir ꝑfectus eſt purus ꝑ ſanctitatem innocētie. Nobilis ꝑ agilitatem obedientie. Pulcer ⁊ delectabilis ꝑ honeſtatē apparētie. Et ideo breuiter de tali luce ſcꝫ de viro perfecto ⁊ ſancto pōt dici illud Sap̄. vij. Candor eñ eſt lucis eterne ⁊ ſpeculū ſine macula. ⁊ imago bonitatis dei. In q̄bus ꝟbis oñdunt̄ ſex ꝯditiones lucis q̄ viro iuſto poſſunt optime coaptari. Lux eñ habet

Candorem ſumme notabilem. — Solet eñ lux Candidam ſe mōſtrare. Cādor inq̄t lucis. Semꝑ ꝑſeuerare. Ideo dicit̄ Eterne. Cūcta manifeſtare. ideo dr̄ Speculum.
Uigorem incorruptibilem.
Splendorē manifeſtabilem.
Nitorem immaculabilem.
Decorem repreſentabilem.
Ualorem cōmunicabilem.

Fece nō ſordidare. ideo dicitur ſine macula. Formas rep̄ñtare. ideo dicit̄ Imago. Seſe cōmunicare. ideo dicit̄ bonitas dei. Ad lr̄am eñ ſicut videmus ſenſibiliter lux habet colorem ſplendidum ⁊ candidū. Et ideo dr̄ Cādor. Lux hꝫ naturam indeficientē. ⁊ ideo dicitur Eterne. Lux habet ſplendorē illuſtrantē. ideo dicit̄ Speculū. Lux habet virtutē immaculatiuā. ideo dicit̄ ſine macula. Lux habet formā reꝑſentatiuā. ideo dicit̄ Imago. Lux hꝫ virtutem cōicatiuā. ideo dicit̄ Bonitatis dei. q2 ſcꝫ bonū eſt ſui ip̄ius cōicatiuū ⁊ diffuſiuū. Iſte ſex conditiones lucis chariſſimi. q̄ in iſta aucte notant̄. Applicant̄ ſex virtutibꝰ viri iuſti. Quia ꝓcerto in viro iuſto et perfecto debet eſſe.

Caſtitatis ⁊ ꝯtinentie pulcritudo. ideo dicit̄ Cādor lucis.
Firmitatis ⁊ permanentie longitudo. ideo dicit̄ Eterne.
Ueritatis et ſapientie certitudo. ideo dicitur Speculum.
Puritatis ⁊ innocentie ſanctitudo. ideo dr̄ Sine macula.
Honeſtatis ⁊ appentie gratitudo. ideo dicitur Imago.
Pietatis ⁊ amicicie plenitudo. ideo dicit̄ Bonitatis dei.

Dico igit̄ ꝙ vir ꝑfectus dꝫ hr̄e pulcritudinē ꝯtinentie. qđ oñdit̄ cū dr̄. Candor lucis. Candor eñ in coloribꝰ. ſignat caſtitatē in ꝟtutibus. Quia ſicut cādor eſt color inter ceteros puriſſimꝰ. faciliter tñ maculat̄. ⁊ in iſto colore plus q̄ȝ in alijs macula plus indecorat. Sic ꝟtus caſtitat̄. plus ceteris eſt purior ⁊ mūdior. faciliter tñ ꝑ luxuriā corrūpit̄. ⁊ macula. i. defectus in iſta ꝟtute indecētior ceteris iudicat̄. Plus eñ apparet macula luxurie. ⁊ magis notat̄ ⁊ citius cognoſcit̄ q̄ȝ macula ſuꝑbie vel alteriꝰ pcti. Et iō ſicut lux eſt nāliter candidi ⁊ fulgidi coloris. ſic vir ꝑfectus per ca-

ſtitatē debet eſſe cādidus. ⁊ ꝑ honeſtatē fulgidus appare-
re. vt de eo dicat̄ illud Cañ. v. Dilectus meus cādidus et
rubicundus electus ex milibus. Et bñ dicit electus ex mili
bus. q2 vix inter mille inuenit̄ hodie hō caſtus. Ideo qñ
inuenit̄ bñ poteſt mirabile reputari. iuxta illud Eccī. xliij.
Pulcritudinē candoris eius admirabit̄ oculus. Vñ bre-
uiter de luce ſpūalis hierl̄m dicit̄ Thobie. xiij. Luce ſplen
dida fulgebit. Sequit̄ oīs circuitus muroꝝ eius ex lapide
candido ⁊ nitro mundo. Candor ergo lucis. Vt ſic vir ꝑfe
ctus figuret̄ in illo filio hoīs quē vidit Ioh. Apoc. j. q̇ ha-
bebat caput ⁊ capillos cādidos ſicut lana alba. ⁊ cuius fa
cies ſicut ſol in virtute ſua lucebat. Quia ſcꝫ vir ꝑfect⁹ de
bet candorē caſtitatis hr̄e. ⁊ per caſtitatē lucere. ⁊ in capi-
te intentionis. ⁊ in capillis affectionis ⁊ in facie ꝯuerſatio
nis. Quia ſcꝫ caſtitas eſt interius et exterius obſeruanda.
qđ eſt ꝯtra hypocritas ſiles cigno. qui eſt auis exterius in
plumis candida. interius tñ in carne valde nigra. Quia vi
delicet hypocrite habēt plumā. i. exteriorē cōuerſationē ꝑ
ſimulatam caſtitatem candidā. carnē tñ interius in occul-
to habent per luxuriā denigratam. Nō ſic igit̄. ſed habeat
vir ꝑfectus caſtitatis ⁊ ꝯtinētie pulcritudinem. Candor in
quit lucis. Item vir ꝑfectus debet habere firmitatis et
ꝑſeuerantie longitudinem. qđ oſtendit̄ cum dicit̄ Eterne.
Lux eñ in ſua ꝯditione ⁊ natura ſine corruptione perpe-
tuo ꝑſeuerat. ſic vir iuſtus ſemꝑ debet in bono ꝑſeuerare
⁊ durare. ⁊ ab eſſe gratie nunq̄ corrumpi. deficere vel ceſ-
ſare. Eterne inq̄t. q2 ſcꝫ ad virū ꝑfectū ꝑtinet eterne ⁊ du-
rabiliter. nō tꝑaliter aut defectibiliter ꝑmanere. Vñ Sap̄.
x. Dedit illi claritatē eternam. Et ſequit̄. Et fuit ei in vela
mento diei. ⁊ in luce ſtellarum nocte. Iſtud tñ eſt ꝯ̄ mul-
tos qui ſunt tꝑales non eternales. Corruptibiles non du-
rabiles. Defectiui non ꝑmanſiui. Et tales ſunt vt cōmuni
ter tria genera perſonarum. vicꝫ hypocrite. falſi amici. ⁊ le
ues ſeu inconſtātes. Sed de iſtis vide ſupra in plurib⁹ lo-
cis. Iſti ergo non ſunt lux eterna ſed potius lux defectibi-
lis ⁊ infirma. Sunt eñ ſicut lux cometarū que ſubito ap-
paret ⁊ vr̄ ſtella. ſubito autē diſparet ⁊ videt̄ nulla. Vnde
de quolibet talium poteſt dici illud Iob. xviij. Expellet eū
de luce ad tenebras. Non ſic ergo. ſed habeamus firmita-
tis ⁊ ꝑmanentie longitudinē. Item vir ꝑfectus debꝫ ha
bere veritatis ⁊ eloquētie certitudinem. Speculū inquit.
Sicut eñ videmus ꝙ natura lucis eſt occulta ⁊ abſcondi
ta rerū oſtendere. ⁊ ſe et quicq̄d eſt abſconditū declarare.
Sic vere ꝯditio ⁊ ꝓprietas viri iuſti eſt ⁊ ſe ⁊ alia alijs ma
nifeſtare. Sic dico ꝙ vir iuſtus ꝑ ꝟtutem veritatis vult ſe
oībus oſtēdere. q̄lis eſt ſine aliq̄ alicuius ſimulationis vel
hypocriſis falſitate. oībus abſcōdita ⁊ ſecreta fidei et mo-
rum oſtendit. ⁊ quicquid eſt periculoſum ⁊ vtile docet pro
viribus ⁊ erudit. Iſte eñ ſicut dicit̄ Ioh. j. Eſt lux vera q̄
illuminat oēm hoīem. Et hoc oſtendit̄ cum dicit̄ Specu-
lum. Speculum eñ talis eſt nature ꝙ imaginem quā reci
pit ſtatim oſtendit. neſcit eñ aliq̄d celare. Quia ſcꝫ vir ꝑfe
ctus nihil ſcit de ſuis interiorib⁹ aliꝗ ꝑ duplicitatem. hypo
criſim ⁊ falſitatem abſcōdere. ſed per ſimplicitatē ⁊ verita
tem quicq̄d interius in corde latet ſolet oībus declarare.
Vñ. j. Cor. xiij. Videmus nūc per ſpeculum. Iſta tñ ſunt
ꝯtra falſos ⁊ deceptores q̄ nō habent naturā ſpeculi. q2. ſ.
qđ intus in corde cogitant ⁊ cōcipiunt. nō oſtendūt exteri
us neq̄ dicunt. ſimiles topaſion q̄ formā habet ſpecularē
imaginēq̄ repſentat trāſuerſam. Quia vere tales falſi ⁊ fi
cti. ſ. ꝓditores. falſi amici. adulatores. hypocrite. totū trāſ
uerſum. i. totū oppoſitū ⁊ ꝯtrariū illarum imaginationuꝫ
⁊ rerum q̄ intus habēt in corde ſeu recipiunt et cōcipiunt
ſolent exterius declarare. q2 ſcꝫ vnū habent in corde aliud
in ore. Vnū in ꝯſcientia aliud in apparētia. Iſti igitur nō
ſunt lux veritatis. ſed vmbra ⁊ tenebre totius falſitat̄ Eſa.
lix. Expectauimus lucem ⁊ ecce tenebre. Nō ſic ergo. ſed
habeamus veritatis ⁊ eloquētie certitudinē. Speculū in-
quit. Itē vir ꝑfectus ſi vult eſſe lux dꝫ hr̄e puritat̄ ⁊ in-
nocētie ſctitudinē. qđ oñdit̄ cū dr̄. Sine macula. Sicut ei
lux naturā hꝫ ita puriſſimā ꝙ nullo ꝯtactu ſordiū pōt ma
culari vel ſordidari. Sic vir ꝑfectus dꝫ eſſe ita ſctūs. inno
cens ⁊ purus. ꝙ ꝑ ꝯtactū. i. ſocietatem ⁊ vicinitatē ſordiū
id ē pctōꝝ nō poſſit aliq̄liter infici vl̄ corrūpi. Sine macula
inquit Exodi. xij. Erit enim agnus ſine macula. maſculus
anniculus. Iſti eñ dicuntur puri ⁊ innocentes Propter

| | |
|---|---|
| Mentis ſimplicitatē. q2 ſunt agnus. | Iſta ſumme ꝑ- |
| Carnis ſinceritatē. q2 ſt̄ ſine macula. | tinent ad eccleſi |
| Cordis virilitatē. quia ſunt maſculi. | aſticos. quia iſti |
| Etatis abilitatem. quia anniculi. | ꝓcipue ſine ma- |

cula luxurie debēt eſſe. Quia ſic dr̄. j. Mach. iiij. Elegit iu-
das ſacerdotes ſine macula. Et nō ꝙ tales digni ſt̄ Vt in

| | |
|---|---|
| Chriſti eccleſia collocent̄. | Debēt eñ tales in eccleſia |
| Chriſti preſentia famulent̄. | collocari. Vñ pſ̄. Dñe q̄s |
| Celi faſtigio ſublimēt̄. | habitabit in tabernaculo |

tuo. Sequit̄. Qui ingredit̄ ſine macula ⁊ operat̄ iuſticiā.
Item poſſunt digne dño famulari. Vñ Dañ. j. dr̄. ꝙ pue-
ri de ſemine regio in q̄bus nulla eſſet macula ſed q̄ pulcri
⁊ eruditi erant ſapīa debebāt introduci in palacio corā re-
ge. Quod eſt Figuratū Leuit̄. xxij. vbi hoſtie ſine macula
ꝓcipiunt̄ offerri. q2 ſcꝫ aīal qđ immolabat̄ nō debeat eſſe
cecum. ſine auribus. ſine cauda. al̄s refutabat̄. q2 ſcꝫ non
ſunt digni deo offerri in ſtatu eccleſie q̄ carent oculis per
ignorantiā. qui carēt auribus per inobedientiā. qui carēt
cauda. i. qui non habēt mortis ⁊ finis memoriā. Sicut eñ
dr̄ de Abſalone. ij. Reg. xiiij. A plāta pedis vſq̄ ad verticē
non fuit in eo aliq̄ macula. Hoc tamē aduertendū ꝙ pro-
pter maculam velleris exterius. niſi eēt caro maculata in-
terius. aīal nō repellebat̄. q2 ſcꝫ q̄uis hō habeat aliq̄s ma
culas. vel aliquos defectus ſolum exterius in vellere con-
uerſationis. Dū tamē nulla macula ſit interius in mēbris
intentionis. non eſt ꝓpter hoc reprobandus. Multi enim
ſunt qui vident̄ exterius mali. qui tñ interius ſunt valde
boni. De q̄bus dicit̄ Leui. xiij. Sciat nō eſſe lepram ſꝫ ma
culam coloris candidi. Tales ergo qui ſunt ſine macula
digni ſunt dño famulari. Itē dico ꝙ digni ſunt in celo ſub
limari vel gloriari. Ideo de innocētibus dr̄ Apoca. xiiij. ꝙ
ſine macula ſunt añ thronum dei. Boni eñ ſimiles ſūt pu
ro ⁊ immaculato balſamo. qui nunq̄ maculat veſteꝫ quā
tangit. Sed mali ſiles ſunt plumbo ſeu pici q̄ ſolent tan-
gentes maculare. q2 ſcꝫ boni q̄ ſunt ſine macula peccatoꝝ
nunq̄ alios maculāt ꝑ malum exemplum. Mali vō q̄ in
ſe ſunt pleni macula peccatoꝝ ⁊ delictoꝝ. ſolent ꝯtingen-
tes. i. vicinos et ſocios malis ꝟbis ⁊ exemplis corrumpe-
re ⁊ fedare Nume. xix. Quicquid tetigerit immundus im
mundū faciet. Sꝫ nō ſic boni. q2 ipſi ſunt ſine macula. Ta
les igitur poſſunt dici lux ꝓpter puritatis ⁊ innocētie ſan-
ctitudinē. vt de tali puritate dicat̄ illud Heſter. viij. No-
ua lux oriri viſa eſt. Itē vir ꝑfectus dꝫ habere honeſta-
tis ⁊ apparētie gratitudinē. qđ oſtendit̄ cum dr̄ Imago.
Sicut eñ lux colorat̄ ⁊ imaginat̄ ſm̄ ꝯditiones rerū per
q̄s hꝫ trāſire. Iſtud patet in luce trāſeūte ꝑ vitrū. que ad
colorem vitri ſolet colorari. Patet etiaꝫ in yride vbi radij
ſolares ꝑ elemēta ⁊ ꝑ terrā trāſeuntes induunt colorē reꝝ
ꝑ q̄s trāſeunt. ⁊ ipm̄ in yride repſentant. Et inde eſt ꝙ ibi
apparet rubeus color rōne ignis. Color celeſtis ratione ae
ris. Color ceruleus rōne aq̄ ſeu marꝭ. Color viridis rōne
terre. vbi ſcꝫ arbores herbe vireſcūt. Talis lux ꝓculdubio
dꝫ eſſe vir ꝑfectus. q2 vere quicq̄d pōt inuenire coloris ꝑ-
fectionis ⁊ ꝟtutis in rebus ꝑ q̄s tranſit. totū dꝫ induere et
totū in imaginē ꝯuerſationis ſue ꝓtendere ⁊ habere. Ali-
os eñ in bono dꝫ imitari. ⁊ ad eoꝝ diſpoſitionē dꝫ quāto
plus poterit colorari. qđ oſtendit̄ cū dr̄ Imago. Imago
eñ eſt repn̄tatiua figure ⁊ ꝯditionū illius cuius eſt imago
Quia ſcꝫ hō ꝑ honeſtatē ꝯuerſationis dꝫ in ſe habere ⁊ re
preſentare mores ⁊ ꝯditiones illius. q̄ dicit Geñ. j. Facia-
mus hominē ad imaginem ⁊ ſimilitudinem noſtrā. vt ſic
de tali honeſtate dicat̄ eiſdem illud Math. v. Luceat lux
veſtra corā hoībus vt videant opa veſtra bona. Quod ta
men eſt ꝯtra multos ſimiles ſpeculis ꝯcauis. q̄ q̄uis ima
ginem pulcerrimi hominis in ſe recipiāt. horribilem tñ re
ꝓſentāt. Quia. ſ. mali q̄uis bona bonoꝝ exempla ⁊ docu-
menta videant ⁊ audeant. horribilem tamē id eſt malam
ꝯuerſationem et vitam in ſe alijs oſtendunt et demōſtrāt
ſed de hoc vide ſupra de Imagine. Et nota ꝙ aliq̄ repſen
tant in ſe imagines diuerſarum beſtiarum Quidam

| | |
|---|---|
| Leonis per ſuperbiam. | Et iſti debēt timere illud qđ |
| Lupi per auariciam. | dicit̄ Apocal. xix. ꝙ ſcꝫ illi q̄ |

Porci per luxuriam.
Aſini per pigriciam.
Canis per inuidiam.
Vulpis per maliciam.
Apri per iracundiam.
Urſi ꝑ gulā ⁊ caſtrimargiā.

portabāt imaginem beſtie. miſſi ſunt in ſtagnū ignis et ſulphuris. Nō ſic ergo ſi habeamus honeſtatis ⁊ apparentie gratitudinē. Juxta illud .j. Theſſ. v. Oēs enī vos filij lucis eſtis ⁊ filij diei. Itē vir ꝑfectus ſi vult eſſe lux debet habere pietatis et amicicie plenitudinē qđ oſtendit͛ cum dicit͛. Bonitatis. Bonū eſt enī ſui diffuſiuū et cōicatiuū. Lux etiā eſt ſumme diffuſibilis ⁊ cōicabilis. intantuʒ ꝙ in oriente apparēs ſubito in oēs partes aeris ſe diffundit. ⁊ oibus ſe cōicat ⁊ oſ̄dit. Vn̄ etiā dicit Areſto. Or tāta eſt v̓tus ⁊ actualitas lucis. ꝙ vnus punctus lucis ſufficeret ad totū aerem illuminandū. Sic v̓o kn̄i vir iuſtus ꝑ v̓tutē charitatis ⁊ pietatis ſolet ſeipm̄ ⁊ bona ſua alijs cōmunicare ⁊ diffundere. ⁊ oēs tam ſpūaliter ꝙ̄ tpaliter adiuuare. Vn̄ de luce dicit͛ Gen̄. j. Vidit deus lucē ꝙ eſſet bona. ⁊ diuiſit lucē a tenebris. Talis enī lux bona. i. talis vir clemēs ⁊ pius. a tenebris id eſt a peccatoribus. vel a tenebris mundane miſerie diuiditur. ⁊ ſurſum in celeſti curia. id eſt gloria cū deo collocat͛. Vn̄ Dan̄. ij. dī de deo. Nouit in tenebris conſtituta. ⁊ lux cum deo eſt. Patet ergo quomodo vir iuſtus diuerſimode pōt dici lux ſcʒ Ratione

Pietatis et amicicie.
Honeſtatis ⁊ apparētie.
Puritatis ⁊ innocentie.
Veritatis ⁊ ſapientie.
Firmitatis ⁊ ꝑmanentie.
Caſtitatis ⁊ continentie.

Et ſic igit͛ bene oſtenditur ꝙ vir ꝑfectus eſt cādor lucis eterne. ſpeculū ſine macula. ⁊ imago bonitatꝭ dei. Iſta eſt igit͛ lux imitāda. Tercio dico ꝙ eſt lux cōtinenda. q̄ ſicut videmꝰ ꝙ ſtelle ⁊ luminaria ſunt contētiua forme lucis ⁊ ipſius ad alia tranſmiſſiua. Sic vere nos debemus lucem ſpūalem habere. ⁊ cā alijs infirmioribus tranſfundere ſeu dare. Lux autem iſta triplex eſt videlicet

Lux gratie.
Lux ſcientie.
Lux honeſte apparentie.

Talis enī triplex lux in bonis ꝑſonis a ſole iuſticie deo influitur. iuxta illud Eſa. xxx. Erit lux lune ſicut lux ſolis. ⁊ lux ſolis ſeptempliciter. Et ꝑ ipōs in alios trāſfundit͛ ⁊ mittit͛. Vn̄ petebat dauid. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā. ipā me dedu. ⁊ adduxerūt in montē ſanctum tuum. Vbi aduerte ꝙ talis lux eſt habenda. q̄ ſcʒ per iſtam Interius inſtruimur ⁊ corrigimur. q̄ iſta eſt veritas. Exterius ordinamur ⁊ dirigimur. q̄ iſta deduxerūt. Superius ſublimamur et erigimur. q̄ iſta adduxerūt Lux ei gr̄e ⁊ ſcie

Interius nos corrigit.
Exterius nos dirigit.
Superius nos erigit.

Dico ꝙ interius nos corrigit q̄ iſta dī veritas. Emitte inq̄t lucem tuā et veritatē. Veritas enī cōparat͛ luci q̄ tenebras erroris et falſitatis corrigit et expellit. ⁊ totū habitaculum mentis illuminat ⁊ illuſtrat. ⁊ ad illuminandū etiā alios ꝑ doctrinam ſe exterius diffundit ⁊ dilatat. Sine tali enī lumine mens nō illuminat͛. nec in pn̄ti ad ſalutē ſpūaliter informat͛. Abacuc. iij. Splēdor eius vt lux erit. Sicut enī dī. ij. Cor. iiij. Deus facit de tenebris lucē ſplēdeſcere. Itē iſta iſta lux exterius nos dirigit. Sine luce enī gr̄e. hō nō pōt nec ſe nec alios dirigere. nec ꝑicula p̄cauere. Et ideo illi q̄ ꝑ pctm̄ ſpūaliter ſunt ceci. neſciūt ſe in agilibus dirigere ſed potius ſolent deficere et errare. Aues enī lucifuge de die nō bene ſe dirigunt ſed in tenebris ſe abſcondunt. quia ſcʒ qui lucem diuine gratie fugere voluerit. in abſcōdito tenebrarū latitabit. nec ad bona opera ſe ordinabit. tales igit͛ digni ſunt carere luce ⁊ pati carcerē. ſicut dī Sap̄. xviij. Habeamus igit͛ iſtā lucem. q̄ iſta exterius nos dirigit. Deduxerunt inq̄t. q̄ ſicut dī Sap̄. x. Juſtū deduxit dn̄s ꝑ vias rectas ⁊ oſ̄dit illi regnū dei. ⁊ fuit illis in velamēto diei. ⁊ in luce ſtellaꝝ nocte. Itē iſta lux ſuperius nos erigit. Adduxerūt inq̄t in montem ſanctū tuū. Lux enī gratie ⁊ ſapientie inq̄ntum nobis oſtendit bona eterna per fidem ⁊ diſcretionem. videt͛ nos illuc adducere ⁊ erigere per ſpem ⁊ affectionē Ezech. viij. Eleuauit me ſpiritus et adduxit in hieruſalem. Unde ſurſum euntibus ⁊ deſiderantibus dicit͛ Abacuc. iij. In luce ſagittarum tuarum ibunt. in ſplendore fulgurantis haſte tue. Gratia enim et ſcientia et doctrina. dicuntur ſagitta. fulgur ſplendor et haſta. Quia ſcilicet iſtis Sicut

Sagittis pungimur ꝑ correctionē.
Splendore illuſtramur ꝑ diſcretionem.
Fulgure vrimur per dilectionem.
Haſta ſurſum leuamur ꝑ ſpem ⁊ actionē.

Et aduerte ꝙ ſicut lux habʒ oculos recreare. Occulta declarare. Vitā in animalibus generare. Sicut dī in libro fontis vite. Sic vere lux honeſte apparētie oculos aliorū delectat. vn̄ Prouerb. xv. Lux oculoꝝ letificat aiam. Lux ſapie acculta nobis declarat Job. j. Lux in tenebris lucet Lux v̓o gr̄e vitā ſpūalem anime tribuit ⁊ miniſtrat. Quia ſicut dī Joh. j. Vita erat lux hoim. Iſta eſt ergo lux cōtinenda. Veruntamē multi ſunt hodie q̄ carēt iſta luce. De q̄bus dī Hiere. iiij. Vidi terrā ⁊ ecce mouebat͛. et celos et non erat lux in eis ⁊c̄. Expone ſicut ſupra de celo. Quarto dico ꝙ lux eſt appetēda. Et iſta eſt lux eterne claritatis ⁊ felicitatis. q̄ ſurſum in glīa beatorum eſt. que tanta luce choruſcat ꝙ Nihil eſt occultum quin ibi reueletur. Nihil triſte quin ibi iocundetur. Nihil debile quin ibi roboret͛. Ciuitas enī paradiſi nō eget ſole ⁊ luna ad lucendum ſed lucerna eius eſt agnus. ſicut dī Apoc. xxj. Vn̄ nota ꝙ in paradiſo eſt lux triplici rōne vicʒ

Ratione cauſe lucem influētis.
Ratione rei lucem aſſumētis.
Ratione loci lucē cōſeruantis.

Cauſa enim influens eſt ipſe deus indefectibilis ⁊ eternus. De quo dicit͛ Eſa. lx. ⁊ ſunt verba directa ad hierl̄m ſupnam. i. ad paradiſum celeſtem. Nō erit inquit tibi ſol ad lucendū ꝑ diem. nec ſplendor lune illuminabit te. ſed erit tibi dn̄s in lucem ſempiternam. ⁊ deus tuus in glīam tuam. Res aūt lucem beatitudinis aſſumentes ſunt ipſi ſancti. qui ſunt ſpecula mundiſſima. ⁊ ad illuminationem iſtam aptiſſima. Ideo dī Sap̄. xviij. Sanctꝭ autē tuis maxima erit lux. Et illud. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis dn̄e. Locus aūt perficiens eſt ipm̄ empyreum qđ totum eſt illuminoſum. dictū a pyr qđ eſt ignis. non ratione ardoris. ſed rōne ſplendoris. Vn̄ de iſto loco pōt dici illud Exo. x. Vbicunqꝫ habitabant filij iſrael lux erat. Et breuiter dico ꝙ iſta eſt lux appetēda. Quinto dico ꝙ eſt quedam lux abhorrenda. Et iſta eſt lux humane ſagacitatis. ⁊ lux mundane ꝓſperitatis. Lux enī ſapientie mundane eſt tenebroſitas apud deū. Sicut enī dī. j. Choꝛ. iij. Sapientia huius mundi ſtulticia eſt apud deū. Legi enī ſubiecta eſt nō iuſticie. Sicut enī bufo habet oculos lucentes. claros. limpidos ⁊ acutos. ⁊ tamen lucem ſolis odit ⁊ fugit. Sic mundani ſapientes habēt oculos id eſt intellectꝰ lucentes. claros limpidos ⁊ acutos. et tamen lumen ſolis id eſt ſapiam dei fugiūt. odiunt ⁊ ꝯtemnunt. Sapiētes enī ſunt vt faciant mala. bene aūt facere neſciunt. ſicut dicitur Hiere. iiij. Utile aūt eis eſſet ꝙ lucem meridiane ſapientie non haberent. Iſta enī eſt occaſio multorum peccatorum Unde plangendo dicit Job. iij. Ut quid data eſt miſero lux ⁊c̄. Talis autem lux in morte talibus eclipſatur. Quia ſicut videmus in morte lux mundane ſapiētie deficit ſapientibus huius mundi. Quia ſicut dī Job. xviij. Lux impij extinguetur. Item lux opulentie terrene eſt abhorrenda. quia ſicut lux corrumpit oculos paruuloꝝ ꝓpter ſuam nimiam claritatem. ſic claritas mundane proſperitatis. paruulis. i. viris imperfectis eſt valde damnabilis et nociua. ⁊ multorum criminum inductiua. Iſta tamē lux eſt recte ſicut lux choruſcationis que ſubito deficit. Eſt etiaʒ ſicut lux lampadis circa quam papiliones volitāt ⁊ comburuntur. Eſt etiam ſicut lux lune in qua aues immūde volitāt et delectant͛. quia reuera in iſta luce ſoli peccatores et immundi ſe delectant. vbi tamen per multa peccata ſe deſtruunt atqꝫ cremant. Iſta tamen lux cito perit et deſtruitur. et ſubito diſſipatur. Quia videmꝰ ꝙ multi ſunt qui de ꝓſperitate ad aduerſitatem ſubito transferunt͛. et per mortem vel al's de luce ad tenebras deducunt͛. Vn̄ de talibus dicitur Job. xviij. Expellet eum de luce ad tenebras. ⁊ de orbe transferet eum. Sic ergo patet quō lux accipit͛ multipliciter. quia ſcʒ Lux eſt Honoranda. Imitanda. Continenda. Appetenda. Abhorrenda. Et hec de luce ſufficiāt. vide infra de Lumine. et de videre. et ſupra de Lucerna. ⁊ de illuminare ⁊c̄.

## Lumen. Luminare.

Nota ꝙ lumē eſt fluxus corpis luminoſi. Lux enī eſt ipſa forma lucis ſimplex. vnica ⁊ actualis ꝓut accipitur ſub ſuo nomine generali. ⁊ ꝓut omni-

bus rebus diuerſimode cõmunicat̃. Luminare autẽ eſt il‑lud corpus mundũ ⁊ politum qđ eſt aptum natum ad re‑ceptionem iſtius lucis. ſicut ſunt ſol. celum ⁊ ſtelle. Lumẽ ꝟo nihil aliud eſt ꝗ̃ ille radius ſeu fluxus emanãs ⁊ exiẽs ab ip̃o corpe luminoſo. Verũ q2 gñaliter ⁊ cõiter lumẽ dr̃ ꝗcq̃d põt illuminare. Ideo generaliter diſtinguamus. ſm ꝙ lumen ſumit̃ in ſcriptura. Et ſic dico ꝙ eſt Lumen

Superius.
Interius.
Inferius.
Exterius.

Et ſic inuenit̃ Lumen

Stelleum.
Nubeum.
Igneum.
Aereum.

Lumen ſtelleum venit a ſuperiori. Et ſic per lumen intelligitur ſpũſanctus vel chriſtus qui ſunt ſicut radij emanantes a patre. ⁊ ab ipſo inferius venientes ⁊ mundum illuminantes ⁊ irradiantes. ſicut dicitur Eſaie. lx. Venit lumen tuuȝ hierl̃m. ⁊ glĩa dñi ſup te orta eſt. ⁊ ambulabũt gẽtes in lumine tuo. Lumẽ nubeum latet in interiori ſcȝ in ventre nubis. Et iſtud eſt lumẽ gratie ⁊ ſapiẽtie. qđ in interiori cordis debet latere. ⁊ ſicut lumen qđ eſt in medio laterne debet exterius ꝑ opera lucere Iob. xxxvij. Nubes ſpargunt lumen ſuũ. Lumen igneum latet in inferiori. ſicut patet de lumine candelabri qđ eſt ɔſumptibile ⁊ defectiuũ. Et per hoc intelligit̃ claritas ꝓſperitatis mundane. que ad modum ignis licet videat̃ ſplendere. ꝓprium tamen deſtruit et cõſumit ſubiectum. alioſq; per mala deſideria calefacit. Et iſtud eſt lumen ad quod ſedens petrus negauit chriſtũ ſicut dicit̃ Luc. xxij. Vidit ancilla quedã oſtiaria petrũ ad lumen ſedentẽ. Lumen aereũ lucet in exteriori. Et ꝑ iſtud põt intelligi vir ꝑfectus. Vñ de viro ꝑfecto dr̃ Luce. xj. ꝙ lucerna nõ ponit̃ ſub modio. ſed ſup candelabrũ vt ingredientes videant lumen.

Conſtantie ſtabilitate.

Abundāt dico iuſti in humilitate. vn̄ Dauid in pſ. Elegi abiectus eē in domo dei magis q̄ habitare i tabernaculis peccatoꝝ. Itē abundāt in ſagacitate. Vn̄ Prouerb. viij. Doctrinā magis q̄ aurū eligite. Item abūdant in ſeueritate Prouer. xvj. Iniciū vite bone facere iuſticiam. accepta aūt eſt apud deū magis q̄ immolare hoſtias. Quia ſicut dicitur Prouer. xxviij. Qui corripit hoiē magis gratiam inueniet. Itē abundāt in ſocietate. Quia ſicut dicitur Prouerb. xviij. Vir amabilis ad ſocietatem magis amicus erit q̄ frater. Item abundāt in penalitate. Quia ſicut dicitur Eph. iiij. Qui furabatur iam nō furetur. magis aūt laboret manibus ſuis. Itē abundant in cōſtantie ſtabilitate ſicut apparuit in Moyſe qui magis eligebat affligi cū populo dei q̄ tpalis peccati habere iocunditatē: ſicut dicitur Heb. xj. Sed de iſta pluralitate qua quis oportet magis in vna virtute abundare. Vide. j. de Melius vel de me... i. Magis ergo pōt ſignare ꝑ ſupabundantiā in bono. Secūdo ſignat ſupabundātiā in malo. Circa qđ nota ꝙ quidā ſunt quoꝝ malicia ſemꝑ augetur ⁊ ſꝑ magis ac magis fiunt mali. Figurati in muliere emorroiſſa cui nullus medicoꝝ poterat ꝓfuiſſe. ſed magis ac magis deterius habebat. ſicut dicitur Marci. v. Siles aīalib⁹ crudelib⁹ ⁊ iniq̄s q̄ mag abundant in filijs q̄ domeſtica ⁊ vtilia. ſicut patet de cane reſpectu ouis: q2 vere mali fructificāt magis in malo q̄ boni faciāt in bono. Unde nota ꝙ mali hodie abundant In

Inani gloriatione.
Supba obſtinatione.
Brigoſa altricatione.
Filioꝝ affectiōe ⁊ dilectiōe.
Carnali delectatione.
Mandatoꝝ p̄teritione.

Dico igitur ꝙ abundāt in inani gloriatione: q2 ſicut dicitur Ioh. xij. Mali dilexerūt hoim gloriam magis q̄ dei. Dico in ſupba obſtinatiōe. vn̄ Prouer. xxix. Vidiſti hominē velocē ad loquendū: ſtulticia magis ſperāda eſt q̄ illius correctio. Dico in brigoſa litigatione. Vn̄. j. Thim. j. monet ap̄lus. ne intendatur fabulis que inquit magis generant lites. Item in filioꝝ affectione. Vn̄ heli fuit dictū. j. Reg. ij. Honoraſti filios tuos magis q̄ me. Itē in carnali delectatiōe. ij. Thi. iij. Voluptatis amatores mag q̄ dei. Itē in mādatoꝝ p̄teritione. vn̄ Hie. v. Ibo inq̄t ad optimates ⁊ loq̄r eis: ⁊ ecce ipſi magis cōfregerūt iugū. Iſtud eñ breuiter ē veꝝ ꝙ mali in h̄ mūdo ceteri hoib⁹ Magis

Inaniter gloriantur.
Pertinacitur obſtinantur.
Verbaliter altricantur.
Ad filios inclinantur.
Carnaliter delectantur.
Dei mandata p̄te-

reunt ⁊ tranſgrediuntur. Et hec igitur ſufficiāt de magis. Vide. ſ. de Abundare: ⁊ infra de Maioritate. Si vero vis de mag. magis dicere. Dic ꝙ magis quandoqꝫ ſumitur cumulatiue. ſicut cū dicitur Mat. xx. At illi multo magis clamabant. Quandoqꝫ ſumitur cōpatiue: ſicut cū dicitur. Iſtud mihi placet magis q̄ illud. ſicut Prouerb. viij. Doctrinā magis q̄ aurū eligite. Quia reuera ex libertate animi magis placet vnū q̄ aliud. De magis igitur inq̄tū ſignat ꝓfectū. augmentū ⁊ ꝯtinuationē in bono vl' in malo dicamus illud. j. Theſ. iiij. Accepiſtis inq̄t a nobis queadmodū oporteat vos ambulare ⁊ placere deo vt abūdetis magis. Nam cū deſideriū nature ſit inquietū ⁊ inde eſt ꝙ oīs res quāto magis accedit naturaliter ad terminū: tanto magis accelerat vt poſſit ꝑuenire ad finem cupitum ⁊ intentū: ſicut patet de leuibus ſurſum aſcendētib⁹. ⁊ de grauibus deorſum deſcendētibus: que quāto magis accedunt ad terminū: tanto magis ac magis accelerāt ad motum ſuum. Deſideriū eñ ⁊ natura cuiuſlibet rei ē magis ac magis verſus finem velle ꝓcedere: ⁊ magis ac magis ad terminū ſe mouere. Sic vere dicam in moralibus: q2 reuera motus animi naturalis qn̄ ad aliquem finem ſe determinauerit. ⁊ inclinauerit ſiue ad bonū ſiue ad malū. quāto magis ꝓfecerit ⁊ cōtinuauerit: tanto procerto feruentius ⁊ violentius ſe mouebit: ⁊ tāto magis ſe mouere ad ipſum terminū delectabit: ⁊ tanto magis in fine q̄ in principio abundabit. Exemplo fluminis qđ quāto magis appropinquat ad mare: tanto magis violenter tendit: et tanto magis abundāter cadit. Sic etiā aīa deuota quanto magis accedit ⁊ appropiat ꝑ cōtemplationem ad maieſtatis diuine cognitionē: que eſt finis ⁊ terminus ad quē tendit et aſpirat: tanto magis in charitatis ardore eſtuat atqꝫ flagrat: ſicut patet in illo verbo iam dicto Philip. j. Charitas veſtra magis ac magis abundet. Et illud Iob. xlij. Bn̄dixit dominus nouiſſimis iob magis q̄ in principio. In malo vero de iudeis dicitur Ioh. v. Q2 ꝓpter opera q̄ xp̄s faciebat in ſabbato iudei magis querebāt eum interficere. De malis etiam dicitur Marci. xv. Q2 principes cōcitauerūt turbā vt magis barraban peterēt. Siue ergo magis accipiatur ꝓfectiue ſiue accipiatur compatiue: dico ꝙ boni habēt ſuū magis qđ debēt eligere. mali vero ſuū mag quod ſolēt diligere. Boni q̄ volūt. Vnū mag fortis ꝯſtantie. dū contemnūt mortis imperiū. Vnū magis tute fiducie. dū eligunt clauſtri ſuſpiriū. Vnū magis docte prudentie. dū preponūt ſenſus myſterium. Vnū magis vere iuſticie quo infligunt pene cauteriū. Vnū magis pure mundicie quo declinant carnis contagiū. Vnū magis dulcis clemētie. q̄ ſupportāt fratrū naufragiū. Vnū magis digne fragrantie quo ꝓcurāt fame fumigiū. Vnū magis ꝑſeuerātie quo tolerāt mūdi litigium. Dico ergo ꝙ boni ⁊ iuſti volunt et deſiderāt vnū magis fortis ꝯſtantie. Et iſtud eſt illud magis q̄ ipſi magis eligūt mortē q̄ vitam: ⁊ magis mūdi tribulationē q̄ pacem. Exemplo bonoꝝ militū qui magis volunt eſſe in forti bello q̄ debili: ⁊ magis in periculo q̄ tuto vn̄ Thobias dicebat Thob. iij. Precipe in pace recipi ſpiritū meū. expedit eñ mihi mori magis q̄ viuere: ſicut de illis. j. Mach. j. dicitur ꝙ ipſi elegerūt magis mori q̄ cibis coinquinari gentiliū. Et ap̄ls de ſeipſo dicebat. j. Coꝝ. ix. Bonū inq̄t eſt mihi magis mori q̄ vt gloriam meā quis euacuet. Quia reuera vir ꝑfectus multo magis eligit mori ⁊ pati mortem q̄ alicui facinori cōſentire. In iſto eñ caſu verificatur illud qđ dicitur Eccs. iiij. vbi dicitur. Laudaui mag mortuos q̄ viuentes. Itē dico ꝙ iuſti ꝑeligunt vnū magis tute fiducie. ⁊ iſtud eſt: q2 ꝓcerto magis eligūt in religiōe vel in ſtatu pnie tute ⁊ ſecure viuere ⁊ humiliter manere q̄ in mūdi delicijs habitare pſ. Elegi abiectus eſſe in domo dei mei magis q̄ habitare in tabe. peccatoꝝ. Item eligūt vnū magis docte prudentie Prouer. viij. Accipite diſciplinā ⁊ nō pecuniā: doctrinā magis q̄ aurū eligite. Melior ē eñ ſapia cunctis opib⁹. Itē eligūt vnū magis qđ ē vere iuſticie Prouerb. xvj. Iniciū vite bone facere iuſticiā: accepta eñ eſt apud deū magis q̄ imolare hoſtias. Igitur faciam⁹ iuſticiā nos ⁊ alios puniendo ⁊ corrigēdo: q2 ꝓcerto ſicut dicitur Prouer. xxviij. Qui corripit hoiem magis poſtea grām inueniet apud eū q̄ qui ꝑ lingue blandimēta decipit. Itē eligūt vnū magis pure mūdicie: q2. ſ. mag diligūt caſtitatē q̄ carnalitatē: ⁊ mag carnis mūdiciā q̄ luxuriā Sap. viij. Cū eſſem magis bon⁹ veni ad corpus coinq̄natū. Et merito q2 ꝓcerto: ſicut dicitur Ecci. xxv. Cōmorari leoni ⁊ draconi placet mag q̄ habitare cū muliere nequā. Itē eligūt vnū magis qđ eſt clemētie Ecci. xxix. Pone theſaurū tuū in preceptis altiſſimi: ⁊ ecce magis ꝓderit tibi q̄ aurū. cōclude elemoſynā in corde paupis. Itē eligūnt vnū magis digne fragrācie. hoc ē dictū. bone ⁊ honeſte fame Ecci. xlj. Curā habe de bono noie: hoc eñ magis ꝑmanebit in te q̄ mille theſauri. Itē eligūt vnū mag ꝑſeuerātie ſeu patie. Vn̄. j. Coꝝ. vj. Quare non mag iniuriā accipitis: quare nō mag fraudē patimini. Et breuiter viri boni mag eligūt virtutes q̄ vicia. eternalia q̄ tpalia. bona q̄ mala. Et hec ſufficiāt Vide. j. vbi Plus. ⁊. ſ. vbi Amplius ⁊c.

**Magiſter.** Nota ꝙ mgr̄ eſt ille qui alios regit ⁊ docet. ⁊ q̄ alijs impat ⁊ dn̄at. Et

Ideo magr̄ ſignat doctores. ꝑdicatores. ductores. tutores ⁊ quoſcū̄qꝫ boim ꝑlatos. iudices ⁊ gubernatores. Poſſunt igitˀ principes ⁊ ꝑlati: ⁊ iudices ⁊ ꝑdicatores ⁊ eruditores magroꝝ noie appellari. Et dico ꝙ pn̄t accipi in bono ⁊ in malo. Et ideo notandum ꝙ nomen magiſtri eſt Nomen

Honoris.
Timoris.
Amoris.
Prelationis.
Diſcretionis.
Perſectionis.
Dilectionis.
Correctionis.

Iſta enī ſunt officia boni magr̄i ꝙ poſſit alios inſtruere ⁊ docere. qualiter debeāt taliter viuere vt poſſint vitā ꝑpetuā obtinere. Ita ꝙ congrue poſſit ei dici illud Math. xix. ⁊ Marci. x. Magr̄ bone q̄d faciendo vitā eternā poſſidebo? De illis igitˀ qui in eccl̄ia vel in ſeculo cōſtituuntˀ magr̄. pōt exponi illud verbū Gen̄. xlvij. Si q̄s nouiſti viros induſtrios conſtitue eos magr̄os pecoꝝ meorū. In q̄bus verbis aduerte. ꝙ tales mgr̄i debent diligēter examinari. Debent patiēter fortificari. Debent doctifice illuminari. Debēt canonice intronizari.

Magiſter enī debet
Honorari.
Timeri.
Amari.
Preferri.
Eſſe diſcretus.
Eſſe ꝑfectus.
Diligere
Corrigere.

Primū facit ſagax diſcuſſio. Si q̄s inquit nouiſti. Sed ſcd̄m fortis ꝑfectio: q2 debent eſſe viri. Sed tertium prudēs diſcretio: q2 debēt eſſe induſtrioſi. Quartū vo iuſta ꝓmotio. q2. ſ. debent cōſtitui magr̄i. Primo ḡ dico ꝙ tales debēt diligenter examinari. qđ oñditˀ cum dī. Si q̄s nouiſti. Et loquitˀ prelato ſuꝑiori: q2. ſ. ille qui alios magr̄os inſtituit ⁊ prefectos: debet eos ꝑmo cognoſcere. diſcutere ⁊ examinare. et de eoꝝ cōditionibꝰ ſufficiētijs ⁊ moribꝰ ſe diligētius informare. ſm̄ enī apl̄m. j. Thim̄. v. Nemini ſunt cito manꝰ imponēde. Antiq̄tus enī nullus miles ꝯſtituebatˀ niſi añ oia ꝓbaretˀ pſ. Dñe ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me. Medici etiā neceſſe eſt ꝙ ſpēs ſuas cognoſcāt ⁊ videāt anteq̄ꝫ in electuario ipſas ponāt. Pugiles etiā ꝑmo ſolēt equos ſuos diligenter videre ⁊ ꝓbare: anteq̄ꝫ onus prelij eiſdem audeāt cōmittere. Quia breuiter nulli eſt onus ꝑlationis vel publici officij ꝯcedendū: niſi primo diligēter ꝓbetˀ ⁊ niſi mores ipſius cognoſcantˀ. Si q̄s inq̄t nouiſti. Ideo ꝑcipitˀ Prouerb. xxvij. Diligēter agnoſce vultū pecoris tui: tuoſq̄ꝫ greges cōſidera. Vñ ſuꝑiori debet dici illud Nume. xj. Noſti ꝙ ſenes ppl̄i ſunt ⁊ magr̄i. Quia. ſ. ad illuꝫ ꝑtinet noſcere ꝓmouēdos ⁊ magiſtrādos ⁊ eoꝝ ſufficiētias ꝓuidere. Sacerdotes enī ⁊ leuite anteq̄ꝫ ꝯſecrarentˀ. ad oſtiū tabernaculi ſacerdotibꝰ ⁊ maioribꝰ offerebantˀ. vt diligēter viſo ꝙ in eis nō eſſet aliqua macula ad ſuū officiū admitterentˀ. ſicut dī Exo. xxviij. Applica ad te aaron ⁊ filios eius. ⁊ Nume. viij. Applica leuitas ad oſtiū tabernaculi ⁊c̄. Ad denotandū ꝙ illi q̄ debent fieri leuite vel ſacerdotes. id ē. q̄ debent aliqđ officiū ſeu gradū vel magiſteriū pre alijs obtinere. ꝑmo debent ad ſuꝑiores applicari. ⁊ viſo et cognito ꝙ nullā habeant inſufficiētie maculā. tunc debēt ad dictū magiſteriū ordinari. Vt de tali dicatˀ illud Mat. xij. Magiſter volumꝰ a te ſignum videre. Si q̄s ergo noſti. q. d. neceſſe eſt ꝙ ꝑmo noſcas: q2. ſ. ipſi debēt diligēter examinari.

Secūdo dico ꝙ ipſi debēt patiēter fortificari. Viros inquit: q2. ſ. iſti debēt eſſe fortes. conſtantes. ꝑfecti ⁊ virtuoſi. Viri enī. i. virtuoſi debent eſſe ꝓpter tria. vꝫ Ad ſubditorū

Correctionem.
Diſcipuloꝝ defenſionē.
Inferiorū refectionē.

Mgr̄i enī debent ſubditos viriliˀ corrigere Luce. xix. Magiſter increpa diſcipulos tuos. Itē debent eos vtiliter defendere. Vñ Marci. iiij. Magr̄ nōne ad te ꝑtinet: q2 ꝑimus? q. d. Ad te ꝑtinet ſaluare. Itē debent eos benigniter reficere. vñ Marci. xiiij. Magr̄ dicit. vbi eſt refectio mea vt cū diſcipulis meis manducem? Vt ſic de talibꝰ magr̄is dicatˀ illud Eccl̄i. xliiij. Hij ſunt viri miſcdie. Viros ergo inq̄t. Vide de viro. ⁊. ſ. in multis titulis. q2 plures ſunt auctoritates diuiſe. Unde Exo. xviij. Prouide de om̄i plebe viros potētes ⁊ timētes deū. in quibus ſit veritas: ⁊ qui oderūt auariciaꝫ: ⁊ cōſtitue ex eis tribunos ⁊ centuriones ⁊ decanos. Vide eam. ſ. de Excelſo. Iſti igitˀ debēt viriliter fortificari. Viros inq̄t.

Tertio dico ꝙ iſti debent doctifice ⁊ ſagaciter illuminari: quia. ſ. iſti debēt eſſe illuminati ꝑ ſciam ⁊ doctrinā. qđ oſtenditˀ in verbo. Induſtrios. Induſtria enī idem ē ꝙ certa ſcia vel prudentia. que. ſ. ſumme requiritˀ in magr̄o ſpiritali. Unde. iij Reg. xj. dicitˀ. Vidēs ſalomon adoleſcētem bone indolis ⁊ induſtriū cōſtituit eum prefectuꝫ. Corꝑa enī ſuꝑiora ſunt lumine pleniora: q2. ſ. illi q̄ ſunt alioꝝ magr̄i ⁊ ſuꝑiores. debent eſſe lumine ſapie ⁊ prudētie pleniores. Vñ nota ꝙ tales magr̄i debent eſſe prudentes ⁊ docti. Vt ꝑ ip̄os ſubditi

Exemplariter precedentˀ.
Salutariter doceantˀ.
Singulariter cōſulentur.

Debēt enī boni mgr̄i alios ꝑ bonū exemplū precedere Math. viij. Magr̄ ſequar te quocūq̄ꝫ ieris. Item debent eos in bonis moribꝰ inſtruere. vñ Math. xxij. Magr̄ ſcimus q2 verax es: ⁊ viam dei in veritate doces. Item debēt eis in agilibus cōſulere. Iđ petebat qui dicebat Luce. xviij. Magr̄ bone quid faciendo vitam eternā poſſidebo? q. d. ad te ꝑtinet cōſulere quid ſit agendum. Patet ergo ꝙ iſti debent ſagaciter illuminari.

Quarto dico ꝙ ipſi debent ſublimiter auctorizari ⁊ intronizari: quia. ſ. ipſi debēt eſſe magr̄i pecorum. i. ſubditorum: dicētes illud Ioh. xiij. Vocatis me magr̄ ⁊ dñe ⁊ bn̄ dicitis. ſum etenim. Sed nota ꝙ illi q̄ magr̄i. i. ꝑncipes: iudices: vel prelati cōſtituuntˀ: q̄tuor ꝯditiones debēt hr̄e ⁊c̄. Vide bn̄. ſ. de excelſo vbi ponitˀ illa auctas. Cōſtituit eum ſuꝑ excelſam terrā ⁊c̄. Patet ḡ quō magr̄ ſumitˀ in bono.

Sed adhuc dico ꝙ magr̄ pōt ſumi in malo. Et ſic nota ꝙ multa ſunt genera maloꝝ magr̄oruꝫ. Sunt enī Magr̄i

Crudeliſſimi.
Mendaciſſimi.
Nimis ignorātes.
Valde gloriātes.

De magr̄is crudelibus dī Exo. j. Or pharao ꝯſtituit viros impios ⁊ iniq̄s magr̄os operū vt affligerēt filios iſrl̄ oneribus. De magr̄is mēdacibus dī. ij. Pet. ij. In vobis erunt magr̄i mendacioꝝ. De magr̄is ignorātibus dī Ioh. iij. Tu magr̄ in iſrl̄ es ⁊ hec ignoras. Et Heb. v. Cum deberetis mgr̄i fieri ꝓpter tp̄s: rurſum indigetis vt doceamini. De magr̄is gloriātibꝰ dī. ij. Thim̄. iiij. Coaceruabunt ſibi mgr̄os pruriētes auribꝰ. i. auditū vane glorie appetētes. Et hec de malis magr̄is ſufficiant.

**Magiſtratus.** Nota ꝙ Magiſtratus qñq̄ꝫ accipitˀ ꝓ ipſo officio ſeu magiſterio publico in q̄ cōſtituuntˀ illi q̄ habēt rem publicam gubernare. Qñq̄ꝫ vo ſumitˀ magr̄atꝰ ꝓ illis ꝑſonis q̄ in talibus officijs ꝑferuntˀ. Et de iſtis ſi vis nō ꝙ dn̄t eē Ceterꝭ

Liberiores ꝓ tenendis magnis honoribꝰ.
Clementiores ꝓ tuendis pauperibus.
Sagatiores ꝓ fouendis cauſis in iuribus.
Sinceriores ꝓ agendis ſanctis opibus.
Seueriores ꝓ plectendis prauis ſceleribus.

Igitˀ dico ꝙ magr̄atus ⁊ ꝑſone publice debēt eſſe ceteris liberiores ⁊ in honoribus ampliores. Debent enī alios in gradu et ſtatu precellere: honoribus et priuilegijs precedere: vt. ſ. ip̄os alij debeant revereri ⁊ eis efficaciter obedire. De libertate enī taliū ſatꝭ apparebat apud romanos: vbi illi q̄ erāt in aliq̄ publico mgr̄atu durāte ipſo nō poterāt ſuꝑ quocūq̄ꝫ crimine cōueniri. imo neceſſe erat ꝙ finiretˀ ſuū officiū ⁊ expectaretˀ anteq̄ꝫ q̄s poſſet ſibi dicere aut eū ſuꝑ crimine moleſtare. Liber enī debebat eſſe durante officio: ⁊ honoris ⁊ libertatis gaudere priuilegio Iudith. ij. Holofernes vocauit duces ⁊ magr̄atus virtutꝭ aſſirioꝝ. Vñ de dignitate ⁊ ꝑtāte talis mgr̄atus dī. j. Mach. viij. Or romani cōmittūt vni hoi mgr̄atū ſuū ꝑ ſingulos annos dñari vniuerſe terre ſue. ⁊ oēs obediūt vni. ⁊ inuidia ⁊ zelus nō eſt intˀ eos. Sunt igitur ceteris liberiores.

Itē dico ꝙ iſti debent eſſe ceteris clemētiores. ſ. ad cās pauperū ꝯfouēdas ꝯ̄ maliciā tyrānoꝝ. Vñ dī de illis magiſtratibꝰ q̄ videtes iuſticiā pauli ⁊ ſyle ꝑceperūt ꝙ de carcere liberarentˀ Actˀ. xvj. Vñ ibidē. Miſerūt magr̄atus vt dimittamini.

Itē debēt eſſe ceteris diſcretiores ſeu ſagaciores. ad qđ pōt applicari: licꝫ extorte illud Nee. vij. Congregaui optimates ⁊ mgr̄atꝰ ⁊ inueni librū cēſus eoꝝ. Et etiā de diſcretōe ⁊ tꝑantia taliū pt̄ dici illđ Actˀ. v. Or abijt magr̄atꝰ cū miniſtris ⁊ adduxit apl̄os. ſ. in ꝯſiliū ſine vlla vi.

Item debent eſſe ceteris ſinceriores. ſ. in cōſciētia: q̄ꝛ omia que agūt debēt facē iuſte: pure ſancte: ſinceriter atq̄ꝫ mūde: ⁊ cum mūda ⁊ ſancta intentione Nee. xij. Steterūt duo chori laudātiū in domo dei. ⁊ ego ⁊ dimidia pars magiſtratuū mecū.

Item debent eſſe ceteris ſeueriores. ſcꝫ ad malos puniēdū: ⁊ exterminādū quādo nō poſſunt alˀs caſtigari. Unde. ij. Eſdre. j. dicitˀ. ꝙ magiſtratus alligauit ioachim ⁊ duxit in egyptum. Iſta ergo poſſunt dici de ma

giſtratoꝝ in bono. Sed reuera quia vt plurimū moderni magiſtratus ⁊ officiales. optimates ⁊ potētes magis excedunt ꝙ̄ ꝓcedunt. magis deficiūt ꝙ̄ ꝓficiunt. magis offendunt ꝙ̄ defendunt: ideo de talibus eſt notandū ꝙ iſti ſunt

In delicijs laxiores.
In luxurijs potiores.
In cōſilijs nequiores.
In infernalibus ſuppli-

cijs triſtiores. Dico ergo ꝙ tales ſunt ceterꝭ laxiores in cōuiuijs ſeu in gule ⁊ caſtrimargie delicijs. vnde .ij. Eſdre .iij. Rex darius fecit cenaꝫ magnā omnibus magiſtratibus ⁊c̄. ſequit̄. Et cū mādicaſſent ⁊ bibiſſent ⁊ ſatiati eſſent reuertebant̄. Item dico ꝙ tales ſunt ceteris ꝓmptiores in luxurijs. Et .j. Eſdre .ix. dr̄. ꝙ in aſſumptione vxorū alienigenarū cōtra legem manꝰ magiſtratuū fuerat prima in trāſgreſſione hac. Et .ij. Eſdre .viij. dr̄. ꝙ participes erāt prepoſiti ⁊ magiſtratus iniq̄tatis huius. Item dico ꝙ tales ſunt ceteris nequiores in cōſilijs. Patet Dan̄ .vj. vbi dr̄. ꝙ cōſilium inuenerūt cūcti principes regni magr̄atus ⁊ ſatrapes ſcꝫ quō Daniel innocēs poneret̄ in lacum leonū. Item dico ꝙ tales ſunt ſeu finaliter erunt ceteris viliores ſeu triſtiores in ſupplicijs .ſ. in inferno. Vn̄ de talibus dr̄ cōminatiue illud Hiere .lj. Collidam in te .ſ. o inferne duces ⁊ magiſtratus: ⁊ reddam babyloni ⁊ cūctis habitatoribus caldee om̄e malū ſuū qđ fecerūt in ſyon. Sic ǵ patet quō magr̄atus in bono ſumit̄ ⁊ in malo.

**Magnates.** Nota ꝙ ad hoc ꝙ homo poſſit a principibꝰ ⁊ magr̄atibꝰ vtilitatem aliqua reportare. vel erga ipos digne ⁊ laudabiliter ſe hr̄e. plura ſunt nc̄caria: ſic innuit̄ in ſcp̄tura. vꝫ ꝙ in ipo ſit

Humilitas ⁊ reuerētia.
Maturitas ⁊ patia.
Subtilitas ⁊ ſapia.
Stabilitas ⁊ ꝑmanētia.
Sedulitas ⁊ diligentia.
Taciturnitas ⁊ ſuſtinētia.

Eſt dico neceſſariū ꝙ homo habeat reuerentiā cuꝫ humilitate Ecci .iiij. Preſbytero humilia aniam tuam et magnati humilia caput tuū. Itē patientiam cum maturitate .ſ. patienter ⁊ ſine murmure ⁊ gratāter ⁊ ſine querela debet beneficia eorum recipere: ⁊ correctiōes ⁊ iniurias ſuſtinere Ecci .viij. Fruere magnatis ſine querela. Item ſapientiā cum ſubtilitate ſeu ſagacitate: quia ſicut dr̄ Ecci .xx. Homo prudens placebit magnatis. Item ꝑmanētiam ⁊ ſtabilitatem Sicut em̄ dicit̄ Ecci .xj. Sapientia humiliati exaltabit caput: ⁊ in medio magnatoꝝ cōſedere illū faciet. Conſedere em̄ ꝑmanentiam ⁊ ſtabilitatē ſignat Ecci .xxiij. In medio magnatoꝝ conſiſtis. Item diligentiā cum ſedulitate. Unde de ſapiētia dicit̄ Ecci .xxxix. ꝙ occulta ꝓuerbioꝝ exquiret: ⁊ in abſconditis parabolarū cōuerſabit̄. in medio magnatoꝝ miniſtrabit: ⁊ in ꝯſpectu preſidis apparebit. Miniſtrare em̄ diligentem ſedulitatē deſignat. Item diligētiā cum taciturnitate Ecci .xxxij. Loqui in medio magnatoꝝ nō preſumas: ⁊ vbi ſunt ſenes nō multum loquaris. Iſta em̄ ſi vis applica ad veros principes ⁊ magnatos .ſ. ad deum ⁊ ad ſanctos: vel ad bonos prelatos ⁊ viros ꝑfectos ⁊ doctos: quia .ſ. iſti a nobis ſunt iſtis ſex cōditionibos honorandi: ⁊ ꝓfatis modis colendi ⁊ frequētandi ⁊c̄. Vide vbi Princeps. Prelatus. Dn̄s ⁊c̄.

**Magnanimitas.** Cū magnanimitas ſit virtꝰ moralis a magnitudine animi ſic vocata. de q̄ tractat Ariſ. in ethicis. ⁊ Seneca. in libello ſuo de moribꝰ: notab ꝙ ad magnimū ꝑtiet

Magnū exiſtere.
Magnis inſiſtere.
Magnis reſiſtere.
Magnis ignoſcere.
Magna cogſcere.
Magna deſpicere.

Primo dico ꝙ ad magnanimū. id eſt ad hoiem magnū habentem animū ꝑtinet magnū exiſtere .ſ. in virtutibus ⁊ moribꝰ. Non poteſt em̄ q̄s magnū animū gerere: niſi q̄ virtutibus nouerit magnꝰ eſſe. Vn̄ Ezech. .xxxj. de cedro paradiſi dr̄. Eratq; pulcerrimus in magnitudine ſua: ⁊ in dilatione arbuſtoꝝ ſuoꝝ. Erat em̄ radix illius ſuꝑ aquas mľtas ⁊c̄. Expone. Unde de magnitudine virtutis: que .ſ. minorari neſcit nec deficere. dicit Seneca. Magnanimus em̄ ſtat rectus ſub onere. nulla eū res minorem facit: nihil ei diſplicet eoꝝ que ferēda ſunt: quicq̄d cadere in hoiem pōt: in ſe caderen̄ ꝯ querit̄. vires ſuas nouit: vincit virtute fortunā. Igitur ad magnanimuꝫ ꝑtinet magnū exiſtere. Scđo dico ꝙ ad ipum pertinet magnis inſiſtere: quia .ſ. rebus magnis ⁊ arduis .ſ. celeſtibꝰ: perpetuis ⁊ ſuꝑnis cordialiter aſſiſtit: magniſq; ⁊ ſolēnibus factis ⁊ dictis actualiter inſiſtit. dicēs .ſ. illud Prouerb. .viij. Audite me quoniā de rebus magnis locutura ſum. aperient̄ labia vt recta predicent. Veritatem meditabit̄ guttur meū: ⁊ labia mea deteſtabunt̄ impiū. Iuſti ſunt om̄es ſermones mei: non eſt in eis prauū quid. neq; ꝑuerſum. Et reuera vir magnanimꝰ ⁊ generoſus magna ſentit: magna facit: magna dicit. veritatē diligit. rectitudinē ſectat̄: ⁊ alterū decipe ſeu fraudē cōmittere dedignat̄. Vn̄ Tullius .j. li. de officijs. vbi agit̄ de his circa q̄ fortis ⁊ magnus animꝰ verſatur: dicit in principio. Cum ſis ita anio affectus (ſupple forti ⁊ magno) vt ſupra dixi. res geras magnas ⁊c̄. Spectat igr̄ ad magnanimū magnis inſiſtere. Tertio dico ꝙ ad ipm ſpectat magnis reſiſtere. Vir em̄ ꝑfectus ⁊ magnanimus fortune duris caſibus nō ſuccumbit. q̄nimo quāto magis grauia ⁊ difficilia ſibi incūbunt ⁊ imminēt: tāto fortius ⁊ virilius in ſeipſo reſidet ⁊ reſiſtit. Teſte em̄ Tullio vbi ſupra. Magnanimitas eſt rō difficiliū aggreſſiua. Vn̄ ait ꝙ ad magnanimū ꝑtinet nec ꝑturbatione hominū ſuccumbere nec fortune. Unde Sene. in ꝑſona magnanimi dicebat in epľa. Pauꝑ fiam. inter plures ero. Exul fiam. vbi me natum putabo. Quo mittar: nō curo. Vni angulo nō ſum natus: patria mea totus hic eſt mūdus. Idē etiaꝫ Sene. Epiſtola .xxviij. cōꝑat virū magnanimū iſtis anialibus maximis ⁊ ſtupendis: ſicut ſunt elephātes ⁊ cetegrādia: quia .ſ. iſta nō facile ſentiūt iacula venatoꝝ. Unde ait. ꝙ propriū eſt magne fere nō ſentire a iaculo ſe percuſſam. Imanis em̄ fera ad latratus canū lente reſpicit. Sic reuera vult Seneca. ſupponere de viro magnanimo: ꝙ ſcilꝫ latratus ⁊ morſus: impetus ⁊ conatꝰ ſcit magnanimo deſpicere cuncta calcare ⁊ cōtēnere: ⁊ quāto plures ſuſtinet tāto fortior ⁊ letior apparere. Exēplo aeris q̄ tūc apparet ſerenior quādo ꝓceſſerit aura maior. Exēplo etiā ſyderū que tūc letius rutilāt atq; ridēt: quādo frigora plus abūdāt. Ad qđ facit illud quod dixit Seneca epiſtola .lxv. Magnanimo inquit de rebus magnis iudicāduꝫ eſt. fortunatior eſt qui aſperis nō mouet̄ ꝙ̄ qui proſperis ꝓmouet̄. nō eſt miruꝫ in trāquillitate non cōcuti: ſed illud mirare ibi aliquē ſtare vbi om̄es iacēt: ⁊ ibi aliquē extolli vbi alij deficiūt. Igit̄ ad magnanimū pertinet magnis reſiſtere. Quarto dico ꝙ ad ipm ꝑtinet magnis ignoſcere. Ad magnanimū em̄ pertinet magnis iniurijs indulgere. victis hoſtibus parcere. ⁊ contra foliū qđ a vento rapit̄ ſuaꝫ fortitudinē nō mōſtrare. Exēplo illius impatoris romani qui cuꝫ herodē regem viciſſet: ita ꝙ flexis genibus herodes coronā ſuā an̄ pedes ipſius poſuiſſet. impator ipſe coronā in caput herodis repoſuit. iniurias remiſit ⁊ vitam ⁊ regnū cōceſſit dicens ad eandē potentiā magnanimā pertinere. reges deponē ⁊ facere ⁊ rogās ꝙ decetero romanoꝝ amicicias expiri mallet ꝙ̄ arma. Et ad hoc facit Sene. in li. de q̄tuor virtutibꝰ vbi dixit. Si magnanimꝰ inq̄t fueris. nō tibi fieri iniuriā iudicabis: ⁊ de inimico dices nō nocuit ſ₃ nocere voluit. vindictā putabis vindicare potuiſſe. ſcito em̄ magnū ⁊ honeſtū vindicte genus eē ignoſcere. Igit̄ ad magnanimū ꝑtinet magna ignoſcere. Quinto dico ꝙ ad ipm ꝑtinet magna cognoſcere: q₂ reuera magnanimꝰ magna ⁊ ardua oꝑa dei ⁊ nature inq̄rit ⁊ ꝑſcrutat̄. de rebꝰ ꝟo paruis ⁊ cōibus inquirere dedignat̄: dicēs .ſ. illud Sene. ꝓallegatū. Magno anio de rebꝰ magnis iudicādū eſt. Sexto dico ꝙ ad magnanimū ꝑtinet magna deſpicere: q₂ ꝓcerto nihil eſt tā magnū in rebꝰ mūdanis quod magnanimo poſſit equiꝑari. Quicq̄d em̄ magnū eſt ſiue in ꝓſperis ſiue in aduerſis: vir magnanimus vilipēdit: ⁊ tanq̄ ſe minora om̄ia deſpicit ⁊ ꝯtemnit. Exemplo leonis qui pre magnitudine animi alia animalia ꝙ̄uis ſe maiora ſolet toruo vultu deſpicere: eorū virtutes ⁊ magnitudinē contēnere: ⁊ contra ipſa viriliter ꝓualere. Teſte em̄ Sene. epiſtola .xxiij. Facilius eſt totaꝫ gētē vincere ꝙ̄ magnanimū. Et breuiter ſicut idē dicit lib. de moribꝰ. Nihil magnū in rebꝰ niſi animꝰ magna deſpiciens. Iſte ſunt ergo ſex virtutes hoīs magnanimi. vt vꝫ.

Magna deſpiciat.
Magna cognoſcat.
Magnis ignoſcat.
Magnis reſiſtat.

Aduerte tn̄ ꝙ magnanimitas debet cōtineri infra limites rationis Nam ꝓut dixit idem Sene. li. de quatuor virtutibꝰ magnanimitas

Magnis inſiſtat. ſi excedit. virū facit ſupbum tumi-
Magnis exiſtat. dum et minacem inflatum turbi-
dum ⁊ motiuū. Menſura ergo magnanimitatis eſt nec ti-
midum eſſe hominē nec audacem. Eris inquit magnani-
mus ſi pericula non appetas vt temerarius: nec formides
vt timidus. Magnitudo eñi animi ſi a cōitate hoim ſit re-
mota. feritas ⁊ immanitas dr̄. nō magnanimitas. Hec igi-
tur de magnanimitate ſufficiant ⁊c̄.

## Magnalia dei.

Uide infra vbi Mirabi-
lia.

## Magnificare.

Nota ꝙ magnificentia idem
eſt ꝙ honorificentia ⁊ ſtatus
excellētia. Et magnificare idē eſt ꝙ honorificare: laudare
⁊ glorificare. Et nota ꝙ magnificentia .i. honor ⁊ excellētia
Quedā eſt glorioſa.
Quedā eſt virtuoſa.
Quedā eſt vicioſa.
Magnificētia glorioſa eſt excel-
lentia deitatis: quia deus eſt ſup
oīa glorificādus. laudandus ⁊
magnificādus. vñ in pſ̄. Laudabo nomē dei cuꝫ cantico. ⁊
magnificabo eum in laude. Magnificentia virtuoſa ē glo-
rificatio viri iuſti. De qua dr̄. ij. Paral. ix. Magnificatus
eſt rex ſalomon ſup omnes reges terre. Magnificētia vi-
cioſa eſt magnificatio. laus ⁊ honorificatio pctōꝝ: ⁊ iſta ni-
hil aliud eſt ꝙ ꝓſperitas maloꝝ: quia .ſ. mali ſepe magnifi-
cant̄: famant̄ ⁊ glorificant̄ plus ꝙ alij. Vñ Hiere. v. Ma-
gnificti ſunt ⁊ ditati. impinguati ſunt ⁊ dilatati: ⁊ ꝑterierūt
ſermones meos. Sed qꝛ longū eſſet materiā iſtam ꝓſequi
Uide. ſ. de laude. de gloria. de honore. de flama ⁊ de adula-
tione. Et ſic ſcies qd̄ ē magnificētio ſiue in bono ſiue i ma-
lo. Verūtamē ne ita tranſeā pede ſicco. dicam aliqd̄ de iſta
triplici magnificentia. Eſt igitur dico Magnificentia
Summi creatoris.
Iuſti viatoris.
Vani peccatoris.
Primo igit̄ dico ꝙ eſt magificen-
tia ſummi creatoris. Creator eñi in
ſe magnus ⁊ magnificus dr̄. reſpe-
ctu vo noſtri magnificatus ⁊ plenus excellētia. laude gloria
⁊ magnificētia reperit̄. Magnificare .n. dꝫ ſup oia creatu-
ra creatorē. captiu⁹ redēptorē. debellatus liberatorē. Cū igr̄
de⁹ ſit noſter creator q̄ nos creauit cū nō eſſemus. nr̄ redē-
ptor q̄ nos redemit cum errassemus. noſter liberator qui
nos liberauit cū perijſſemus. merito dico ꝙ debemus ipm
magnificare .i. ipm exultādo ⁊ laudādo magnum facere et
glorificare. dicendo .ſ. illud pſ̄. Laudabo nomē dei cum cā-
tico: ⁊ magnificabo eum in laude. Et placebit ei ſuper vitu-
lum nouellum: cornua ꝓducentē ⁊ vngulas. Et reuera il-
lud eſt qd̄ ſumme deo placet .ſ. ipm laudare ⁊ magnificare
Iſtud eſt eñi vnū ſolū qd̄ ſibi offerre poſſumus. vt .ſ. ipſius
virtutes ⁊ magnificentias exaltemus: ⁊ vt eius magnalia
collaudem⁹: ſicut faciebat ille nabuchodonoſor Dañ. iiij.
dicens. Laudo inquit. magnifico ⁊ glorifico regem celi. q̄a
oīa opera eius vera. ⁊ vie eius iudicia. ⁊ gradiētes in ſu-
perbia poteſt humiliare. Ubi nota ꝙ deus eſt magnifican-
dus ⁊ laudandus .ſ. Propter eius eſſentiā q̄ nunꝙ defluit.
Vera inqt. Propter eius clementiā q̄ ſemper influit. Celi.
Propter eius prudentiā que cūcta ſtatuit: regem a regen-
do. Propter eius potentiā que mira cōſtruit. Opa eius.
Propter eius iuſticiam que mala deſtruit: quia vie eius
iudicia ⁊ gradientes ⁊c̄. Quia reuera huius eſſentia nūꝙ
deficit. Clemētia ſemper ꝑficit. Prudētia cūcta conſpicit.
Potentia mira perficit. Iuſticia malos ſeu mala deijcit.
Eſt eñi iſte Exiſtendo veriſſimus. Uera. Influendo largiſ-
ſimus. Celi. Prouidendo doctiſſimus. Regem. Opando
fortiſſimus. Opera. Caſtigādo iuſtiſſimus. Iudicia. Iſta
eñi quinꝫ faciūt deum laudabilem ⁊ quēlibet magnificū
.ſ. qm̄ Magnus eſt: quo ad eſſentiā ⁊ nobilitatē. Magna
dat: quo ad clementiā ⁊ liberalitatē. Magna ſcit: quo ad
prudentiam ⁊ ſagacitatem. Magna facit: quo ad potētiā
⁊ ſtrennuitatem. Magnis reſiſtit: quo ad iuſticiam ⁊ ſe-
ueritatem. Igit̄ dico ꝙ magnificare debem⁹ deuꝫ ꝓpter
eius eſſentiā inuariabileꝫ. Uera inquit: quia quicqd eſt in
eo totum eſt certū ⁊ verum: nihil eſt in eo fictum. variabile
ſeu vanum: ſed totū eſſentiale: perpetuū ⁊ eternū. Magni-
ficet̄ ergo fortitudo domini Nume. xiiij. Et in pſ̄. dr̄. Ma-
gnificate dñm mecū: ⁊ exaltem⁹ nomē eius inidipm. q. d.
Idem ipſe ex ſeipſo eſt magnificabilis: vt ſic dicat homo
illud pſ̄. Benedic anima mea dño: dñe deus meus magni-
ficatus es vehementer. Confeſſionem ⁊ decorem induiſti.
amictus lumine ſicut veſtimento. Uera inquit. Unde de
veritate diuine eſſentie poteſt dici illud .ij. Eſdre. iiij. Veri-
tas manet ⁊ inualeſcit ineternū: ⁊ viuit ⁊ obtinet in ſecula
ſeculoꝝ. Sequit̄. Magna ē veritas ⁊ inualeſcit. Magni-
ficemus ergo deum ꝓpter eius eſſentiā inuariabilem. Ue-
ra inqt. Item deum magnificare debem⁹ ꝓpter eius cle-
mentiam inexhauſtibilem: que .ſ. oſtendit̄ cum dicit̄. Celi.
Celū eñi ſp influit. ſemper radios mittit: oīa continet: et
oīa nutrit. Sic deus per ſuam largiſſimā ⁊ largifluā lar-
gitatem quia iſte dat magnifice bona ⁊ dona. terrena. ſpi-
ritualia ⁊ eterna. Figuratus in rege aſſuero. de quo dicit̄
Heſter. ij. ꝙ ipſe fecit cōuiuium ꝑmagnificū cunctis prin-
cipibus ⁊ ſeruis ſuis. ⁊ dedit requieꝫ vniuerſis prouincijs
ac dona largitus eſt iuxta magnificentiā principalem. Celi
inquit pſ̄. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper celos. q. di.
Dei magnificentia amplius largitur ⁊ influit ꝙ faciāt ipſi
celi. Magnificentia eñi eius ⁊ virtus eius in nubibus. que
ſcꝫ pluuiam largiunt̄ ⁊ rorem. Magnificet̄ ergo deus ꝓ-
pter eius clementiam inextimabilem. Celi inquit. Item
deus magnificet̄ ꝓpter eius prudentiam ſeu ꝓuidentiam
indeceptibilem. regem inqt. qui .ſ. dr̄ a regendo: quia ſcꝫ in
ipſo eſt prudētia ⁊ ſapia infinita qua cuncta regunt̄ ⁊ diſ-
ponūtur Dañ. iiij. Arborem inqt quam vidiſti ſublimē cu-
ius aſpectus in omnē terram ⁊ rami eius pulcerrimi. fru-
ctus eius nimius ⁊ eſca vniuerſoꝝ in ea: ⁊ ſubter eam ha-
bitātes beſtie agri: ⁊ in ramis eius aues celi. tu es rex qui
magnificatus es. inualuiſti. et magnitudo tua creuit vſqꝫ
ad celum. ⁊ poteſtas tua in vniuerſa terra. Iſta eñi expo-
ne de deo ⁊ de eius ſapia ⁊ prouidentia regitina. que .ſ. dat
eſcam oīi carni ⁊ de oībus prouidet vniuerſis. Ut de ta-
li rege cūcta magnifice gubernāte dicatur illud .ij. Paral.
.ix. Magnificatus eſt rex Salomō ſuper oēs reges vni-
uerſe terre. Magnificemus igitur deum ꝓpter eius prudē-
tiam indeceptibileꝫ. Regem inqt pſ̄. Qꝫ magnificata ſunt
opera tua domine oīa in ſapiētia feciſti. impleta eſt ter-
ra poſſeſſione tua. Item magnificet̄ deus ꝓpter ſuam
potētiam inſupabilem. Opera inquit. Quia reuera potē-
tia ipſius ſumme apparet ⁊ apparuit in magnificis operi-
bus que oīi die ꝑficit ⁊ q̄ fecit. de q̄ ſatis ꝓprie loquit̄ da-
uid dicēs. Potētiā tuā ⁊ iuſticiā tuā deus vſqꝫ in altiſſima
q̄ feciſti magnalia deus qs ſilis tibi. Vñ ſibi dicit̄ Exo. xv.
Quis ſilis tui magnificus in ſctitate: terribilis atqꝫ lauda-
bilis ⁊ faciens mirabilia. Et reuera magnifica ⁊ magnalia
Opera creationis.
Opera redemptionis.
Opera gubernationis.
Opera iudicij finalis
deciſionis ⁊ ordinatōis. Et hoc
in auctoritate oſtenditur cuꝫ di-
cit̄. Oīa opera eius. vñ Ecci.
xvij. dr̄. ꝙ deus voluit oſtēdere
ſanctis ſuis magnalia operum ſuoꝝ: ⁊ gloriam in mirabi-
libus ipſius. vt enarrāt magnalia operū eius. Vñ de ope-
ribus beate incarnationis. dicit Luce. j. beata virgo. Ma-
gnificat anima mea dominum Et exultauit ſpūs meus in
deo ſalutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens eſt ⁊
ſanctum nomen eius. Igitur magnificemus deum ꝓpter
ſuam potētiam inſupabilem. Item deus eſt magnificā-
dus ꝓpter ſuam iuſticiam irrefragabilem. Et hoc oſtendi-
tur cum dr̄. Et oēs vie eis iudicia: ⁊ ꝙ gradiētes in ſup-
bia poteſt humiliare. Conſtat eñi ꝙ boni ⁊ ſeueri iudices
conſueuerūt a populo magnificari: ⁊ apud deum ⁊ homi-
nes cōmendari. Ut de rigore ſeueritatis illius dicat̄ ei il-
lud Pſ̄. Confitebor tibi domine quia terribiliter magnifi-
catus es: mirabilia opera tua: ⁊ anima mea cognoſcet ni-
mis. Unde alibi de magnificentia diuine iuſticie dicit̄ in
pſ̄. Qꝫ ſctimonia ⁊ magnificētia in ꝓſpectu eius. Sequit̄.
Iudicabit orbem terre in equitate: ⁊ populos in veritate
ſua. Igitur dicam ꝙ magnificandus eſt deus. Quia
Iuſtior in iudicando.
Fortior in operando.
Doctior in ordinando.
Dulcior in miſerando.
Longior .i. eternior in ꝑ-
manendo. Patet ꝗ ꝙ eſt ma-
gnificentia q̄ debet̄ ſummo cre-
atori. Et h̄ eſt primū ꝑncipale.
Secundo principaliter dico ꝙ
eſt magnificentia que debetur
iuſto viatori. Et iſta procerto nihil aliud eſt ꝙ honor tem-
poralis: ſpiritualis et eternalis quo ſcilicet iuſtus homo
glorificatur ⁊ exaltatur: ⁊ quo honorabilis ⁊ magnificus

reputatur. Dicit enim magnificus ſeu magnificatus ideſ
quod magnus factus: ſeu magna faciens. quia ſcilicet iu-
ſti magna faciunt virtuoſe operando: ideo finaliter ma-
gni erunt. tpalem. ſpiritalem ⁊ eternalem gloriam acquirē-
do: vt ſcilicet de quolibet viro iuſto dicat illud Eſaie. iiij.
Erit germen domini in magnificentia ⁊ in gloria. Ubi ad-
uerte ꝙ iuſtus a triplici magnificentia commendatur. vꝫ.
A virtuali pfectione. Iuſti eñ virtualiter clareſcunt
A tpali promotione. quia ſunt germē. Tpaliter ſplē-
Ab eternali plone. deſcunt: quia in magnificentia.
Eternaliter niteſcūt: quia in gloria. Igit̄ dico ꝙ iuſti ſunt
magnifici: quia clareſcūt virtualiter. Et hoc oſtendit̄ cū di
cit̄. germē dñi. Uide. ſ. vbi Germen. quō vir iuſtus germi
ni copat̄. iuxta illud ps. Iuſtus germinabit ſicut lilium: et
florebit ineternū añ dñm. Et reuera iuſtus in virtutibus ⁊
⁊ ſciētijs aliquotiēs magnificat̄: ⁊ magnus apud deū ⁊ ho
mines in fama ⁊ opinione. honore ⁊ pfectione putat̄. Uñ
de illo rege iuda Ioſaphat q̄ interpretat̄ ipē iudicat dr̄. ij.
Paral. xvij. Creuit ḡ Ioſaphat ⁊ magnificat⁹ ē vſq; in ſb-
lime. Ubi. ſ. q̄druplex virtus oſtendit̄ que magnificat me-
rito poſſeſſorē. ſ. Charitatis iugis profectus. Ueritatis cer
tus pſpectus. Equitatis rectus effectus. Uoluntatis alt⁹
affectus pbat. Caſtitatē ingens incrementū. Creuit inq̄t.
Ueritatē certū argumentū. Ergo inquit. Equitatē iuſtum
fundamentū. Ioſaphat ⁊c. Uoluntatē altuꝫ firmamentū.
In ſublime inquit. Creſcere eñ ſignat virtutē augmēta-
tiuā: hoc eſt charitas ⁊ diligentia. Ergo ſignat virtutē ordi
natiuā: hoc eſt veritas ⁊ ſapiētia. Ioſaphat iudicās ſignat
virtutē determinatiuā: hoc eſt equitas ⁊ iuſticia. In ſubli-
me vͦo ſignat virtutē eleuatiuā. ſ. mentis: hoc eſt voluntas
⁊ celeſtium complacentia. Uide vbi Creſcere. Ergo. Iudi
care. ⁊ Sublimis: in titulis ⁊ materijs ſuis. Et breuiter de vi
ris virtuoſis quō magnificant̄ pōt dici illud. j. Mach. v.
Uiri iuda magnificati ſunt valde in conſpectu oim. Unde
Rom. viij. Quos iuſtificauit illos ⁊ magnificauit. Patet
ergo ꝙ viri iuſti ſunt magnificati: q̄ clareſcunt virtualiter
Germen inquit. Deinde dico ꝙ ſunt magnifici: q̄ ſplen
deſcunt temporaliter. Et hoc oſtendit̄ in iſto verbo. Ma-
gnificentia. Conſtat eñ ꝙ iuſti ⁊ ſancti q̄nq; a deo vocant̄
⁊ pmouent̄ etiam ad tpales magnificentias: regna: platu
ras ⁊ dignitates. ſicut de dauid ⁊ alijs pluribus legit̄ quoſ
deus tpaliter magnificauit: ⁊ ad dignitatē ⁊ faſtigiū exalta
uit. j. Reg. ij. Magnificatus eſt puer ſamuel apud deum.
Unde Eſaie. xlij. dr̄ ſic. Dñs voluit vt ſanctificaret eum et
magnificaret euꝫ. q. d. Primitus debet hō ſanctificari aut
magnificari. anteq̄ꝫ debeat ad plationis apicē exaltari. Et
pcerto dato ꝙ hō diuina gratia fauente vel pmittente ad
dignitatis apicem exaltet̄: nunq̄ tñ ppter hoc homo ſe de
bet magnificare: nec pre alijs glorificare: cuꝫ ignorat ſi ſan
ctus aut iuſtus debeat dici vel poſſit. Uñ de Romanis dr̄
. j. Mach. viij. Q̄ exaltati ſunt valde: ꝫ in oibus his nemo
portabat dyadema: nec īduebat̄ purpura vt magnificaret̄
in ea. Igit̄ dico ꝙ iuſti magnificant̄ q̄ ſplēdeſcūt tpaliter
Magnificentia inq̄t. Deniq; dico ꝙ iuſti magnificaut̄
inquātum niteſcūt ſupnaturaliter. ſ. in gloria paradiſi. qđ
oſtendit̄ cū dr̄. Gloria. Hec eſt eñ ſumma ⁊ vltimata ma-
gnificentia. ꝙ. ſ. homo poſt vite decurſum: ⁊ poſt agonē vi
te pn̄tis aſſumat̄ ad triūphū glorie paradiſi: ⁊ ad magnifi
centiā imperij paradiſi. Gloria inq̄t: Uñ de viro iuſto in ce
lis glorificato ⁊ magnificato dr̄ Eccl. xlv. ꝙ deus ſilem illū
fec t in gloria ſanctoꝝ: ⁊ magnificauit eū in timore inimi-
coꝝ. Sequit̄. Glorificauit eū in cōſpectu regū. Igit̄ ptꝫ ꝙ
iuſti a deo magnificant̄ finaliter ⁊ eternaliter. Gloria inq̄t
Mundialiter ⁊ tpaliter. Magnificētia inq̄t. Moraliter ⁊
virtualiter. Germē inq̄t dñi. Sic igit̄ ꝯcludo ꝙ eſt quedā
magnificentia xp̄i ꝯfeſſoris: hoc ē dictu. cuiuſlibet iuſti via
toris. Tertio vͦo dico ꝙ ē quedā magnificētia vani pec
catoris. Cōſtat. n. ꝙ mali q̄nq; in mūdo magnificant̄. ⁊ in
altis ſtatib⁹ ⁊ dignitatib⁹ ſbleuant̄. ſ. Quidā magnificant̄
Ratione diuitiarum. De magnificētia diuitiaꝝ
Rōne mundialiū ſcientiarū. dr̄ Hiere. v. Magnificati
Rōne magnarū amiciciarū. ſunt inq̄t et ditati. impin-
Rōne potētiaꝝ ⁊ eminētiaꝝ. guati ſunt ⁊ incraſſati: ⁊ p̄
terierunt ſermones meos. De magnificētia rōne mundia
lium ſciarū: qđ potiſſime apparet in aduocatis. dr̄ in Ps.
Q̄ iſti ſunt illi q̄ dixerunt linguā noſtram magnificabim⁹
labia nr̄a a nobis ſunt: q̄s nr̄ dñs eſt. Et tñ alibi dr̄. ꝙ diſ-
perdat dñs vniuerſa labia doloſa ⁊ linguā magniloquam
De magnificentia rōne noticiarū: ſeu potentū familiarita
tū ⁊ amiciciarū. q̄ patꝫ de malis principū familiaribus: q̄ a
magn̄is ſuis plus debito magnificant̄: ⁊ ab ipſis fouent̄ ꝯ
iuſticiā ⁊ honorant̄. cōtra illud Eccl. x. Noli deſpicere ho-
minē iuſtum pauperē: nec magnifices virū peccatorē diui-
tem. De talibus eñ dicit̄ Eſa. ix. Multiplicaſti gentē: nō
magnificaſti leticiam. Quia reuera quanto tales amplius
multiplicant̄ ⁊ magnificant̄. tanto inferiores ſubditi plus
grauant̄. De magnificentia vͦo rōne dignitatū ſeu eminē-
tiarū: que ſcꝫ ſpectat ad malos principes ⁊ platos: qui ſcꝫ
ſeipſos pre alijs indebite magnificāt ⁊ extollūt dicit̄ figu-
ratiue Dañ. viij. ꝙ ipſe vidit arietē ventilantē cornib⁹ ad
oēm ptē: ⁊ oēs beſtie nō poterāt reſiſtē ei. fecitq; ꝫm volun
tatem ſuam ⁊ magnificatus eſt. Expone de ariete cornuto
cōtra platos mitratos ⁊ indebite magnificatos: q̄bus ta-
mē dñs cōminat̄ Eſa. x. dicēs. Uiſitabo ſup fructū magni-
fici cordis regis. ⁊ ſup gloriā altitudinis oculoꝝ eius. Se-
quit̄. Et erit terrore vagus ⁊c. Igit̄ de q̄libet idebite ma-
gnificato ⁊ exaltato dicit̄ Dañ. viij. ꝙ cornu modicum fa-
ctum eſt grande: ⁊ magnificatū eſt vſq; ad fortitudinē celi
⁊ deiecit de fortitudine ⁊ de ſtellis: ⁊ cōculcauit eas: ⁊ vſq;
ad principē fortitudinis magnificātus eſt: ⁊ ab eo tulit iu-
ge ſacrificiū: ⁊ deiecit locum ſanctificatiōis eius. Quia re-
uera qui dicunt̄ cornu ppter duriciā ⁊ ſupbiaꝫ: qui de par
uis fiunt magni ppter pmotionis excellentiā. cōtra deum
magnificant̄ p iniq̄tatem ⁊ maliciā. ſacrificiaq; ipſius ⁊ lo
cum ſue ſanctificationis deſtruunt: inq̄ntuꝫ grauāt religio
nem ⁊ eccleſiam. ſtellas de celo eijciūt ⁊ cōculcant. inq̄ntū
nobiles detrahūt ad pauptatem ⁊ miſeriam. Sufficit igit̄
de magnificentia impij: iuſti ⁊ dei ⁊c.

## Magnus. Magnitudo

Nota ꝙ magni-
tudo nihil aliud eſt q̄ꝫ quātitas rei ex naturalib⁹ dimēſio-
nibus conſtituta. Conſtituit̄ eñ magnitudo ex lōgitudine
latitudine. ſublimitate ⁊ pfunditate: que quandoq; ſpiri-
tualiter quandoq; temporaliter denotant̄. Ueruntamen
quia aliq̄ ſunt magna q̄ntitate molis aliq̄ quātitete virtu-
tis. eſt notādū ꝙ eſt multiplex magnitudo. ſcilicet Quedā
Mirablis. Prima eſt magnitudo diuinitatis. De q̄
Laudabilis. dr̄ in ps. Magnus es tu ⁊ faciens mirabi
Notabilis. lia: tu es deus ſolus. Scđa eſt felicitatis
Dānabilis. eterne. de qua Baruc. iij. O iſrael q̄ꝫ mag̃
Triſtabilis. eſt domus dei ⁊ ingens locus poſſeſſioniſ
Odibilis. eius. Tertia eſt magnitudo moralitatis
Amabilis. interne. Et iſta eſt illa qua vir iuſtus dici-
tur ſpūaliter eſſe magnus. de quo dr̄ Math. v. Qui aūt fe
cerit ⁊ docuerit ſic homines hic magnus vocabit̄. Quarta
magnitudo eſt pſperitatis mundane: de qua Math. viij.
Facta eſt tranq̄llitas magna in mari. Quinta ē magnitu-
do iniq̄tatis hūane. Unde cuilibet diuiti pctōri dicit̄ illud
Ezech. xxix. Ecce ego ad te draco magne q̄ cubas ī medio
minum. Sexta eſt magnitudo penalitatis ſubterne. ſ. dolo
ris infernalis. De qua dr̄ Luce. xxj. Erit preſſura magna
ſup terram. Et Treñ. ij. Magna velut mare cōtritio tua.
Septima eſt magnitudo capacitatꝭ externe ⁊ iſta ē magni
tudo eccľie militātꝭ. De q̄b⁹ dr̄ in ps. Apud te laus mea in
eccľia magna. Singula iſta p ordinē pſequi longū eēt ⁊ te
dioſum. iđq; dico ꝙ eſt triplex magñitudo. ſ. Magnitudo
Dei creatoris. Dicamus ergo primo de magnitu-
Boni viatoris. dine dei: ⁊ dicamus ꝙ eſt quedam
Mali peccatoris. magnitudo valde glorioſa. ſ. magni
tudo dei. Quia ſicut dr̄ in ps. Magnus dominus ⁊ lauda
bilis nimis ⁊ magnitudinis eius non eſt finis. Iſta eſt eñ
magnus Rōne capacitatis cuncta cōtinentis. Rōne ſubli
mitatis cunctis pēminentis. Rōne pfunditatis nulli cō-
petentis. Ratione eternitatis ſemper permanētis. Iſte
eñ ſunt quatuor dimenſiones que faciunt deum magnū:
vꝫ latitudo capaciſſima. Iſte ē eñ ſicut celū. cuius ambi
tus latitudo ꝯtinet vniuerſa. Et iō de iſta latitudine con-
tentiua dicit quidā phs ꝙ deus ē ſpera incircūſcriptibilis

cuius centrū vbiqꝫ eſt. circūferētia aūt nuſq̄. Et.ij.Eſdre
.iiij. Magna eſt terra ⁊ excelſuꝫ celū. Et in pſ̄.dr̄. Hoc ma
re magnū ⁊ ſpacioſuꝫ. Item altitudo ſublimiſſima. Ipſe
eñ magnꝰ eſt in altitudine:qꝛ.ſ.ꝓeminet cūctis creaturis
ſicut cedrus rōne altitudinis:lignis ꝓeminet vniuerſis.q̄
re etiā regina arboꝝ nūcupat̄. Vñ in pſ̄. Dñs in ſyon ma
gnus ⁊ excelſus ſuꝑ oēs pplos. Et alibi. Terribilis rex ma
gnus ſuꝑ oēm terrā. Itē in ipō eſt ꝓfunditas occultiſſima
Deus.n.eſt ſicut abyſſus rōne incōprehēſibilitatis: qꝛ.ſ.ſi
cut dr̄ Iob.xxxvj. Deꝰ magnꝰ ⁊ vincēs ſciam nr̄am. Iteꝫ
in ipō eſt lōgitudo eterniſſima Thob.xiij. Magnꝰ es dñe
in eternū. Et ſic ḡ dico ꝙ deꝰ ē maximꝰ: lꝫ magnitudo eius
ſit occulta. In ſole eñ ſunt duo q̄ nobis ſunt incognita ⁊
occulta.ſ.magnitudo ⁊ motus. Maior eñ eſt occies tota
terra.qđ tñ nō videt̄. Citiſſime etiā currit. ⁊ tñ videt̄ ꝙ in
aliq̄ nō mouet̄. Sic vere nobis penitus duo de deo ſt̄ igno
ta.ſ.ſua excellētiſſima magnitudo.đ q̄ dr̄ illud Iob.xxxvj
Magnꝰ deus ⁊ vincēs ſciam nr̄am. Stupebāt aūt oēs de
magnitudine dei Luc.ix. Et ſui motꝰ.i.ſue occulte ꝓuidē
tie:ordinatōis ⁊ ſapie certitudo. Iſta eñ a nob nō cogno
ſcunt̄:ſ ab oculis oim mortaliū abſcōdunt̄. Quia ſic dr̄ in
pſ̄. Magnꝰ dñs ⁊ magna ꝟtus eiꝰ:⁊ ſapie eiꝰ nō eū nūerꝰ
Ubi oñdit̄ deꝰ eē magnꝰ ꝑncipalr̄ q̄ ad tria. vicꝫ Q̄tū ad

Preſidentie celſitudinē.
Efficacie fortitudinem.
Prouidentie certitudinē.

Primū ꝓbat honor impato
rius:qꝛ magnꝰ dñs. Scdm
vigor opatorius: qꝛ magna
virtus eius. Sed tertiū ſplēdor ordinatoriꝰ:qꝛ ſapie eiꝰ nō
eſt numerꝰ. Dico ḡ ꝙ iſte eſt magnus ꝓpter ſuā imꝑatiuā
celſitudinē. qđ oñdit̄ cū dr̄. Magnꝰ dñs. Iſte eſt dñs ge
neralis nō ꝑticularis. ſummꝰ nō infimꝰ: glioſus nō vicio
ſus.ſicut eñ dr̄ in pſ̄. Deus magnꝰ dñs : ⁊ rex magnꝰ ſuꝑ
oēs deos. Itē magnꝰ eſt ꝓpter opatiuā fortitudinē. Mag
inq̄t ꝟtus eiꝰ.ſicut eñ dr̄ Iob.xxxvij. Iſte ē magnꝰ.forti
tudine iudicio ⁊ iuſticia. Vñ de ipſo pōt dici illud Act.viij.
Hec ē virtꝰ dei q̄ dr̄ magna. Et bñ dicit ꝟtus i generali. vt
denotaret ꝙ ipē ē oēm bñs ꝟtutē:oia ꝓſpiciēs. Q ēm.n.bꝫ
virtutē:⁊ in oi ꝟtute ⁊ ꝑfectōe magnꝰ ē:qꝛ.ſ.ipē ē Magnꝰ

Pietate.
Poteſtate.
Opatione.
Iuriſditōe.

Manꝰ dico in pietate: qꝛ.ſ.ipē ē miſericors
grām infundendo pſ̄. Q̄ magna multitudo
dulcedinis tue dñe. De malo liberādo Pſ̄.
Miſcdia tua magna ē ſuꝑ me:⁊ eruiſti aiaꝫ
meā ex inferno inferiori In celis ꝑmiādo pſ̄. Magna ſuꝑ
celos miſcdia tua. Itē magnꝰ in ptāte Hiere.x. Magnus
es tu:⁊ magnū nomē tuū in fortitudine. Itē magnꝰ in ope
ratione. Vñ in pſ̄. Magna opa dñi.exq̄ſita in oēs volūta
tes eiꝰ. Et poſſumꝰ notare de magnitudine operū.ſ.de cre
atione mūdi ⁊ de ſuis occultis iudicijs ⁊ de aſſumptōe car
nis ⁊c̄. Iſte eñ fecit magnalia in egypto.mirabilia in terra
cham.terribilia in mari rubro. Itē magnꝰ in iuriſditiōe:qꝛ
ſicut dicit̄ in pſ̄. Ipſe eſt terribilis rex.magnꝰ ſuꝑ oēm ter
rā. Habet ḡ opatiuā fortitudinē. Itē deus bꝫ ꝓuiſiuam
certitudinē:qđ oñdit̄ cū dicit̄. Sapie eiꝰ nō eſt nūerꝰ. Ipē
eñ ꝟtute magnitudinis ſapie ſue certiſſime ꝓuidet de oibꝰ
creaturis. Quia ſicut dr̄ Hiere.xxvj. Ipſe ē magnꝰ ⁊ incō
ꝑhenſibilis cogitatu:qꝛ ſicut dr̄ Iob.ix. Sapiēs in corde ē
⁊ fortis robore. Et in pſ̄.dr̄. Oia in ſapia feciſti:impleta eſt
terra poſſeſſione tua. Et ſequit̄. Hoc mare magnū. Et ſic
igit̄ ptꝫ quō deus pluribꝰ opatiōibꝰ dr̄ eſſe magnꝰ. Se
cūdo dicamꝰ ꝙ ē magnitudo viri ꝑfecti. Vir eñ iuſtus dr̄
eē magnꝰ : qꝛ ſicut res dr̄ eſſe magna q̄ bꝫ ſuas naturales
dimēſiones.ſ.lōgitudinē.altitudine: q̄ idē ſunt: ⁊ latitudi
nē ⁊ ꝓfundū. Sic vere ille dr̄ ſpūaliter eſſe magnꝰ q̄ bꝫ ꝓ
fundū fidei.altitudinē ſpei latitudinē charitatis longitudi
nē longanimitatis. Et breuiter ſtella efficit̄ magna ex ma
gna aggregatione lucis: qꝛ.ſ.ſtella nihil aliud eſt q̄ꝫ aggre
gatio lucis in ſuo orbe. q̄ quato plus abūdauerit tāto ſtel
le ſba maior erit. Sic vere kmi:hō dr̄ eſſe ſpūaliter magnꝰ
qñ magna lucꝭ abūdātia.i.magna ꝟtutū redūdātia in ipō
fuerit aggregata. Magna eñ lucis.i.virtutis aggregatio:
cauſat magnitudinē ſtelle.i.magnitudineꝫ viri iuſti. Et ſic
hō dr̄ illa ſtella magna ardēs ſicut facula.de q̄ dr̄ Apo.viij
Hō eñ eſt ſicut arbor:q̄ q̄uis in ꝑncipio ſit herba modica
tñ creſcēdo ꝯtinue efficit̄ arbor magna. Et etiā ſicut fluui
us:qui q̄uis ſit in ꝑncipio riuus ꝑuus:qꝛ tñ ꝯtinue creſcit
ꝑ aggregationē aquaruꝫ.finaliter efficit̄ magnꝰ valde. Et
etiā ſicut dies:q̄ q̄uis in ꝑncipio ſit obſcura: ꝯtinue tñ cre
ſcendo magnā recipit in medie claritatē. Quia vere chariſ
ſimi : q̄uis hō in ꝑncipio ſit obſcurus per ignorantiā:ſitqꝫ
modicus ꝑ virtutū carentiā:quia tñ aqua gratiarū ⁊ ꝟtu
tum in ipſo cōtinue aggregant̄.ita ꝙ ſemꝑ de virtute in vir
tutem creſcit ⁊ augmentat̄: ipſe finaliter efficit̄ valde ma
gnus : ⁊ imꝑfectiōis ⁊ virtutis magnitudine glorioſus: ſi
cut de Yſaac dr̄ Gen̄.xxvj. Q̄ ibat ꝓficiēs atqꝫ ſuccreſcens
donec magnus vehemēter effectus eſt. Et vere magnꝰ effi
citur hō iuſtus intus in corde ꝑ grārū accumulationē: ex
terius in cōuerſatione ꝑ bonoꝝ opeꝝ executionē: longe in
ter alios ꝑ bone fame diuulgationē: ſurſuꝫ in paradiſo co
ram deo ⁊ angelis ꝑ glorie acquiſitionē. Ita ꝙ breuiter de
magnitudine viri iuſti poteſt exponi illud Luce.j. Hic erit
magnus ⁊ filius altiſſimi vocabit̄. In quibus verbis oñ
ditur ꝙ viri iuſti tripliciter fiunt magni. videlicet Per

Uirtualem ꝑfectionem.
Tꝑalem promotionem.
Eternalem ꝑlationem.

Primū probat nobilis natu
ra. Filiꝰ inquit altiſſimi. Se
cundū ſeculi ꝑtura. Vocabi
tur inquit. Sed tertiū gloria futura. Hic inq̄t magnꝰ erit.
Triplex igitur eſt magnitudo viri iuſti.ſcilicet

Uirtualis.
Tēporalis.
Eternalis.

Magnus ḡ eſt vir iuſtus virtualiter ꝑ ꝑ
fectionē:qđ oſtendit̄ cū dicit̄. Filiꝰ.i.imi
tator altiſſimi. Res eñ dr̄ eſſe magna que
magne rei aſſimilat̄ ⁊ ꝯformatur. Sic vere iuſtus pōt dici
magnus:q̄ altiſſimo deo ⁊ maiori ⁊ maximo ꝑ imitatiōem
in virtutibꝰ ⁊ cōditionibꝰ inq̄ꝫtum eſt poſſibile coaptatur.
Filiꝰ inquit altiſſimi. Ut ſic poſſit dicere illud Thobie. v.
Ego ſum azarias ananie magni filius. Ut ⁊ ſic rñdeat il
lud qđ ſequit̄. Ex magno genere es tu. Tales ſunt virtua
liter magni:qꝛ.ſ.ſicut teſte Iſido. Regiones frigide nutri
unt hoies magnos.ſicut ptꝫ de Europa:reſpectu aliaꝝ ter
rarū. Circa mare rubrū etiam dicunt̄ creſcere maxime ar
bores ſm eundē:lꝫ circa alia arbores naſcunt̄ generaliter
parue valde. In yndia etiā dr̄ eſſe genus hoim maximoꝝ
qui nullis doloribꝰ affligunt̄:q̄ nec frigus: nec calorē : nec
aliquam infirmitatē patiunt̄:⁊ quoꝝ corpa ad quinqꝫ cu
bitos ꝓtendunt̄. Gigātes etiā in mūdo fuerūt q̄ maximā
corpis magnitudinē habuerūt. Quedā ſunt aialia valde
magna:⁊ ab alioꝝ quātitatibus diſparia:ſicut eſt elephas
inter greſſibilia.inter natatilia cete ⁊ balena : draco ⁊ cro
codrillus inter reptilia. Iſte igit̄ creature chariſſimi:ſigni
ficāt viros ꝑfectos q̄ gratijs et ꝟtutibus augmētati ſunt.
Inſuꝑ ⁊ ſuꝑ alios in ſciētijs ⁊ moribꝰ ⁊ vita ⁊ fama valde
magni.ſic de Iob dr̄ Iob.j.ꝙ erat vir ille magnꝰ inter oēs
orientales. Iſti eñ dicunt̄ eſſe in frigida regione diuini ti
moris.plantati ſunt circa mare rubrū diuini amoris.q̄nqꝫ
cubitos habēt.i.q̄nqꝫ ſenſuū cuſtodiā per diſcretiōeꝫ:nulli
dolori ſubiacēt ꝑ patiētie ꝑfectionē:gigantes ſunt per forti
tudinē.elephātes ꝑ mititudinē. Et breuit̄ de illis pt̄ dici il
lud Baruc.iij. Ibi inq̄t fuerūt gigātes noiati illi q̄ ab ini
cio fuerūt ſtatura magni ſciētes bellū. Et ſic igr̄ pꝫ quō iſti
ſunt magni virtualr̄ ꝑ ꝑfectōneꝫ. Vñ nō ꝙ iſti ſunt magni

In ſapientia.
In eloquetia.
In famoſitate.
In benignitate.

Dico in ſapientia:qꝛ ſicut dr̄.iij. Regū.
x. Magnificatꝰ eſt rex ſalomon ſuper
oñes reges diuitijs ⁊ ſapia. Itē in elo
quētia:dicēs illud Prouer.viij. Audite
me qm̄ de rebꝰ magnis locutura ſum. Aperiant̄ labia mea
vt recta predicent. Item in famoſitate. Unde in Pſ̄. In
iſrael magnū nomē eiꝰ. Item in benignitate Pſ̄. Miſeri
cordia tua magna eſt ſuper me. Patet igit̄ ꝙ iſti ſunt ma
gni per perfectionē virtualiter. Deinde dico ꝙ boni quā
doqꝫ fiunt magni tēporaliter ꝑ ꝓmotionē. Et iſta magni
tudo oſtendit̄ cum dicit̄. Vocabit̄:qꝛ.ſ.boni ⁊ iuſti vocan
tur ſepe a deo ad magnas ⁊ altas dignitates. Vñ Math.
.v. Qui fecerit ⁊ docuerit ſic homines. hic magnus voca
bitur in regno celorum. Ille eñ que regimē obtinent inter
apes ſunt ꝑ alijs magne valde. Quia vere: qui ad regimē
id eſt.ad celſitudinem officiorum ⁊ dignitatum ꝓmouen
tur:pre ceteris magni in virtutibus eſſe tenent̄. Quia ſm
vegetiū. Tunc reſpublica bene agitur:qñ nō pōt eē maior
niſi q̄ melior. Iſti ḡ ſunt magni temporaliter per ꝓmotio
nē. Deniqꝫ dico ꝙ boni fiūt magni eternalr̄ ꝑ ꝑlationeꝫ

Dico ergo ꝙ boni ſunt ī medio alioꝝ ad conſolatione merentiū. ⁊ ſic loq̄tur Ezechiel. ꝙ ipſe erat ī medio captiuoꝝ iuxta fluuiū chobar. Ezech. j. Iteꝫ ad reconciliatōem diſcordiū. vnde de xp̄o dr̄ Joh. xx. Q2 ip̄e ſtetit ī medio diſcipuloꝝ ⁊ dixit. Pax vobis. Item ad eruditionē errantiū. vn̄ ad viros ſapientes ⁊ lucidos qui alios ſciūt erudire poteſt referri illud Ezech. j. In medio aialiū ſplendor ignis. Item ad recreatōem egentiū. Ezec. xix. In medio leunculoꝝ enutriuit catulos ſuos. Iteꝫ ad roboratōnem timentiū. p̄s. Si ambulauero in medio vmbre mortis nō timebo mala qm̄ tu mecū es. Itē ad excitationē laudantiū. p̄s. In medio eccle laudabo te. Et alibi. Super ea volucres celi habitabunt. de medio petrarū dabunt voces Iſtud eſt ergo medium concordiſſime vnitatis. Sed econtra nota ꝙ mali habitant ī medio aliorum.

Ad exequendum crudelitatē.
Ad exercendū carnalitatem.
Ad faciendū iniquitatem.

De medio ſue crudelitatis dr̄ Math. x. Ecce ego mitto vos ſicͭ oues in medio lupoꝝ. De medio vͦ carnalitatis dr̄ in Ps̄. In medio iuuenculaꝝ tympaniſtriaꝝ. De medio vͦ iniq̄tatis dr̄ ī p̄s. Neq̄tie in hitaculis eoꝝ ī medio eoꝝ. Et alibi. Labor ī medio eius ⁊ iniuſticia. Eſt igiꝰ q̄dā mediū concordiſſime vnitatis. Tercio principaliter dico ꝙ ē mediuꝫ intimiſſime volūtatis. Et ſic ꝑ medium poteſt intelligi cor humanū qđ latet interius in medio carnis nr̄e. Iſtud eñ ē mediū in quo conſiſtit virtus. Sicut ergo aranea primo facit ⁊ reparat mediū tele ſue. poſtea vͦ laborat extrema reꝑare. reficere ⁊ reformare. Sic vere homo debet vacare ad reꝑationē ⁊ ꝯpoſitionē medij ſui. i. conſcientie ſeu cordis. ⁊ ad ip̄ius ꝑ g̃as ⁊ virtutes ſpūalem reformationem iij. Reg. viij. Sanctificauit rex mediū atrij. Et deinde poterit vacare ad exteriora edificanda. i. ad corꝑalia ⁊ tꝑalia gubernāda. Iuxta illud. Primū q̄rite regnū dei. Math. vj. Qui. n. vult facere circulū ſeu ſperam. neceſſe eſt ꝙ primo ⁊ ante oia in medio figat circinū. ⁊ ꝙ a medio incipiat opus ſuū. ⁊ ꝙ deinde circūquaq3 ꝓtrahat lineā ſiue ſperā Sic vere q̄ circulū ⁊ ſperā ꝑfectionis vult ī ſeip̄o ꝯponere. dꝫ an̄ oia circa mediū cordis ſui intendere ⁊ vacare. ⁊ ſic alia meliꝰ poterit ordinare. Un̄ nota ꝙ iſtud medium ē mūde ſuandū. ⁊ a vicijs diligētiſſime cuſtodiendū. Sicut eñ ſi hoſtes intrāt vſq3 ad mediū ciuitatꝭ faciliꝰ capiūt totū reſiduū. Sic ſi vicia intrāt ad cor ꝑ ꝯſenſum. faciliꝰ deſtruūt reſiduū ꝑ effectū. Bn̄ ḡ ꝯſuliꝰ Deutr. xiij. Auferas malū de medio tui. ⁊ Gene. xxxv. Abijcite deos alienos de medio vr̄i. Nota ergo ꝙ iſtud medium ē cuſtodiendum.

Quia eſt firmitatis ꝓpugnaculum.
Quia eſt ſanctitatis tabernaculum.
Quia eſt deitatis habitaculum.

Eſt dico ꝓpugnaculū firmitatꝭ. Iſtud eſt eñ caſtrū qđ nū̄q̄ ꝑ violentiam poteſt capi. vnde Gen̄. j. Fecit firmamentum in medio. Item ē tabernaculū ſanctitatis. q2. ſ. oīs virtus ⁊ ſanctitudo habet in corde principaliter ſedē ſuā. Ezech. xxxvij. Dabo ſanctificatōem meā ī medio ip̄orum. Ibi. n. feruet dilectio. p̄s. Factum ē cor meū tanq3 cera liqueſcens ī medio ventris mei. Itē ibi dolet cōtritio. hiere. xxiij. Contritū ē cor meuꝫ in medio mei. Ibi inſuꝑ ſupplicat orō Eſa. xix. Erat altare dn̄i in medio terre. Ibi nihilominus humiliat ſe ſubiectio. Michee. vj. Humiliatio tua in medio tui. Item dico ꝙ iſtud mediū ē habitaculū deitatis. q2. ſ. deus habitat ſpūaliter in aīa ⁊ in corde. vn̄ Deu. vij. ⁊ Sopho. iij. Dn̄s deus tuus in medio tui. ⁊ in p̄s dr̄. Magnus in medio tui ſanctꝰ iſrael. Et ſic igiꝰ patet ꝙ eſt mediū intimiſſime volūtatis. Quarto dico ꝙ ē mediuꝫ ordinatiſſime bonitatis ⁊ iſtud ē medium virtutis. q2 viri religioſi ſemꝑ ſolent tenere mediū. hoc eſt nō diminutōeꝫ aut ſuꝑfluitatē. Non. n. ſunt diminuti nec ſuperflui. ſicut patuit in ſalomone qui non petebat diuitias nec pauptates ſ tm̄ victui neceſſaria. Prouer. xxx. Uirtus eñ cōſiſtit in medio. ſicut patet de liberalitate que media eſt. ꝓdigalitas vͦ ⁊ auaricia extrema vicia ſunt. quoꝝ. ſ. vnū ſuꝑfluum continet ⁊ aliud diminutū. Sancti ergo mediū tenuerunt. quia medium tenuere beati. Ab extremis aūt receſſerunt. i. a vicijs. quia ſicut dicitur Prouerb. xiiij. Extrema gaudij luctus occupat. Et ideo dicitur math. xviij. Q2 aduocans ieſus paruulū ſtatuit eū in medio ⁊c̄. Ubi nota ꝙ ad hoc ꝙ homo ſit in medio virtutis. neceſſe eſt ꝙ dei bonitas auxilieꝰ. Aduocās inq̄t ih̄s. ꝙ mentis vanitas hūilieꝰ. Paruulū inquit. ꝙ cordis firmitas radificetur. Statuit inq̄t eū ⁊c̄. Ad iſtud ꝓpoſitū potes adducē oēs auctēs q̄ ſunt ſupra đ medio iuſticie ⁊ etiā de medio ſocietatꝭ. Et ſi vis potes notare h ꝙ xp̄s iueniꝰ ſꝑ fuiſſe ī medio. vicꝫ. Iacens in medio animaliū. Abacuc. ij. Pendens in medio latronum. Joh. xix. Sedens in medio iudicū ⁊ doctorum. Luce. ij. Stans in medio diſcipulorum. Johā. xx.

In quibus verbis ꝓculdubio mediū quatuor virtutuꝫ cardinalium denotaꝰ. Quia vere iſte iacuit in medio animaliuꝫ per prudentiam. Extrema enim prudentie q̄ ſunt calliditas ⁊ fatuitas. per bouem ⁊ aſinuꝫ deſignanꝰ. Bos enim qui ſemper ruminat. ⁊ habet cornua. ſignat illos q̄ in calliditate ſue prudentie glorianꝰ. Item iſte pepēdit in medio latronū per temꝑantiam. q̄. ſ. carnem cū vicijs crucifigit. Duo. n. latrones ſunt duo extrema. ſ. cura carnis ī deſiderijs qui eſt ſiniſter ⁊ blaſphemus. Carnis nīmia mortificatio qui eſt dexter cui faciliter indulgetur. De iſto medio dicit Bern̄. Oportet carnem reſtringere nō extinguere. Deprimere non opprimere. Seruiat ne ſeuiat. Ancilletur ne dominetꝰ. Item iſte ſedit in medio doctoꝝ per iuſticiam ad quā. ſ. pertinet in medio ſedere. ⁊ cuius extrema ſunt remiſſio ⁊ crudelitas. Item ſtetit in medio diſcipulorum ꝑ fortitudinē ⁊ conſtantiā. cuiꝰ. ſ. extrema ſunt puſillanimitas quā habuit iohānes q̄ mūdū fugijt. Et temeritas quā habuit petrus q̄ gladio ferijt ⁊ tandē abijt. In oībus igitur debemꝰ exemplo xp̄i mediū tenere. ⁊ ad extrema vicioꝝ nullatenus applicare vt cuilibet noſtrum dicatur illud Luce. vj. Surge ⁊ ſta in medio. Quinto ⁊ vltimo dico ꝙ inuenitur medium mūdane ciuitatis vel ꝓſperitatis. q2. ſ. quandoq3 ꝑ mediū poteſt intelligi mūdus vel ꝓſperitas mundana. Ut ꝯmuniter enim locus medius ciuitatis ē locus magis populoſus. magis clamoſus. magis lutoſus. etiam cōmunis ⁊ amplius operoſus. Sic vere ſtatus mūdanus. ⁊ potiſſime ſtatus maloꝝ eſt populoſior ⁊ opulentior. frequētior ⁊ cōmunior. Sicut enim oīa grauia naturaliter petunt medium ſcilicet centrum quod eſt in medio terre. ſic omnes peccatores petunt et deſiderant iſtū munduꝫ. Et notemus ꝙ iſtud medium eſt locꝰ

Horroris.
Laboris
Ardoris.
Cruoris.
Fetoris.

Locus dico horroris. Ezechie. vij. Abominationes tue in medio tui erūt. Locus etiam laboris. p̄s. Labor in medio eius ⁊ iniuſticia. Item locus ardoris. ſ. auaricie. Ezech. xxviij. Producā ignē de medio tui qui comedat te. Item locus cruoris. ſ. crudelitatis. Unde Hiere. xlj. Ad medium ciuitatis interficiet eos. Locꝰ etiā fetoris. Ezech. xxij. Coinquinabar in medio eoꝝ. Et ſic igitur aliqua patēt de quītuplici medio. videlicꝫ de Medio.

Equitatis ꝛ iuſticie. Societatis ꝛ cōcordie. Voluntatis ꝛ cōſcientie. Uirtutis ꝛ tempantie. Mūdane ꝓſperitatis ꝛ abundantie Et hec de Medio ſufficiant.

**Medulla** Cū medulla ſit tenera ꝛ mollis ſubſtātia in medio oſſiū ſita. ꝛ ad tpamētū ſue ſiccitatis ordinata dulcis. ſapida ꝛ delicata. Poſſumus dicere ꝙ in bono ſignificato medulla denotat

Pinguedinem gratie ꝛ deuotionis.
Dulcedinem glorie ꝛ fruitionis.
Mulcedinē modeſtie ꝛ benigne ꝯditōis
Teneritudinē clemētie pietat[is] ꝛ ꝯpaſſionis.

De medulla.n. gratie ꝛ deuotionis dicit Gene. xlv. Dabo vobis oīa bona vt comedatis medullā terre. De medulla glorie ꝛ fruitionis dr̄ Deu. xxxij. Ut deus ꝯſtituit filios iſrael ſup excelſam terrā vt comederēt fruct⁹ agroꝝ ꝛ comederēt mel de petra. Seqͭ. Et hircos cū medulla tritici. ꝛ ſanguinē vue biberēt meraciſſimū. De medulla aūt benignitatis ꝛ pie cōditōis dr̄ Nu. xviij. Oēm medullam olei ꝛ vini. ꝛ frumenti. ꝛ ꝗcquid offerūt dn̄o dedi tibi. De medulla aūt clemētie ꝛ pietatis ꝛ ꝯpaſſionis dr̄ illud p̄s. Holocauſta medullata offerā tibi cū incēſu arietū. offerā tibi boues cū hirc[is]. i malo ꝟo ſignificato d̄notat medulla.

Pinguedinem carnalitatis.
Dulcedinem proſperitatis.
Mulcedinem verboſitatis.
Teneritudinē debilitatis ꝛ imbecillitatis.

De pinguedine carnalitatis dicitur Iob. xxj. ꝙ viſcera ipi⁹. ſ. carnalis hominis plena ſunt adipe. ꝛ medullis oſſa illi⁹ irrigant̄. De pinguedine mūdane ꝓſperitatis dr̄ Eze. xvij. ꝙ aq̄la grādis venit ad libanum. tulit medullam cedri ꝛc̄. Expone ſicut alibi. De medulla adulatorie verboſitatis ſeu loquacitatis. ſeu etiam delicate fragilitatis poteſt dici illud Eſa. xxv. Faciet inquit conuiuiū pinguium medullatoꝝ vindemie defecate. Tales.n. ſemper volunt eſſe in conuiuijs ꝛ in delicijs pinguiū ꝛ vinoꝝ. Sufficit. Uide vbi pinguedo vel Adeps.

**Mel.** Nota ꝙ cū de melle ſupra in pluribus locis ꝛ capitulis plurima iam ſunt dicta. modicū intēdo dicere quo ad p̄ns. Quāuis.n. multa poſſint inueniri exempla de melle. pauce tn̄ auctoritates inueniunt̄. Et ideo hoc ſolum nota. ꝙ cum mel ſit res dulciſſima. hinc eſt ꝙ ſignificare videt̄ illa que ad dulcedinem ꝑtinere noſcūtur. quapropter vide ſupra de dulcedine. Nota igitur ꝙ mel accipitur in bono ꝛ in malo. In bono enim deſignat

Gratie ſuauitatem.
Glorie felicitatem.
Sapientie ſinceritatem.
Miſericordie benignitatem.
Eloquentie gratioſitatem.

Signat dico gr̄e ſuauitatē. Un̄ de melle gr̄e dr̄ math. iij. Q̄ bti Iohis eſca erat locuſta ꝛ mel ſilueſtre. Itē ſignat glorie felicitatē. Un̄ paradiſus ē illa terra flueus lacte et melle. de qua tāta fit mentio in ſcriptura. de quo Deu. xxxij. Conſtituit euȝ ſup excelſam terrā. vt ſuggeret mel de petra ꝛc̄. Uide. ſ. de excelſo. Item ſignat ſapiē ſubtilitatē. vn̄ iſtud ē mel de quo hauſto illuminati ſunt oculi Ionathe. j. Re. xiiij. vn̄ Cañ. v. Comedi fauū cū melle meo ꝛc̄. vide cā. ſ. de comedere. Et vide ibi ꝛ. ſ. de Bibere. Item ſignat clemētie benignitatē. de quo Eze. xxvij. Balſamū ꝛ mel et oleū ꝓpoſuerūt in mercatu ſuo. Itē ſignat eloq̄ntie gratioſitatē. vn̄ Cant. iiij. Fauus diſtillans labia tua. mel ꝛ lac ſub lingua tua. vide eam ſupra de lacte. ꝛ in pſal. Q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. longum eſſet iſta ꝓſeq̄. ſed omitto gratia breuitatis. quia in tabula inuenies exēpla infinita de Apibus ꝛ de melle. Sed adhuc dico. ꝙ mel quandoq; accipitur in malo. ꝛ ſic mel ſignificat

Inquinationem carnalitatis.
Adulationem fallacitatis.
Dilectionē proſperitatis.

Significat dico carnalitatis inquinatōem. vnde puer. xxv. Qui mel ꝯmedit multū nō eſt ei bonū. Item ſignificat fallacitatis adulationem. Iudi. xiiij. vbi dicitur. Q̄ ſamſon inuenit in ore leonis fauū mellis. q̄r. ſ. multi ſunt qui q̄uis ſint crudelis ꝛ leonine conditionis. portāt tn̄ in ore mel fallacis et blande adulatōnis. Similes apibus que vna cū aculeo portāt mel. et iſtud eſt illud mel. q̄d dominꝰ ꝓhibet poni in ſacrificio. Leui. ij. Nec quicq̄ȝ inquit mellis aut fermenti adolebis in ſacrificio domini. Quia deus in ſacrificio nec acceptat mel adulatōnis. nec fermentum malicie aut detractionis. Item ſignificat ꝓſperitatis delectationē. Et iſtud eſt mel inflatiuū. maculatiuū. ꝛ inq̄natiuū. de quo. j. Reg. xiiij. dr̄. Q̄ vulgus venit ad ſaltū vbi erat mel ſup faciem agri. ꝛ dicit̄ ibi ꝙ q̄r Ionathas de illo melle comedit. i. de dulcedine ꝓſperitatis mūdane. in periculo mortis fuit. q̄r vere illi qui de melle. i. de dulcedine mūdane proſperitatis comedunt. mortis eterne pericculo ſe exponūt. Et hec de melle ſufficiāt. vide in tabula.

**Melius. melior** Nota ꝙ res quāto ſunt meliores. tanto ſunt acceptiores ꝛ eligibiliores. Et ideo quāto homo ſe fecerit in moribus meliorem. tanto ſe reddit apud deū acceptioreȝ. Sicut eīn videm⁹ ꝙ in omni genere aut ſpecie ſemꝑ ē dare ꝙ aliqua ſunt alijs meliora. ſicut apparet inter ſtellas. Quia ſcḋm aplm̄. j. Coꝝ. xv. Stella differt a ſtella in claritate. Sicut etiam patȝ in aīalibus. in arboribus. herbis ꝛ lapidibus. vbi ſemꝑ inueniuntur aliqua alijs in ſuo genere meliora. q̄r ſicut dr̄ Eccl̄i. xxxvj. Bono melius inuenit̄. ſic ꝓculdubio dico. ꝙ in moralib⁹ ē dare homines alijs meliores. ꝛ in ſufficiētijs clariores. Et iō breuit̄ notare poſſumus ꝙ tria genera hoim̄ debent eſſe ceteris meliora. vicȝ.

Prelati reſpectu ſubditorum.
Clerici reſpectu laicorum.
Antiqui reſpectu iuniorū.

Primo ergo dico. ꝙ meliores debēt eſſe illi q̄ ſunt ſuꝑiores in ꝑlatione. In natura.n. videm⁹ ꝙ illa q̄ ſunt ſuꝑiora. ſunt inferioribus meliora. Stelle eīn et corꝑa celeſtia multo ſunt ꝑfectiora et melioris conditionis q̄ȝ iſta inferiora q̄ ſunt corruptibilia atq; vana ſcḋm yſaac in dietis. Herbe etiāȝ et fructus q̄ creſcunt in montibus multo ſunt meliores q̄ȝ ille que creſcunt in vallibus et paludibus. Cynamomū etiam quod creſcit in ſuperiori ꝑte arboris valde eſt laudabilius ꝛ melius. ſicut dicit Plinius. q̄ȝ illud quod creſcit in parte inferiori. In quibus quidem inſtruimur ꝙ illi qui ſunt in mōte et in celo. et in ſuperiori parte eccleſie. videlicet in officio prelature conſtituti et locati. debent eſſe meliores i ſciētijs et moribus. q̄ȝ illi qui in ſtatu ſubiectionis inferius ſunt detenti. Teſte enim Hugone ꝛ Uegetio. Tunc bene reſpublica regitur. quando nō poteſt eſſe maior niſi q̄ melior. Quod bene ponitur. j. Regum. ix. vbi de Saul ꝓmouendo ad regnum dicitur. ꝙ de cūctis filijs iſrael nō erat melior illo. Et ideo dicitur. iiij. Regum. x. Eligite melioreȝ de filijs domini veſtri. ꝛ ponite eum ſuper ſoliū patris ſui. Iſtud tamen ꝓculdubio hodie in pluribus in contrariuȝ eſt mutatū. quia ſalicȝ illi qui ſunt ſuperiores hodie non ſunt meliores. immo multotiens ſunt peiores. Quia ſicut dicit̄ Oſee. viij. Multi mali regnauerunt ſed non ex me. principes extiterunt ſed non per ſpūm meū. Non ſic ergo ſed ſint meliores viri in ꝑlatione ſuꝑiores. Secūdo dico ꝙ meliores debent eſſe viri ꝑfectiores ex profeſſione. ꝛ iſti ſunt clerici ꝛ religioſi. qui vicȝ ex profeſſione ſtatus ſui habent eſſe laicis ſecularibus meliores. Res eīn tanto eſt melior quanto ſummo bono eſt ꝓximior. Res etiā in tanto ſunt in genere ſuo meliores. quanto ſunt ſuo principio ꝓpiores. Et quia iſti viri eccleſiaſtici ꝛ religioſi ſunt ſummo bono. ſ. deo qui eſt omniū reꝝ principiū ꝛ origo ꝓpinqui. ꝛ ad ſibi appropinquandū ꝛ aſſiſtendū ſpāliter deputati. dico ꝙ debent eſſe ceteris meliores. ꝛ bonitate ꝛ efficacia pleniores. ita ꝙ de quolibet tali poteſt dici illud Hebre. viij. Nūc aūt melius ſortitus eſt miniſteriū. quāto melioris teſtamēti eſt mediator. Circa ꝙ nota ꝙ viri ꝑfecti ꝛ eccl̄iaſtici. vel etiā ꝗcūq; ꝟtuoſi ſunt meliores quod. ſ. facit.

Pondus timoris.
Nexus amoris.
Lacrima doloris.
Deſcenſus hūilitatis.
Conflictus aduerſitatis.
Conuictus tenuitatis.
Amictus iocūditatis.

Dico ergo boni ſunt meliores rōne diuini timoris. Eccl̄. xvj. Melior ē vn⁹ timēs deum q̄ȝ decem filij impij. ꝛ ꝓuerb. xv. Meli⁹ eſt parū cū timore dei. Itē rōe fraterni amor[is]. ꝓuer. xxvij. Melior ē vicin⁹ iuxta q̄ȝ fr̄ lōge. ꝛ Eccl̄s. iiii. meli⁹ ē ꝙ duos eē ſil'. Itē rōe iterni meror[is]. q̄r ſicut dr̄ Eccl̄. vij. meli⁹ ē ire ad domū luct⁹ q̄ȝ ad domū ꝯuiuij. Gariofilū.n. q̄d ꝑſſum lacrimat̄ valet meli⁹. ſ. de lacrima vid̄. vl' d̄ fletu. Itē ſiūt meliores rōe hūilitatis. balſam⁹.n. deſcēdēs ad fūdū meli⁹ valȝ. q̄r ſic dr̄ ꝓuer. xvj Meli⁹ ē hūiliari cū mitibus q̄ȝ diuidere ſpolia cū ſuꝑbis.

Item rōne aduerſitatis. qꝛ herba cōculcata melius profi-
cit. vento .n. tempeſtate ⁊ pluuia ſolēt herbe gaudere. vñ ꝓ
uer. xvj. Melior eſt patiēs viro forti. Item rōne tenui-
tatis ſeu pauꝑtatis. Cynamomū eñ melius eſt quod ha-
bet tenuē corticē. ſic qui habet tenuē ſiue pauperē ſubſtan
tiam. vñ ꝓuerb. xix. Melior eſt pauper iuſtus ꝗ̃ vir men
dax. Item rōne iocūditatis. Eccl'ſ. iij. Cognoui nihil me-
lius eſſe homini ꝗ̃ letari. Sic ergo patet ꝙ meliores ſunt
⁊ debēt eſſe illi ꝗ ſunt ꝑfectiores ex ꝓfeſſione. Tercio di
co. ꝙ meliores debēt eſſe viri ꝑfectiores ſeu prudentiores
ex cōditione. ſicut ſunt ſenes reſpectu iuniorꝝ. ſm .n. Pli.
Quis arbor thuris qñ eſt iuuenis thura ꝓferat cōdidio-
ra. arbor tñ antiqua thura ꝓfert efficaciora ⁊ meliora. Vi
nū etiam ⁊ potiſſime baſtardicū vinū qꝺ dr̄ vipellenſe. qñ
to antiquiꝰ. tanto melius purius ⁊ efficacius. Vinū etiam
illud qñ ꝑ trienniū vel quadrienniū cuſtodit̄. ita purifica-
tur ꝙ ſparſum in ignē ſolet ad modū olei flamare. Sic ꝓ-
culdubio chariſſimi illi ꝗ ſunt antiquiores in etate habent
eſſe meliores in efficacia ⁊ virtute. Quāto .n. plus viuunt
tanto maiorē puritatē contrahūt. ita ꝙ more olei ꝑ chari-
tatis incendiū inardeſcūt. vñ Lu. v. dr̄. Qꝛ nemo bibēs vi
nū vetus ſtatim vult nouū. dicit .n. vetus meliꝰ ē. Iſta tñ
regula fallit hodie in multis. qꝛ multos videmꝰ iuniores
ꝗ ſunt ſenioribus meliores. quinimmo multos videmus
qui ſunt boni in iuuentute tñ efficiūtur mali in ſenectute.
Myrtus eñ habet fructus medicinales. ſ; tanto ſunt me
liores quāto recentiores. Sic vere ſepe accidit ꝙ homies
ſunt meliores qñ ſunt iuuenes ⁊ recentes. ꝗ̃ qñ efficiunt̄
in etate ⁊ tpe magis ſenes. Ideo plāgendo dicebat Bern̄.
in meditationibꝰ. Cur inq̇t tanto deſiderio appetimus vi
tam iſtā in ꝗ quāto plꝰ viuimꝰ tāto magis peccamꝰ. Nō
ſic ergo ſ; ſint meliores ⁊ ꝑfectiores p̄lati reſpectu ſubdito
rum. Clerici reſpectu laicoꝝ. Antiqui reſpectu iuniorum.

## Melchiſedech.

Nota ꝙ melchiſedech ꝗ ad lr̄am fuit rex ſalem. ꝗ
poſtea fuit dicta hierl'm interp̄tatur rex iuſtus aut rex pa-
cificus. ſeu rex pacis aut rex iuſticie. fuit aūt rex ⁊ ſacerdos
ſicut ponit̄ Gen̄. xiiij. Et ſicut dr̄ ibidē. Iſte panē ⁊ vinum
deo obtulit. ⁊ abraā decimas dedit. Iſte ergo ſm apl'um
Hebr. vij. xp̄m figurauit. ꝗ iuſtus ⁊ pacificus ſemꝑ fuit. ⁊
ꝗ rex ⁊ ſacerdos etiā dictus fuit. ꝗ mūdum regendo. ⁊ de
regali ꝓgenie deſcendēdo ⁊ panē ⁊ vinū in ſacramēto al-
taris offerendo. ſeq; ꝓ nobis immolando. regis ⁊ ſacerdo
tis officio fuit functus. p̄s. Tu es ſacerdos ineter. ſm or.
melchi. Vel ſi vis. Per iſtū intelligit̄ ꝗlibet vir ꝑfectus. ꝗ
ſcꝫ ſe ⁊ alios digne ſcit regere. ⁊ ꝓ ſe ⁊ alijs p̄ces ⁊ ſacrifi-
cia bonoꝝ opeꝝ immolare. ⁊ pacis ⁊ iuſticie cultor eē. de-
cimas offerre. ⁊ ſe etiam a cūctis ſupfluitatibꝰ decimare.
Hebr. vij. Erat aūt hic melchiſedech rex ſalem ſacerdos
dei ſummi. j. Pe. ij. Vos eſtis genus electum. regale ſacer
dotiū. ⁊ gens ſancta ⁊c̄.

## Melodia.

Vide vbi Cantare ⁊ vbi ſonꝰ ⁊ vox.

## Membra.

Nota ꝙ cuꝫ mēbra ſint partes cor-
poris conſtitutiue. Hinc eſt ꝙ ꝑ mē
bra poſſunt intelligi partes que ꝯſtituunt aliquod vniuer
ſum. Cū igitur plura ſint corꝑa ſpūalia. videlicet Corpus

Beatorum.
Perfectoꝝ.
Reproboꝝ.
Meritoꝝ.

Hinc ē ꝙ plura poſſumꝰ inuenire mēbra.
vicꝫ. Supiora. Et iſta ſunt angeli ⁊ beati ꝗ
ſunt mēbra eccl'ie triūphātis. j. Coꝝ. xij. Po
ſuit xp̄s mēbra vnūqꝺq; eoꝝ in ſuo corpo-
re ſicuti voluit. Item inferiora. Et iſti ſunt hoies ꝑfecti ꝗ
ſunt mēbra eccl'ie militātis. de ꝗbꝰ. j. Coꝝ. xij. Corpꝰ non ē
vnū mēbꝝ. Itē exteriora. Et iſta ſunt reprobi ⁊ damnati.
ꝗ ſunt mēbra dyaboli. de ꝗbꝰ. j. Coꝝ. vj. Tollēs ſ; mēbra
xp̄i faciā mēbra meretricꝭ. Itē mēbra interiora. ⁊ iſta ſunt
aīe. potētie. gr̄e ⁊ v̓tutes. Hō .n. iterior hꝫ mēbra ſua. vicꝫ

Caput intentionis.
Oculus diſcretionis.
Aures obedientie ⁊ ſubiectionis.
Linguam gratiarumactionis.
Naſum deuotionis.
Manꝰ ⁊ brachia opationis.
Pectus meditationis.
Ventrem dilectionis.
Pedes affectionis.

Vñ de talibus mēbris
poteſt dici illud. j. coꝛ.
vj. Mēbra noſtra tē-
plum ſunt ſpūſſancti.
Cum igitur ſicut patꝫ
ex premiſſis per mem-
bra pn̄t intelligi xp̄ifi-
deles. notandum ꝙ ſicut
mēbra corpori vniūtur.
pariter cōnectūtur. mutuo obſequūtur. officijs diſtinguū
tur. Sic vere xp̄ifideles xp̄o cōiungūtur ꝑ fidei ⁊ gr̄e vni-
tatem. Simul ꝯnectuntur ꝑ vere amicicie charitatē. Sibi
obſequūtur ꝑ mutue clemētie bonitatē. A ſe diſtinguūtur
ꝑ fortune tranſitorie qualitatē. Dico igit̄ ꝙ iſta membra
xp̄i myſtico corpori vniūtur. Et iſtā vnionem facit fides ⁊
gr̄a. vñ. j. Coꝝ. xij. Omia mēbra corꝑis cū ſint multa vnū
corpus ſunt. Qꝺ tñ ē ꝯtra peccatores ꝗ mēbra ſunt pali-
tica. Et ꝯtra hereticos ⁊ ſciſmaticos ꝗ ſunt mēbra abſciſa
Item iſti dicūtur mēbra. qꝛ ꝑ charitatē inuicē ꝯnectūtur.
Vñ Ro. xij. Vnū corpus multi ſumꝰ in xp̄o. ſinguli autē
alter alteriꝰ membra. Qꝺ ē ꝯtra diſcordes. inuidos ⁊ ſuꝑ
bos. qui nullā hn̄t inter ſe cōnexionē ꝑ charitatē. ſ; magis
odiū. inuidiam. ⁊ cōtradictionē. Vñ xp̄s p̄ōt dicere illud
Roma. vij. Video aliam legem in mēbris meis repugnā-
tem legi mētis mee. Item ꝑ pietatē inuicē obſequūt̄. qꝛ ſi
cut dr̄. j. Coꝝ. xij. Per ſe inuicē ſollicita ſunt mēbra. ſi qui
dem aliq̇d patit̄ vnū membꝝ. compatiūt̄ omnia mēbra.
Et ſi gloriat̄ vnū mēbruꝫ. gloriant̄ oia mēbra. Nullū eñ
mēbrū eſt tānobile. ꝗn libēter iuuet ꝗntūcūq; vile mēbrū
Sic nullus debet eſſe tamdiues nobilis vel etiā ſctūs. ꝗn
ꝯpatiat̄ ⁊ cōdoleat. ꝗn obſequat̄ ⁊ ſubueniat ꝗbuſcunq;
malis et ꝑuerſis. vel etiā ꝗntūcūq; miſeris et egenis. Itē
ꝑ qualitatē inuicē diſtinguūt̄. qꝛ. ſ. ſicut quodlibet mēbrū
diſtinctū habet officiū ⁊ qꝺlibet cōtentū ē officio ſibi dato
a natura. ita ꝙ nullū ambit ad officiū alteriꝰ acq̇rendū ſi-
cut patꝫ. qꝛ manꝰ nūq̃ appetit videre. nec ambulare. nec
pes audire. et ſic de alijs. Sic vere viri ꝑfecti diſtinguunt̄
a deo in diuerſis officijs et gr̄e. et fortune. quia ſicut dr̄. j.
Coꝝ. xij. Vni dat̄ ſermo ſcientie. alij ⁊c̄. Sequit̄. Diuiſio-
nes graꝝ ſunt. vnꝰ aūt ſpūs diuidens ſingulis ꝓut vult.
Qꝛ tñ etiam ad fortunā diſtincti ſunt. qꝛ vnꝰ miles. alius
clericus. aliꝰ diues. aliꝰ pauper. Quia ſicut dr̄ Roma. xij.
Oia membra noſtri corꝑis eūdem actū non hn̄t. Et ideo
nullus debet officiū alterius ambire. ſ; gradu ⁊ ſtatu pro-
prio debet contentus eſſe. nec ad bonū alterius anhelare.
nec eidem in aliquo inuidere. Qꝺ eſt contra illos qui cuꝫ
ſint vna ſola ꝑſona. volūt tamen in eccleſia cōſtitui plura
mēbra. vel membroꝝ plurimoꝝ occupare officia. Quia ſi
ſunt decani. non ſufficit eis niſi etiāꝫ ſint archidiaconi vel
cantores. Si habeant prebendam in vna non ſufficit niſi
habeāt in alia. ita ꝙ iſti volūt fieri plura mēbra. vel mēbro
rū pluriū occupare officia. Iſti deberent aduertē ad v̓ba
Apoſtoli. j. Corint. xij. Corpus nō eſt vnū membꝝ. ſ; mul
ta. Et ſequit̄. Si totū corpus oculus. vbi auditus. Si to-
tus auditus. vbi odoratus? nūc aūt poſuit deus membra
vnūquodq; in corpore ſuo ſicut voluit. Et iſta de mēbris
ſufficiant. De membris v̓o corꝑalibus quomodo debent̄
ſeruari. Occupari et Mortificari. V. de alibi.

## Memoria. memini

Memento. me-
morari Nota ꝙ
memoria eſt potentia anime. per quaꝫ tranſacta ⁊ p̄terita
ta recordamus. Accipit̄ eñ ſepiſſime pro cōſideratione ⁊
cogitatione rerū abſentiū. occultaꝝ ⁊ futuraꝝ. ſicut Eccl'.
xiiij. Memor eſto quoniā mors nō tardabit. Accipit̄ etiā
memoria ꝓ fama. ſicut Eccle. xlv. Hij ſunt viri miſericor-
die quoꝝ memoria in bn̄dictione ē. Quocūq; mō accipia
tur notare poſſumꝰ. ꝙ ē memoria diuina ⁊ hūana. Diuia
mēoria nūq̃ recipit obliuionē. Memor erit in ſeculū teſtī
ſui. in p̄s. Hūana aūt mēoria patitur ſepe corruptionem.
Sap. iiij. Erunt gementes ⁊ memoria eorum pibit. Note
mus ergo ꝙ in ſcriptura inuenit̄ ꝗdam memoria que eſt

Petenda.
Timēda.
Tenēda.
Vitanda.

Memoria petēda ē mēoria diuie mie. De
qua in p̄s. Memēto nr̄i dn̄e in bn̄placito
popl'i tui. viſita non in ſalutari tuo. Me-
moria timēda ē mēoria iuſticie. de ꝗ in p̄s.
Ne memineris iniq̇tatū nr̄aꝝ. Mēoria tenēda ē mēoria
hūane ſapie. De qua in Ps̄. Memor fui dei ⁊ delectatus
ſum. Mēoria vitāda ⁊ dimittēda ē mēoria fraterne iniu-
rie. de ꝗ Leui. xix. Nō mēor eris iniurie ciuiū tuoꝝ. De
bona ſ; mēoria hūana dicamꝰ. ꝙ viri iuſti debēt hr̄e mēo
riā p̄teritoꝝ ⁊ etiā futuroꝝ. ſicut .n. videmꝰ. ⁊ Auicē. dicit.

Aliqua ſunt animalia que ſunt tenacis valde memoꝛie. ſi
cut ē canis. equus. camelus. optime eñ recoꝛdantur vias
per quas ierant homines q̇ eis benefecerant. hoſpitia in
quibus moꝛari conſueuerāt. qꝛ etiā canes de longinq̄s ꝑ
tibus ſolent ad hoſpitia redire. ⁊ per viam quā tranſierāt
memoꝛari. Sic vere chariſſimi viri boni ⁊ ꝑfecti debēt ha
bere foꝛtem ⁊ tenacē memoꝛiā. qꝛ. ſ. recoꝛdari debēt de ho
ſpitio paradiſi. qualiter inde per peccatū ade ceciderūt et
exierūt. Apoca. ij. Memoꝛ eſto vñ excideris. Item mēo-
rari debēt viam totiꝰ vite ſue qualiter eam tranſierunt. ⁊
in quibus errauerūt ⁊ in quibꝰ pꝛofecerunt. p̄s. Memoꝛ
fui dierū antiquoꝝ. Et Hiere. ij. Vide vias tuas in cōual-
le. ſcito quid feceris. Item memoꝛari debent illos a quibꝰ
beneficia receperūt ⁊ habuerāt. vñ dicit Sene. Hec inter
duos beneficij lex ē vt alter ſtatim obliuiſcat̄ dati. alter vo
ſemꝑ ſit memoꝛ accepti. Et aduertamꝰ ꝙ ſi volumus eſſe
viri ꝑfecti tria ſunt p̄cipue memoꝛāda de deo. tria de ſeipō
tria de alio. Primo quidē de deo debemus memoꝛari

Potentiam creatoꝛis. — Dico potentiā creatoꝛis. qꝛ. ſ.
Clemētiā redēptoꝛis. — mirabilia q̄ faciat deus i mū-
Iuſticiam coꝛrectoꝛis. — di continua gubernatōe, q̄ fa

ciet etiā in futuro iudicio in mūdi renouatōne. nūq̄ꝫ debet
excidere a memoꝛia coꝛdis noſtri. p̄s. Memoꝛ ero ab ini-
tio mirabiliū tuoꝝ. Et Eccl̄s. xij. Memento creatoꝛis tui.
⁊c̄. Item clementiā redēptoꝛis. Toꝛmēta. n. q̄ ꝓ nobis in
cruce ſuſtinuit. grām ⁊ gloꝛiā quā nobis in cruce obtinuit
magnū preciū qđ pꝛo nobis exhibuit. ſemꝑ debent a fideli
bus memoꝛari. ⁊ ꝑ compaſſionē et gratiarūactionem iugi
memoꝛie cōmendari. Hebꝛe. xij. Recogitate eum qui tal ē
in coꝛꝑe ſuo ſuſtinuit cōtradictionē. Filij eñ pellicani vi-
dentes matrē ſuam ꝓpter ſui viuificationē vulneratam ⁊
ſanguine diminutā. ſolent ſibi doloꝛem ipſius memoꝛari. ⁊
ipſam nutrire ⁊ ꝯſolari ⁊ cōcomitari. Quia. ſ. nunq̄ꝫ debet
homo obliuiſci ſanguinē ⁊ vulnera matris ſue. ſ. xp̄i. qui. ſ.
ꝓ nobis viuificandis in cruce noſcit̄ ſuſtuliſſe. Thob. iiij.
Honoꝛē exhibebis matri tue. Memoꝛ eñ eſſe debes que
⁊ quanta ꝑicula in ſe perpeſſa ſit. Solus. n. aſpectus ſan-
guinis ad pꝛeliū animat elephantes. Quia ſola memoꝛia
ſanguinis xp̄i ad pꝛeliandum ꝯtra demones ⁊ vicia deuo
tos excitat ⁊ fideles. Et ideo xp̄s ad hoc inuitat. Treñ. iij.
Recoꝛdare pauꝑtatis mee ⁊c̄. ⁊ homo debet ſibi dicere il-
lud p̄s. Memoꝛ fui tui ſuꝑ ſtratū meuꝫ. in matutinis me-
ditaboꝛ in te. qꝛ fuiſti adiutoꝛ meꝰ. ⁊ illud. Pꝛopterea me-
moꝛ ero tui de terra ioꝛdanis ⁊ hermonym a monte mo-
dico. Item memoꝛemur iuſticiā coꝛrectoꝛis. qꝛ. ſ. ſemꝑ de
bemus habere in memoꝛiā quanta eſt diuine iuſticie ſeue
ritas. quanta ē ſuoꝝ iudicioꝝ obſcuritas. quanta erit etiā
ſue future ſententie auctoꝛitas. P̄s. Memoꝛaboꝛ iuſticie
tue ſolius. De aquila. n. legimus ꝙ aues die qua viderint
vel audierint aquilā reboantē. ipſius ꝑ totā diem taliter re
coꝛdant̄ ꝙ pꝛe timoꝛe eius ad pꝛedā volare nō audere di
cūtur. Quia vere chariſſimi ſi memoꝛiam aquile q̄ ē auis
ſeueriſſima. id eſt memoꝛiam iuſticie et ſeueritatis in coꝛ-
de habuerimus. nūq̄ꝫ ad mala opera volabimus. Ideo cō
ſulit̄ Neemie. iiij. Dñi dei magni ⁊ terribilis mementote.
Et ſic patet ꝙ q̄ꝫtū ad deū tria ſunt memoꝛanda. vicꝫ eiꝰ

Potentia creatiua. — Secundo dico q̄ꝫtū ad nos
Clementia redemptiua. — ſunt tria alia memoꝛāda. vi
Iuſticia coꝛrectiua. — delicet. Pꝛincipiū. Mediuꝫ

⁊ Finis. Hoc ē dictu. carnis vilitas ⁊ conditio. qđ. ſ. ē p̄n-
cipiū vite. Vite pꝛauitas ⁊ infectio. qđ. ſ. ē medium. Moꝛ
tis grauitas ⁊ afflictō. qđ ē finis. Memoꝛemur igit̄ nr̄am
vilitatem ⁊ conditōnem. qꝛ. ſ. hō debet habere in memoꝛia

Qr̄ viliter generatus. — P̄s. Memoꝛare q̄ in ea ſub-
Qr̄ difficiliter nutritꝰ. — ſtantia. nūquid eñ vane conſti
Qr̄ fragilit̄ cōſtitutꝰ. — tuiſti oēs filios hoim̄. ⁊ Gene.

iij. Puluis es ⁊ in puluerē reuerteris. Item memoꝛemur
noſtrā pꝛauitatē. qꝛ. ſ. debemꝰ habere in memoꝛia peccata
que cōmiſimus qualiter ex his deum offendimus. ⁊ quali
ter paradiſum amiſimus. ⁊ infernum acquiſiuimus. Ser
pens eñ habiturus copulā cū murena ſolet venenū euo-
mere. ipm̄ tñ poſtmodū reſumere. ⁊ ſibi intimare ⁊ incoꝛ
poꝛare. Sic vere ſerpentes. i. viri iuſti q̄ ſunt pꝛudentes ſi
cut ſerpentes ⁊ ſimplices ſicut colūbe. ad hoc ꝙ cū xp̄o ꝑ

gratiā copulent̄. neceſſe eſt ꝙ venenū peccatoꝝ ſuoꝝ per
confeſſionē euomāt ⁊ dimittāt. ipſa tñ per recoꝛdatione de
bent reſumere. ⁊ in ventre iugis memoꝛie cōmendare. Sa
piens eñ Eccl̄. v. dicit de ꝓpiciatu peccatoꝝ. Noli eē ſine
metu. Et Eccl̄. xj. In die bonoꝝ nō immemoꝛ ſis maloꝝ.
Item memoꝛemur moꝛtis grauitatē. Semꝑ. n. debemus
habere in memoꝛia moꝛteꝫ. ſcꝫ q̄ꝫcita q̄ꝫ aſpera. q̄ꝫ occulta.
Moꝛtis. n. memoꝛia ꝯparat̄ cineri qui eſt reſiduū coꝛpis
reſoluti. In lege eñ p̄cipit̄ ꝙ cineres animaliū cōbuſtoꝝ
⁊ in ſacrificio conſumptoꝝ in ſanctuario in loco mūdo re
ponerētur. ſicut p̄cipit̄ Leui. j. Ad denotandū ꝙ in mūdo
loco cōſcie noſtre. ſemꝑ debemꝰ cineres nr̄e reſolutōnis ⁊
moꝛtis ꝑ memoꝛiā reponere ⁊ habere. Geñ. iij. Puluis es
⁊ in puluerem reuerteris. Et Eccle. xiiij. Memoꝛ eſto q̄m
moꝛs nō tardabit. Et. xxviij. Memēto nouiſſimoꝝ ⁊ deſi-
ne inimicari. feſtiua tempus. ⁊ memēto finis. Eccle. xxxvj.

Et ſic dico ꝙ memoꝛare debemus. ſ. — Tercio dico
Carnis conditionem ⁊ vilitatem. — ꝙ quantum
Culpe infectionem ⁊ pꝛauitatem. — ad alios tria
Moꝛtis afflictionem ⁊ grauitatem. — ſunt etiā me-
moꝛanda. videlicet — Dico ꝙ memoꝛanda eſt per-
Perfectio pꝛedeceſſoꝝ — perfectio p̄deceſſoꝝ. qꝛ ꝓcul-
Damnatio malefactoꝝ. — dubio bonitas ⁊ ꝑfectio anti-
Affectio beneficioꝝ. — quoꝝ digna eſt ab omibꝰ me-

moꝛari. ⁊ ad eoꝝ laudationē. ⁊ ad eoꝝ imitatōem. ⁊ ad no
ſtrū exemplū ⁊ infoꝛmatōnem. j. Macha. ij. Mementote
operū patrū vr̄oꝝ q̄ fecerūt in generatōibus ſuis. Et. iiij.
Mementote quō ſalui facti ſunt p̄res veſtri. Quia ſicut
dr̄ in p̄s. In memoꝛia eter. erit iuſtꝰ. Vt ſic breuit̄ de me-
moꝛia et fama cuiuſlibet viri iuſti dicatur illud Sap̄. iiij.
Immoꝛtalis. ē. n. memoꝛia illius. qꝛ apud deū nota eſt et
apud homines. Cuiꝰ tamē ꝯtrariū eſt de malis. quoꝝ me
moꝛia moꝛit̄ cū eis. De quibꝰ Eccle. x. Diſperdidit eos. ⁊
ceſſare fecit memoꝛiā eoꝝ a terra. Et in p̄s. memoꝛia eoꝝ
veteraſcet in inferno a gloꝛia eoꝝ. Item memoꝛet̄ dāna-
tio malefactoꝝ. vt. ſ. exinde terreamur. ita ꝙ a ſimilibꝰ cō-
peſcamur. vñ Luc. xvij. memoꝛes eſtote vxoꝛis loth. que
ſcꝫ. ꝓpter inobedientiā cōuerſa fuit in ſtatuā ſalis. ſicut di
cit̄ Geñ. xix. Alioꝝ etiā quoꝝ̄cūq̄ꝫ afflictoꝝ et tribulatoꝝ
debemus recoꝛdari. et eis compati et eos conſolari. ⁊ ma
xime illoꝝ qui ſunt in purgatoꝛio vel in quocūq̄ꝫ infoꝛtu-
nio vel toꝛmento. moꝛe elephantū qui caſui ſui ſocij com-
patiuntur ⁊ eius infoꝛtuniū memoꝛantur. de quo Hebꝛe.
xiij. Mementote vinctoꝝ tanq̄ꝫ ipſi pariter vincti. Itē me
moꝛetur affectio benefactoꝝ ſicut poſitū ē ſupꝛa exemplū
de cane. ⁊ ſicut ſupꝛa inuenies multa exempla de gratiarū
actione. de quo Cant. j. In odoꝛe vnguentoꝝ tuoꝝ curri-
mus. memoꝛes vbeꝝ tuoꝛum ſuper vinū. Et ſic igit̄ patꝫ
que ſunt illa que debemus in memoꝛia gerere ⁊ tenere. vt
ſic quilibet dicat illud Treñ. iij. Memoꝛia memoꝛ ero ⁊
tabeſcet in me anima mea. Iſta tñ ſunt contra multos. q̄
recte videntur memoꝛiā amiſiſſe. qꝛ. ſ. non vident̄ recoꝛ-
dari illoꝛuꝫ que ꝑtinent ad ſalutē. Sed de hoc vide ſupꝛa
⁊ infra de Obliuione. Vide etiam ſupꝛa de Aqua. vel de
Fonte vbi ponit̄ de duobꝰ fontibꝰ ethiopie q̄ꝝ aq̄ vnius
potata inducit obliuionem. altera v̊o memoꝛiam facit ⁊c̄.

Sed adhuc poſſemus breuiter adiungere ꝙ in deo tri-
plex eſt memoꝛia. ſcilicet memoꝛia qua memoꝛatur.

Iniquoꝛum ad eoꝝ damnationem. — Recoꝛdat̄ iniquo-
Perfectoꝝ ad eoꝝ ſaluationem. — rū dico ad eoꝝ dā-
Infirmoꝝ ad eoꝝ conſolationē. — nationē. de q̄ apoc.

xvj. Babilon magna venit in memoꝛiā añ deū. ⁊ in p̄s dr̄.
In mēoꝛiā redeat iniq̄tas patrū eius in ꝯſpectu dei. ⁊ pec
catū mr̄is eiꝰ nō deleat̄. Itē mēoꝛat̄ bonoꝝ. ad eoꝝ cōſo-
latōem ⁊ ꝓmotōeꝫ. ⁊ ſic dr̄ in p̄s. memento dn̄e dauid ⁊c̄.
Et alibi. memoꝛ eſto v̄bi tui ſuo tuo in q̄ mihi ſpeꝫ dediſti.
Itē mēoꝛat̄ infirmoꝝ ad eoꝝ cōpaſſionem. Et ſic petebat
dauid adiuuari allegādo fragilitatē ꝯditōis hūane dicēs i
p̄s. memoꝛare que mea ſb̄a. nūq̄d. n. vane cōſtituiſti filios
hoim̄. ⁊ Iob. vij. memento mei deꝰ. qꝛ ventus ē vita mea.
Et hec de memoꝛia ſufficiūt. Vide. ſ̄. de cōſideratōne. Co
gitatōne. Intellectu ⁊c̄. Et. j̄. de recoꝛdari.

**Mens.** Nota ꝙ mens q̄nq̄ꝫ accipit̄ ꝓ aīa q̄nq̄ꝫ ꝓ
coꝛde. q̄nq̄ꝫ ꝓ cogitatione. ꝓ ꝯſtantia. pꝛo

intentione. Et q̄ꝛ de om̄ibus iſtis ē tractatū. Idcirco intē-do breuiter ꝑtranſire. Nota ergo. ſolummodo dico ꝙ in ſcriptura inuenitur mens bona. ⁊ mēs mala. vicioſa ⁊ vir-tuoſa. De voluntate ⁊ conſcientia bonoꝝ poſſumus nota-re ꝙ boni ⁊ ꝑfecti habent Mentem

Timoroſam.
Luminoſam.
Amoroſam.
Renouatam.
Eleuatam.
Humiliatam.
Adornatam.
Deodicatā.

Dico ergo ꝙ viri perfecti habēt mentē ti-moroſam. vñ Deu. v. Quis det talem eos habere mentem vt timeant me. Item mē-tē luminoſam. Vñ act. x. Cecidit ſuꝑ petꝝ mentis exceſſus. ⁊ vidit celū apertū. Itē mētem amoroſam. vñ. ij. Paral. xxix. Ob-tulit vniuerſa multitudo mentē deuotā. Item dico ꝙ perfecti hñt mentē renoua-tam. Ephe. iiij. Renouamini ſpū mentis vr̄e. Item men-tem eleuatā. vñ in ps. Beniamin adoleſcentulus in men-tis exceſſu. Item mentem hūiliatam. j. Coꝛ. xiiij. Orabo ſpū. orabo ⁊ mente. Item mētem virtutibus oꝛnatā. Vñ Mar. v. Lu. viij. dr̄. ꝙ ipſi viderunt illum qui a demonio vexabaṫ veſtitum ſedentem ⁊ ſane mentis. Unde nota ꝙ ad hoc ꝙ homo habeat bonam mentem. id eſt bonā ani-mam ⁊ voluntatem neceſſaria ſunt tria. videlicet

Vt virtutū floꝛibus vberius oꝛnetur. Ideo dr̄ veſtitum.
Vt mūdanis fluctibus exterius ꝑueṫ. Jō dr̄. Sedentem.
Vt culpaꝝ ſoꝛdibus interius mūdetur. ideo diciṫ. Sane mentis. Iſta. n. tria ad bonā mentez ſunt neceſſaria. vicꝫ

Virtutibus floꝛere.
Criminibus non ſoꝛdere.
Tumultibus carere.

id ē in mūdi negocijs vltra ꝙꝫ opoꝛteat nō herere. Teſte. n. Sene. Nemo ad bonā mentē ꝑuenit occupatus. Et iſta de bona mente ſufficiāt. Sed adhuc dico ꝙ in ſcriptura fit mentio de mente maloꝛum. Et ſic nota ꝙ eſt inuenire Mentem

Cupidam ⁊ inflamatam.
Stolidam et immutatā.
Timidam ⁊ eneruatam.
Rapidā ⁊ effrenatam.
Solidā ⁊ induratam.
Turgidā ⁊ agitatam.
Fetidam ⁊ inquinatam.
Ignaram ⁊ ebetatam.
Obſcurā ⁊ excecatam.
Nō veram ſ; palliatam.

Dico ꝙ mali hñt mentē infla-matā ꝑ cupiditatem. Et tales erant illi qui concupierūt con-cupiſcentiā in deſerto dicētes Num. xj. Recoꝛdamur piſciū quos comedebamꝰ in egipto in mentem nobis veniūt cucu-meres ⁊ pepones. poꝛri cepe ⁊ allia. Item mentē immuta-tam ad iniq̄tatem. De ſalomo-ne eñ dr̄. iij. Reg. xj. Iratus ē dñs ſalomoni. eo ꝙ auerſa ē mens eius a dño deo iſrael. Itē mentē eneruatā ꝑ timi-ditatē. ſicut de exercitu holofernis dr̄ Judith. xv. ꝙ audi-ta decollatōe magiſtri ſui fugit mens ⁊ cōſiliū ab eis. Itē mentē effrenatā ad rapacitatē. ꝓuer. xxiiij. Ne emuleris viros malos. q̄ꝛ rapinas meditaṫ mens eoꝝ. ⁊. ij. Mach. xj. Mente effrenatus in multitudine peditum ꝯfidebat. Itē mentē induratā ꝑ immutabilitatē. ꝓuerb. xxviij. Qui mentis ē dure coꝛruet in malū. Itē mentē agitatā ꝑ curio-ſitatem. Eccs. ij. Hec ē vanitas ⁊ caſſa ſollicitudo mētis. Itē mentē inq̄natā ꝑ carnalitatē. Tytū. j. Polluta ē eoꝝ mens ⁊ conſciētia. Itē mentē hebetatā ꝑ fatuitatē. Dañ. ij. Mēte cōfuſus ignoꝛo q̄d viderim. Item mētē exceca-tam ꝑ obſcuritatē. ij. Coꝛ. iiij. Deus huiꝰ ſeculi excecauit mētes infideliū. Itē mētē palliatā ꝑ fallacitatē. vñ ꝓuer. xxiij. Comede ⁊ bibe dicet tibi et mēs ipſiꝰ nō ē tecū. Iſta igiṫ de bona ⁊ mala mente ſufficiāt gratia breuitatis. Si vis exempla. vide. ſ. de coꝛde. cōſcientia. cogitatione. ⁊ in-fra de voluntate.

**Menſa.** Cū menſa ſit illud in quo homines refi-ciūtur. Hinc ē ꝙ moꝛaliṫ ꝑ menſam poſ-ſumus ſignificare quicquid ſolet refectio denotare. Note-mus ergo ꝙ menſa accipitur multipliciter. Eſt eñ menſa

Perfectoꝛum.
Beatoꝛum.
Malignoꝛum
Damnatoꝛum.

Pꝛima eſt menſa virtuoſa.
Secunda ē menſa glorioſa.
Tercia eſt menſa vicioſa.
Quarta eſt menſa doloꝛoſa.

Pꝛimo igiṫ dico ꝙ ē mēſa viroꝝ ꝑfectoꝝ. Et iſta ꝓcul dubio quadruppliciter ſignat. ſ. Sacre ſcripture cōuiuatio-nē. Euchariſtie refectōem. Gr̄e nutritōnem. Ecc̄aſtice ſb-ſtantie ſuſtentatōem. In mēſa ſacre ſcripture ꝓponunṫ fercula ſciaꝝ. et ibi miſtrāṫ fides. ſapia. ſtudiū. meditatio. ⁊ diſcretio. ⁊ de iſto dr̄ ꝓuerb. ix. Sapia edificauit ſibi do-mū miſcuit vinū. et poſuit mēſam. Scriptura. n. dr̄ mēſa ſapie. q̄ ꝓcerto ē domꝰ ad hitatōem. Eſt vinū ad dulcē cō-ſolatōem. Eſt mēſa ad mētis recreatōem. Et de iſta mēſa dr̄. iij. Reg. xiij. Cūꝫ ſederet ad mēſam factꝰ ē ſmo dñi ad ꝓpham. In mēſa euchariſtie ꝓponūṫ fercula miraculo-rū. et in iſta mēſa miſtrant. fides. deuotio. timoꝛ et reuerē-tia. Iſta ē illa mēſa de qua dr̄ Nūe. iiij. Menſam ꝓpoſitō-nis inuoluent pallio iacinctino. Menſa eñ ſacri altaris ē inuoluta pallio multoꝛū accidentiū. q̄. ſ. ſine ſubiecto in ſacro ſubſiſtūt. ita ꝙ ad iſtā menſam difficile eſt accedere niſi nos miniſtra ipius menſe. ſ. fides ſalubꝛiter introdu-cat. Iſta eſt mēſa de qua dr̄ Nūe. viij. ꝙ menſa ꝓpoſitio-nis cū panibꝰ ſꝑ ad aq̄lonē in tabernaculo ponebaṫ. can-delabꝝ ꝟo luminis ad auſtrū erigebaṫ. q̄ꝛ ꝓculdubio mē-ſa euchariſtie in tabernaculo ecc̄ie neceſſaria ē in ꝑte aqui-lonari. id eſt in ſtatu aduerſitatis. iuxta illud ps. Paraſti in conſpe. meo men. aduer. eos q̄ trib. me. Candelabꝝ ꝟo diſcretionis neceſſarium eſt in parte auſtrali. id eſt in ſta-tu pꝛoſperitatis. Aduerte tamen ꝙ bona iſtius menſe ho-die deuoꝛanṫ a tribꝰ generibꝰ hoim iniquoꝝ. vicꝫ A viris

Pigris et deſidioſis.
Immundis et luxurioſis.
Simoniacis et ꝑnicioſis.

Pigri igiṫ et deſidioſi figurā-tur Judic. j. vbi dr̄. ꝙ ſb mē-ſa adonibezeth q̄ interpꝛetaṫ dñs fulgurās. lxx. reges amputatis ſummitatibus peduꝫ et manuū reliquias colligebāt. Quia pꝛocerto chariſſimi hodie illi qui in menſa dñi fulgurantis xp̄i colligūt reliqui-as eccleſiaſticoꝝ hñficioꝝ et honoꝝ videnṫ amiſiſſe ſum-mitatē pedū et manuū. i. excellentiā bonaꝝ affectionum ⁊ bonaꝝ oꝑationū. Immūdi et luxurioſi figurantur Dañ. xiiij. vbi dr̄. ꝙ ſacerdotes ꝑ occultos meatus veniebāt. et cū pueris ⁊ vxoꝛibus cibos q̄ apponebanṫ in mēſa belis quotidie cōſumebāt. Quia. ſ. hodie mali ecc̄iaſtici et luxu-rioſi bona mēſe ecc̄ie conſumūt. et exinde vxoꝛes. i. concu-binas occulte nutriūt et reficiūt. Simoniaci ꝟo et ꝑnicio-ſi figuranṫ in iuda. q̄ q̄uis dñm vendidiſſet. cū ipo tamē in mēſa ſua comedebat. ſicut ipe dicit Lu. xxij. Ecce manꝰ tradētis me mecum eſt in menſa. Tales ergo ꝓculdubio bona mēſe xp̄i hodie comedūt et recipiūt. iuxta illud mat. xv. Catelli edūt de micis q̄ cadunt de menſa dñi ſui. Com-para iſtos catellis ſi vis. ſ; ꝓcerto boni et paupes vix inde aliquid hodie accipiūt. quia ſicut dr̄ Lu. xvj. Lazarus cu-piebat ſaturari de micis q̄ cadebāt de menſa diuitis et ne-mo illi dabat. In mēſa gr̄e ꝓponūtur fercula virtutum atq; donoꝝ. ⁊ in iſta miniſtrant pietas q̄ ē panifera. Leti-cia q̄ eſt pincerna. Deuotio q̄ miniſtrat carnes coꝛpoꝛis xp̄i. ⁊ ſic de alijs. Et de hac pōt dicere dño cuilibet iuſtus illud. ij. Reg. xix. Poſuiſti me ſeruū tuū inter ꝯuiuas mē-ſe tue. Ita de iſta pōt dici illud. iiij. Reg. iiij. vbi loquiṫ de cenaculo helyſei dicens. Ponamꝰ in eo lectulū. ⁊ mēſam ⁊ ſellam ⁊ candelabꝝ. q̄ꝛ ꝓcerto in cenaculo xp̄i qd̄ eſt ec-cleſia inueniṫ mēſa. i. refectio graꝝ. in q̄ q̄dē ē lectus mun-dicie ⁊ puritat. ſella iuſticie ⁊ eq̄tatis. Candelabꝝ pꝛudē-tie ⁊ veritatis. In menſa tꝑalis ſuſtentatōnis ſeu eccle-ſiaſtice ſubſtātie ꝓponūtur hodie fercula multoꝝ tꝑaliuꝫ bonoꝝ. Et ideo ibi dꝫ miſtrare largitas ⁊ cōpaſſio ad ꝓxi-mū. humilitas ⁊ gr̄arumactio q̄tū ad deū parcitas. abſti-nentia. ⁊ carnis maceratio q̄tū ad ſeipm̄. Et iō cuilibet ec-cleſiaſtico pōt dici illud Eze. xxiij. Sediſti in lecto pulcer-rimo. ⁊ mēſa oꝛnata ē añ te. De iſta ꝑcipiṫ Ecci. xxxj. Su-per mēſam. magnā ſediſti. nō apias ſuꝑ illā faucē tuā poꝛ-ſcꝫ ad bona ecc̄ie deuaſtandū. ambiendū ⁊ acq̄rendū. Re-creemur ḡ ⁊ ſatiemur in iſta quadruplici mēſa. ſ. in menſa Ecc̄iaſtice ſuſtentatōnis. Gr̄e ⁊ deuotionis. Euchariſtie ⁊ ſacr̄alis cōionis. Sacre ſcripture ⁊ diuīe lectionis. Iſta eſt ergo quadruplex mēſa viroꝝ ꝑfectoꝝ. Scd̄o dico ꝙ ē menſa hoim beatoꝝ. Et iſta ē mēſa eterne felicitatis vbi ꝓponūṫ tria ꝑncipaliṫ fercula. ſ. Dilectio. Cognitio. Frui-tio. Et nota ꝙ in iſta menſa ē oꝛdinis ꝯuiuantiū rectitudo hoim miniſtrantiū multitudo ciboꝝ affluentiū plenitudo. Eſt dico ibi inter ꝯuiuas oꝛdinis rectitudo. q̄ꝛ. ſ. in iſta mē-ſa illi q̄ ſunt in moꝛibus melioꝛes. ſunt in honoꝛibꝰ potio-res. qd̄ hñ figuratur in menſa Joſeph vbi ipe fecit ſedere frēs ſuos ſm oꝛdinē etatꝰ ſue. vnūquēq; ſm pꝛimogenita ſua. Itē ē ibi miniſtrantiū multitudo. Dēs. n. miniſtrant

Ibi mutuo ferculū charitatis. Eſt.n. ibi deus ſicut impera
toꝛ. Beata ꝟgo ſicut impatrix. Angeli ſicut ſeruiētes. Pa
triarche ſicut pꝛincipes. Pꝛophete ſicut conſiliarij ⁊ offici
ales. Apoſtoli ⁊ martyres ſicut milites. Confeſſoꝛes ⁊ do
ctoꝛes ſic̄ clerici ⁊ aduocati. Virgīes ſicut domicelle. Itē
ibi eſt leticia q̄ tripudiat ⁊ letat̄. gaudiū qđ ꝯſolat̄. gratia
rumactio q̄ modulat̄. laus ⁊ tripudium quo tota ſocietas
recreat̄. Ecce ergo ꝙ milia miliū miniſtrabāt ei. Vñ ergo
dr̄. iij. Reg. x. Qꝛ regina ſaba veniens ad ſalomonē. cū vi
diſſet oꝛdines miniſtrantiū ⁊ veſtes. ⁊ cibos mēſe ſue. nō
habebat vltra ſpūm ꝓ ſtupoꝛe. Itē dico ꝙ ibi eſt affluen
tiū plenitudo ⁊ etiā longitudo. Lu. xxij. Vt edatis ⁊ biba
tis ſup menſam meā. ⁊. ij. Regū. ix. Tu comedes panē in
menſa mea ſemp. Iſta ē igit̄ mēſa hoim beatoꝝ. Ter
cio dico ꝙ ē mēſa mūdane ꝓſperitatis. Figurata p men
ſam Nabucho. regis a cuius cibis ſancti pueri. ſ. daniel ⁊
ſocij eius abſtinuerūt ⁊ ſapiētioꝛes inuenti fuerunt ⁊ pul
crioꝛes. ſic̄ dr̄ Dan. ij. Iſta ē etiam mēſa regine iezabel de
qua ꝓphe baal fuerūt nutriti. q̄ tn̄ poſtea p helyā interfe
cti ſunt. ſicut dr̄. iij. Reg. xviij. Quia ꝓcerto chariſſimi mē
ſa ꝓſperitatis mūdane in qua. ſ. ꝓſunt hodie Nabucho.
qui interp̄tat̄ ſedens in anguſtia ⁊ iezabel q̄ interp̄tat̄ flu
ens ſanguine. hoc ē dictu. auari q̄ cōtinue p ſollicitudines
anguſtiant̄. ⁊ delicioſi q̄ ſemp fluxui ⁊ ſanguini carnalita
tis ſubijciūtur. ſuos ꝯuiuas faciunt p helyam. i. a deo per
moꝛtē eternā finaliter occidi. Illi ꝟo qui de eiꝰ delicijs nō
curāt. ſunt ſpūali pulcritudine ⁊ ſapientia decoꝛati. Et de
tali mēſa loq̄tur in ꝓs. Fiat mēſa eoꝝ coꝛā ip̄is in laq̄um.
⁊ in retributōnes ⁊ in ſcandalū. Talis.n. menſa ē laqueꝰ
quo mali ꝓmiant̄. ſcandalū quo mali in infernū coꝛruere
compellūt̄. Iſta ē ergo menſa hoim pctōꝝ. Quarto di
co ꝙ ē menſa hoim damnatoꝝ. Et iſtud nihil aliud ē q̄ꝫ il
lud triſte conuiuiū infernale vbi damnati pane doloꝛis ⁊
aqua anguſtie ſatiant̄ ⁊ vbi demones aiabus hoim dele
ctant̄. De quo Eze. xxxix. Dic omni volucri celi ⁊ vniuer
ſis auibus. cūctiſq; beſtijs terre. ꝯuenite. ꝓperate. cōcurri
te ad victimā meā quā ego immolo vobis. Carnes foꝛtiū
terre comedetis. ⁊ ſanguinē pꝛincipū terre bibetis. arietuꝫ
⁊ agnoꝝ ⁊ hircoꝝ thauroꝛūq; ⁊ altiliū ac boum pinguiū ⁊
ſaturabimini ſup mēſam meā de eq̄ ⁊ eq̄te. ⁊ foꝛti. ⁊ de vni
uerſis viris bellatoꝛibꝰ ait dñs deꝰ. Et aduerte ꝙ i iſta mē
ſa comedūt̄ ⁊ deuoꝛāt̄ mlta genera pctōꝝ. vicꝫ. Homies

Cornuti per ſupbiam. Arietes.
Ignari per ignoꝛantiam. Agnoꝝ.
Fetidi per luxuriam. Hircoꝝ.
Elati p ſtulticiā. Thauroꝝ.
Sublimes p ꝓſumptiōeꝫ. Altiliū.
Molles p dilectionē. Pinguiū.
Potētes p iuriſditōnem. Foꝛtiū.
Crudeles p furoꝛem et turbatio
nem. Bellatoꝛes i
quit. Oēs.n. tales
mali in menſa ifer
ni demonibus ex
ponuntur ⁊ ab eis
crudeliter coꝛrodū
tur. Et ſic pꝫ ꝙ i ſa
cra ſcp̄tura iuenit̄
Menſa demonioꝝ. Menſa viciorū. Menſa glorioſorū.
Et menſa virtuoſoꝝ. Et hᷣ de mēſa ſufficiāt gr̄a breuitatis.

# Menſis.

Cū mēſis ſit q̄dam certa ⁊ diſtincta ps
tp̄is. ſ. xij. ps anni q̄ menſis a mene qđ
ē defectus dr̄. ꝓ eo ꝙ in omni mēſe luna deficere cōpꝛoba
tur. ⁊ poſt defectū iteꝝ renouat̄. Poſſumꝰ notare ꝙ mo
ralit̄ loq̄ndo mēſ ſumit̄ multis mōis. ⁊ ſic dico ꝙ inuenit̄ mēſ

Luctuoſus ⁊ tranſitoꝛius.
Virtuoſus ⁊ meritoꝛius.
Gaudioſus ⁊ ſaluatoꝛius.
Fluctuoſus ⁊ nugatoꝛiꝰ.
Vicioſus ⁊ damnatoꝛiꝰ.
Dololoꝛoſus ⁊ afflictoꝛiꝰ.

Primꝰ ē menſis moꝛtalis
duratōis. Secūdus ē mē
ſis moꝛalis ꝑfectōis. Ter
cius ē mēſis vitalis ſalua
tionis. Quartus ē menſ
mūdialis poſſeſſiōis. Qui
tus ē menſis criminalis defectōnis. Sextus ē mēſis infer
nalis damnatōis. Primo ergo dico ꝙ eſt dare menſem
tranſitoꝛie duratōis. ⁊ ſic menſis ſignat vitā p̄ñtem. q̄ hñ
dr̄ a defectu. qꝛ ꝓcerto multis defectibꝰ ē ſbiecta. Luna eñ
id ē hūana nā de vno mēſe ad aliū ſp mutat̄. in fine ꝟo p
moꝛtē penitꝰ obſcurat̄. ⁊ p t̄re interpoſitōem. ⁊ i ſepulcro
abſcōſiōꝫ finalr̄ ecclipſat̄. Iſti igit̄ mēſes duratōis hūane

In ingreſſu ſunt maculoſi.
In ꝓgreſſu ſunt doloꝛoſi.
In egreſſu ſunt tenebꝛoſi.

De menſe miſerabilis in
greſſus dr̄ Iob. xxxix. Nū
q̄d dinumeraſti mēſes cō
ceptus. Iſte.n. ē pꝛimꝰ mēſis noſter. ſ. ꝯceptꝰ et introitus
coꝛpalis. Exo. xij. Menſis iſte vobis pꝛincipiū menſium.
pꝛimꝰ erit in mēſibus anni. de quo etiā optime pōt expo
ni illud Nume. xx. vbi dr̄. ꝙ filij iſrael venerūt in deſerto
ſyn menſe pꝛimo. Syn.n. interp̄tat̄ odiū vel egrediens. qꝛ
ſcꝫ tūc dicit hō illud Iob. j. Nudus egreſſus ſum de vte
ro matris mee: qñ. ſ. ipſe ingredit̄ deſertū huiꝰ mūdi. ⁊ qñ
ip̄e naſcit̄ ad odiū et ad rixaꝫ. De menſe labilis ꝓgreſſus
id ē vite humane decurſu q̄. ſ. ē ſecūdus mēſis. ⁊ ſecūdus
pūctus. ⁊ medius vite huiꝰ pōt dici illud qđ de diluuio dr̄
Gene. vij. Menſe ſecūdo ſeptimodecimo die mēſis rupti
ſunt oēs fontes abiſſi. ⁊ cathāracte celi apte ſunt ⁊ facte
ſunt pluuie ſup terrā. Et reuera in iſto mēſe ſecūdo. hoc ē
dictu in decurſu ⁊ in ꝓgreſſu vite huiꝰ. ſtatim ꝙ. ſ. tranſit
ſeptima dies menſis. i. ſeptimus annus vite. incipiūt ꝯtra
nos ruere cathāracte celi. i. mūdi tribulatōnes ⁊ rumpi ⁊
aperiri fontes abyſſi. i. carnis temptatōes. ⁊ fluere pluuie
deſup. i. ꝓſperitatis mūdane inundatōnes. q̄bus. ſ. archa
noe. i. archa coꝛpis noſtri diuerſimode fluctuat. ⁊ hinc inđ
ſe in incertū ſub hoc diluuio trāſpoꝛtat. De mēſe ꝟo flebi
lis egreſſus qui ē tercius ⁊ vltimus. hoc eſt dictu. de fine ⁊
termino vite huius dr̄ Iob. xiiij. Breues dies hoīs ſunt.
nume. men. eius apud te ē. cō. ter. eius q̄ p̄te. nō po. Et bre
uiter. Moꝛs ē finis et exitus menſium vite noſtre. qꝛ. ſ. ſi
cut dr̄ Iob. iij. Noctē illā tenebꝛoſus turbo poſſidet. nec
computet̄ in diebꝰ anni. nec nūerat̄ in menſibꝰ. Dicā er
go ꝙ ē dare menſem trāſitoꝛie duratōnis. Secundo di
co ꝙ eſt dare mēſem meritoꝛie ꝑfectōnis. ⁊ ſic dico ꝙ vi
ta et cōditio viri iuſti menſis dr̄ pꝛo eo ꝙ luna ſua. i. inte
rioꝛ conſcīa. omiſſa antiqua mala ꝯuerſatione virtutibus
iugiter renouat̄. et p fidem appꝛopinquata ſoli iuſticie ſi
bi p grām deſponſat̄. Iſte.n. mēſis habet. xxx. dies. q̄ con
ſtant ex denario ter ducto. Ad denotandū ꝙ tota vita ꝑ
fecta ꝯſtat ex denario decalogi. ducto et completo in ter
nario fidei trinitatis. De iſto.n. denario dr̄ figuratiue Geñ.
viij. Qꝛ aque diluuij ibant et decreſcebāt vſq; ad decimū
menſem. decimo aūt menſe apparuerunt cacumina mon
tiū. Aque.n. iſte q̄ ſubmergūt oīe viuū in aīa ſignāt pec
cata. q̄ ꝓcerto in hoīe iuſto ſemp decreſcūt et diminuūt̄.
quoaduſq; decimꝰ menſis. i. ꝑfectio decalogi attingatur ⁊
montiū. i. virtutū cacumina in hoīe reuelent̄. de ternario
ꝟo fidei trinitatis dr̄. ij. Paral. xxxj. ꝙ filij captiuitatis mē
ſe tercio ceperūt aceruoꝝ iacere fundamēta. et menſe. vij.
cōpleuerūt eos. qꝛ reuera fundamenta virtutuꝫ q̄ menſe
tercio. i. in fine ternitatis ponūtur. in. vij. mēſe. hoc ē dictu
in ſeptenario donoꝝ ſpūſſancti cōſumant̄. de denario er
go cuꝫ trinario ſupꝛadicto dr̄. ij. Paral. xxxvj. ꝙ Ioachaꝫ
qui interp̄tat̄ dño ꝑparatus. tribus menſibus regnauit in
hieruſalem. Hic ē ergo menſis meritoꝛie ꝑfectionis. Et ſi
vis dic quō ſunt. xij. menſes in anno. qꝛ nūerus duodena
rius vniuerſitatem ſignat. Et hoc qꝛ conſtat ex ſeptenario
in ſe ducta. hoc ē dictu. ex tribus ⁊ quatuoꝛ. ter nāq; qua
tuoꝛ vel quater tria ſunt. xij. ⁊ tñ tria ⁊ quatuoꝛ nō ſunt ni
ſi ſeptem. Septē ꝟo ſꝫm Greg. in omel. vniuerſitatē ſignāt
eo ꝙ omnia tp̄alia ſeptē diebus. ſub ſeptē planetis. ⁊ in ſe
ptem climatibus currūt. Cū igit̄ duodenariꝰ vniuerſitatē
ſignificet vt dictū ē. cōſtat ꝙ ꝑfectio viri iuſti. xij. virtutes
id ē vniuerſitatē virtutū in ſe continet. qꝛ. ſ. ip̄m ꝑficit atq;
complet. Figura ad hoc Apoc. xxij. vbi dr̄. Ex vtraq; par
te fluminis lignū vite ꝓferens fructus. xij. per menſes ſin
gulos. ⁊ folia ligni ad ſanitatē gentiū. Lignū.n. vite eſt vir
iuſtus. q̄. ſ. ex vtraq; p̄te fluminis gr̄e. que p̄tes ſunt fides
⁊ charitas reſidet. qui p menſes ſingulos. i. p ſingulas vir
tutes ꝓfert. xij. fructus. i. vniuerſitatē bonoꝝ fructuum ⁊
opeꝝ. ⁊ folia ligni. i. vniuerſitatē bonoꝝ ꝟboꝝ ⁊ documen
toꝝ. ad medelā gentiū. i. ſimpliciū ⁊ pctōꝝ. De iſtis auteꝫ
xij. menſibꝰ ſpūalibꝰ quō p̄ticularit̄ pñt applicari. xij. āni
mēſibꝰ vſualibꝰ. ſ. ianuario. februario ⁊c. nimis eſſet lōgū
Quia. ſ. ianuariꝰ dr̄. qꝛ ianua ē anni. vel etiam dictꝰ a deo
iano. q̄ ſꝫm paganos deꝰ erat initioꝝ. ⁊ depingit̄ cū tripli
ci vultu. ſedēs ad mēſam ⁊ comedēs. Et p̄t ſignificare ba
ptiſmū. q̄ ē ianua ſacroꝝ. ⁊ in q̄ ē triplex vultꝰ. i. fides tri
nitatis incipit̄. ⁊ cibꝰ ⁊ mēſa diuine gr̄e abūdanter hauri
tur. In quo etiā ſol capꝛicoꝛnū dimittit ⁊ aquariū ingre
dit̄. Quia p baptiſmū. ſol. i. mens hūana a capꝛicoꝛno. i. a

meis nolite malignari. Et merito. quia iſti procerto in corpore xp̄i myſtico tenent officia diuerſoꝝ membrorum ſcꝫ Officiū gutturis. quia guſtant veritatē interiꝰ meditādo. Officiū labiorū. quia dicūt veritatem exteriꝰ predicando. Officiū oculi. quia ſtudent veritatem ſagaciter ſpeculādo Officiū lingue. quia legunt veritatē vtiliter edocendo. Officiuꝫ manus. quia faciunt veritatem viuaciter operando. et ideo de tali gutture et labijs dicit ip̄e dn̄s. Prouer. viij. Aperient̄ inquit labia mea vt recta p̄dicēt. veritatem meditabit̄ guttur meū. et labia mea deteſtabunt̄ impium. De talibus vero oculis dicit̄ in p̄s. Oculi mei ſuſpiciētes in excelſo. Et illud. Oculi mei ſꝑ ad dn̄m. Et illud. Leuaui oculos meos in mōtes. q. d. ip̄e dn̄s. tales oculi mei debēt alta meditari. deū contemplari. ſup̄ma ſcrutari. Et tamen ꝓculdubio de talibus pōt dn̄s hodie dicere illud. Lumen oculoꝝ meo. et ip. nō eſt me. quia ſcꝫ multi ſunt hodie predicatores qui nō reſpiciūt ad deū ſ ad munduꝫ. p̄s. Oculi mei languerūt p̄ inopia. i. p̄ auaricia. De tali etiaꝫ lingua dicit̄ in p̄s. Lingua mea calamꝰ ſcribe. Et de talibꝰ manibus dicit̄ Cant̄. v. Manꝰ mee diſtillauerūt myrrhā optimā ꝛc̄. Patet igit̄ ꝙ deus pōt dicere. Meꝰ eſt p̄dicās puraꝫ veritatē. Galaath inq̄t. Deinde dico ꝙ ip̄e poteſt dicere. Meus eſt abdicās mundi vanitatē. Et hoc oſtendit̄ cū dicit̄. Meꝰ eſt manaſſes. qui. ſ. interp̄tat̄ obliuioſus. qꝛ ꝓcerto deus illū ſuū reputat. ip̄mq; ſibi appropriat. q̄ temporalia obliuiſcit̄ et abdicat. Vn̄ de ſanctis ꝛ pfectis viris q̄ ſeculū dimiſerūt dicere videt̄ illud Hiere. l. Grex diſperſus factꝰ eſt populus meꝰ. tanſierūt de mōte in montē obliti ſunt cubili ſui. i. mundi. Manaſſes inquit. De quo poteſt dici illud. iiij. Reg. xxj. Dormiuit manaſſes et ſepultꝰ eſt in horto. Dormiuit dico mundū obliuiſcēdo. et a mundi occupationibꝰ ſecedendo. Ad quod videt̄ dn̄s inuitare dicēs. Hiere. lj. Egredimini de medio eius populꝰ meꝰ vt ſaluet vnuſquiſq; aiam ſuā. Igit̄ deus dicit. Meus eſt abdicans mūdi vanitatē. Deniq; dico ꝙ ip̄e dicere poteſt. Meus eſt vēdicans ſenſus equitatē. Et hoc oñdit̄ cuꝫ dicit̄. Effraym. qui iterpretat̄ conſiliū meū. Quia reuera deus illuꝫ ſuū dicit et reputat. q̄ conſulte oīa facit et cogitat. Hiere. xxxj. Effraym p̄mogenitꝰ meus. et merito. Quia reuera deus ſibi appropriat omne conſiliū prudēs et ſanum dicēs ꝓuer. viij. Meū eſt conſiliū et equitas. mea ē prudētia ꝛ fortitudo. Inſuꝑ dico ꝙ deꝰ poteſt dicere. Meꝰ eſt applicās mentis voluntatē. Ille ſcꝫ qui ꝑ obedientiā ꝛ humilitatē ſe applicat ad ſuſcipiendū mādata dei. Et h̄ oñditur cum dicit̄. Suſceptio. vt ſic de quolibet ſuſceptore dicat ip̄e dn̄s illud p̄s. Factus ē ſuſceptor meus. Unde dn̄s de quolibet tali ſuſceptorē. qui. ſ. humiliter obedit et ſuſcipit que ei mandant̄ dicit Joh. xv. Uos amici mei eſtis ſi feceritis que p̄cipio vobis. Et illud Joh. viij. Si māſeritis in ſermone meo. veri diſcipuli mei eritis. Adhuc dico ꝙ deꝰ pōt dicere. Meus ē practicās fidei claritatē ſeu puritatē qd̄ oſtendit̄ cū dicit̄ capitis mei. Caput eñ virtutū ē fides. quā ꝓcerto qui firmiter ſuſcipit et tenet. deus illū ſuum reputat. ſibiq; ſubuenit atq; fauet. Illi eñ qui ſuꝑ aliquē conſueuit caput ſuū reclinare. vel ꝓprij capitis alicui cuſtodiā cōmittere vel mādare. videt̄ eū amicū ſuū et intimū reputare. ſicut achis videt̄ de dauid ſenſiſſe. quādo dixit ſibi. j. Reg. xxviij. Cuſtodē capitis mei ponā te cunctis diebus. Sic vere deus illū amicū ſuū reputat cui caput ſuum. i. fidei ſue noticiā et cuſtodiam cōmittit et cōmendat. Vn̄ ip̄e ē q̄ dicit aīe fideli illd̄ Cant̄. v. Uox dilecti mei pulſantis. apī mihi ſoror mea. amica mea. colūba mea. immaculata mea. quia caput meū plenū eſt rore. ꝛ cincini mei guttis noctiū. Unde ip̄e pōt dicere viro iuſto illud p̄s. Suſceptor meus es. glo. mea et exal. ca. me. Aduerte tñ ꝙ multi ſunt quibus dominus cōmiſit iſtius capitis cuſtodiā. qui ip̄m non cuſtodiūt. ſ potiꝰ deſtruūt et abſcindūt. Iſti ſunt heretici xp̄iani. qui. ſ. in baptiſmo iſtud caput xp̄i. i. ip̄ius fidem cuſtodiendā ſuſcipiūt. ip̄m tñ ꝑ hereſes lacerāt et cōfundunt. ſimiles ſcꝫ illi virgini in cuiꝰ gremio vnicornis caput reclinat. ſ tamē ꝓditioſe ipſum occidit et vulnerat. qꝛ ſcꝫ tales qui fidē xp̄i ſuſcipiūt ip̄m ꝓditioſe vulnerāt dum in cordibus ſuis ꝛ ſimpliciū ꝑ ſeminatas hereſes ip̄m necant. Figurati in dalida. q̄ caput ſanſonis i ſuo gremio reclinatū totondit ꝛ fortitudine ſpoliauit. Quia reuera huꝫ hereticus a capite Sanſonis. i. a fide xp̄i. capillos. i. veritates articuloꝝ euellit. conſtat ꝙ fidei fortitudinē deſtruit et ꝯfundit. Bene ergo dicit i p̄s. dn̄s ꝯquerēdo. Multiplicati ſunt ſuꝑ ca. ca. mei q̄ ode. me gra. q. d. inimici mei. i. heretici ſuꝑ capillos capitis mei. id eſt ſuꝑ articulos fidei mee cōgregant̄: vt ſcꝫ ip̄os euellant ꝑ hereſes. et ꝑ maliciā dep̄dent̄ Job. xix. Semitam meā circūſepſit et trāſire nō poſſum. ꝛ in calle meo tenebras poſuit. expoliauit me gloria mea. ꝛ abſtulit coronā de capite meo. Expone. Non ſic ergo ſ ſimus ſui fidē integre ſeruādo. mentē mandatis ſubdendo. facta cōſulte regendo. mundū prudēter ſpernēdo. vera iugiter loquēdo. Et ſic ip̄e bene poterit dicere ꝙ nos ſumꝰ ſui dicēdo. ſ. illud p̄dictum. Meus eſt galaad ꝛ meꝰ ē manaſſes. et effra. ſuſcep. ca. mei. Ita ꝙ de q̄libet tali ſuo poterit dicere illud Math. iij. ꝛ. xvij. Et Luce. iij. Hic ē filius meus dilectꝰ in q̄ mihi bñ cōplacui. Et illd̄ Cañ. j. et. v. Botrꝰ cypri dilectꝰ meus. faſciculꝰ mirrhe dilectus meus mihi. Dilectꝰ meus candidꝰ et rubicūdꝰ electꝰ ex milibꝰ Et ſi vis nota ꝙ deꝰ vocat quemlibet iuſtum ſuum ſcilicet

| | |
|---|---|
| Quia charior. Dilectus meus inquit. | Proſequere ſi |
| Quia mūdior. Candidꝰ inquit. | vis ſm titulos |
| Quia pulcrior. Rubicūdus inquit. | vt ſic de quolibet tl̄i dicat ip̄e |
| Quia dignior ſeu melior. Electꝰ inquit. | dn̄s illud Gen̄ |
| Quia rarior. Ex milibus inquit. | |

xxvij. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dn̄s ꝛc̄. Et breuiter vbicūq; inuenies in ꝑſona dei meus ſeu mea. ſeu meū. potes recurrere ad alios titulos ſicut ē Amicꝰ meus. Seruꝰ meꝰ. Aīa mea. Et ſic de alijs. Quia iſta materia in infinituꝫ poſſet multiplicari. ſed hoc exempli gratia poſui hic. Meus ergo refert̄ ad deuꝫ. Et hoc eſt primū. De alijs vero q̄ deus dicit ſua. ſ. quādo dicit regnū meum. virtus mea. iuſticia mea. veritas mea. inimici mei. hoſtes mei et cetera ſimilia omitto. qꝛ non ſufficeret vita mea ſi vellē oīa ꝑtractare. Sed ſi vis adhuc nota de deo ꝙ ſicut aliqui vocant dicunt et reputāt aliquos eſſe ſuos. Ratione ſubiectiōis. ſicut meos dico illos q̄ ſb ſubiectiōe mea conſtituūt̄. Ratiōe ꝯiunctiōis. ſicut meos dico illos q̄ in ſeruitio meo morant̄ ꝛ mihi famulant̄. Ratiōe cognitiōis. ſicut meos dico illos. qui mihi ex genere ligant̄. Ratiōe dilectiōis. ſicut meos dico illos q̄ mihi ex ſpeciali federe ꝛ amicicia copulāt̄. Sic v̄e dico ꝙ deꝰ vocat ſuos. Oēs iuſtos tanq; ſubditos gn̄ales. Eccïaſticos tanq; famulos ſpeciales. Preſidētes ſeu p̄latos tanq; ꝯſanguineos naturales. Perfectos ꝛ ſanctos tanq; fideles et ſocios. p̄ncipales Ad iſta allega ſi vis ꝛ vide in titulis in q̄bꝰ dicit̄. ſerui mei. Amici mei. filij mei. Et pone ꝙ ſicut hō ſolet res ſuas melius ꝯgnoſcere. firmiꝰ diligere. tutius ꝯſeruare. ampliꝰ honorare. Sic v̄e dico ꝙ deus viros iuſtos tanq; ſuos melius cognoſcit. Joh. x. Cognoſco inquit oues meas. et cognoſcūt me mee. Fortiꝰ diligit dicēs cuilibet tali illud. Eſa. xlj. Serue meꝰ iacob quē elegi. ſemen abraham amici mei. Tutius cuſtodit dicēs illud p̄s. Inueni dauid ſeruū meū ole. ſan. m. vn. eū ꝛc̄. Ampliꝰ extollit dicēs illud Eſa. xlix. Seruꝰ meꝰ es tu iſrl̄. qꝛ in te gloriabor. Qd̄. ſ. fiet in patria qñ deꝰ dicet illud qd̄ canit̄. Scti mei in carne poſiti certamē habuiſtis. mercedē laboꝝ ego reddā vobis. Et illd̄ qd̄ dicit̄ Mat. xxv. Uenite bene. pa. mei ꝑci. re. ꝛc̄. Et reuera illud regnū et iſtā mercedē videt̄ dn̄s declarare dicens de paradiſo Eſa. lxv. Electi mei et ſerui mei habitabūt ibi. Seq̄tur. Serui mei comedēt. ſerui mei bibēt. ſui mei letabunt̄. ſerui mei laudabūt. Sꝫ heu ꝓculdubio q̄ml̄ti ſunt hodie ꝛ ſerui ꝛ amici. ꝛ filij dei in ſtatu eccïaſtico. q̄ ꝓcerto tali filiatiōe. famulato et ſeruitio ſe reddūt indignos. inq̄ntuꝫ ſcꝫ deo ingrati ſunt. ip̄iq; non obediūt. nec intēdūt. De talibꝰ dicit ip̄e deꝰ ꝯq̄rēdo in p̄s. Amici mei ꝛ ꝓxi. m. delō. ſtete. ꝛc̄. Et illud. Extraneꝰ factꝰ ſum. fra. m. ꝛ ꝑegri. fi. ma. mee Et illud. Notos meos lōge fecit a me. Et illd̄ Cant̄. j. Filij p̄ris mei pugnauerūt ꝯ me. Et Treñ. j. Uocaui amicos meos ip̄i āt ſpreuert̄ me: alia lr̄a: d̄cepert̄ me ꝛc̄. Igit̄ dico ꝙ iſtd̄ ꝓnomē meꝰ aliq̄n refert̄ ad deū. Secd̄o p̄ncipalit̄ dico ꝙ q̄nq; refert̄ ad iuſtū. Quilibet eñ iuſtus pōt dicere ſua illa bona ſpūalia non terrena. Illud eñ nō ē noſtrum quod a nobis poteſt violēter auferri. Sic vere dico demū

Ex bonis ꝙ nō ſunt mea. quia ſcꝫ aliūde ſolent accedere et modicū ſolent ꝓcedere. Sed reuera bona ſpūalia et eterna ſcꝫ dei gratiā. virtutū copia. ſacra ſciētia. celeſtis gloꝛia ꝓpꝛie noſtra ſunt. quia iſta ab intriſeco nō deforis veniūt. Et ſi volumꝰ tenaciter nobis inſunt et nunq̄ꝫ ꝑ cuiuſcūq̄ꝫ violentiā auferunt aut fugiūt. Unde videt ꝙ mūdꝰ ⁊ foꝛtuna poſſunt dicere hoī illud qd̄ Benadab rex ſyrie mandauit regi iſrael .iij. Reg. xx. dicens. Argentū tuū ⁊ aurum tuuꝫ meum ē. vxores tue et filij tui optimi mei ſunt. Ut et ipē reſpōdeat qd̄ ſequit. Iuxta verbū tuuꝫ dn̄e mi rex tuus ſum ego et oīa mea. Quia reuera oīa bona tempoꝛalia foꝛtune ſunt. ſicut eīn iſta potuit nobis dare. ſic et iſta pōt quādō placuerit ſubmouere. Sed reuera bona ſpūalia ſupradicta. ſ. gratia. moꝛes ⁊ ſcientia ꝓpꝛie nr̄a ſunt. quia iſta nobis inuitis nec ꝑeunt nec recedūt. Uñ de Stilbōte pho legit in epl̄a. ix. Senece. ꝙ cū capta ⁊ ſuccenſa ciuitate ſua bonis ſuis oībus direptis et ꝑditis letus ⁊ gaudēs exiret. ⁊ peteret ab eo cur gauderet cuꝫ omnia ꝑdidiſſet? Reſpōdit nihil ꝑdidi. oīa ei bona mea mecū hēo. ſ. ſciētiā ⁊ ꝟtutes. alia vero q̄ habebā mea nō erāt. Adhuc dico ꝙ iueniuntur quedam bona pꝛopꝛia bonoꝛum ſiue iuſtoꝛum. Et ſic in perſona viri perfecti dico ꝙ

Meus eſt deus ꝑ quem iuſtificoꝛ.
Mea ē anima per quā viuificoꝛ.
Mee ſunt virtutes ꝑ quas rectificoꝛ.
Mei ſunt ꝓximi ꝑ quos letificoꝛ.
Mea eſt vita eterna ꝑ quā gloꝛificoꝛ.

Igit dico ꝙ meꝰ eſt deus ꝑ quē iuſtificoꝛ. Deus eīn ꝓpꝛie pōt dici meꝰ qui ſcꝫ creauit me cum nō eſſem. recreauit me cuꝫ eſſe deſijſſem. redemit me cū perijſſem. erexit me cū cecidiſſem. ſe meū fecit cū ſuus eſſem. ſe mihi dedit cū pauꝑ eſſem. pſ. Ecce cognoui q̄m deus meus es tu. tu es eīn ipē rex meus et deꝰ meus. q̄ manſa. ia. vt quilibet exemplo thome dicat Ioh. xx. Dn̄s meꝰ et deꝰ meꝰ. pſ. Deꝰ deꝰ meꝰ ad te de luce vigilo. Deus deus meꝰ reſpice in me ⁊c̄. Itē dicā ꝙ mea eſt aīa per quā viuificoꝛ. vt ſic dicamꝰ deo illud Gen̄. xij. Bene ſit mihi ꝓpter te ⁊ viuet aīa mea ob gratiā tui. pſ. Uiuet aīa mea et laudabit te et iudicia tua adiuuabūt me. Et illd̄ Gen̄. xxxij Uidi dn̄m facie ad faciē et ſalua facta eſt aīa mea. Item dico ꝙ mee ſunt virtutes ꝑ quas rectificoꝛ. Uirtutes eī tā naturales q̄ꝫ moꝛales. tā etiam theologice. q̄ꝫ cardinales. quādo ipās habemꝰ ꝓpꝛie noſtre ſunt. quia vbicūq̄ꝫ erimꝰ nobis inſunt. ⁊ nos niſi voluerimꝰ nō dimittūt. Igitur ꝙ mea ſic virtus fidei patet Rom̄. j. vbi dicit. Conſolari inquit in vobis ꝑ eam q̄ inuicē eſt fidē vr̄am et meā. Et Iaco. ij. Oñdam tibi ex opibꝰ fidē meā. Itē virtus ſpei. Iob xix. Repoſita ē hec ſpes mea in ſinu meo. Item virtꝰ oꝛationis. pſ. Oꝛatio mea in ſinu meo ꝯuertet. Itē virtus humilitatis ſeu ſubiectiōis. pſ. Uide humilitatē meā ⁊ laboꝛem meū. et dimitte oīa delicta mea. Item virtꝰ patientie Iob. xvij. Patientiā meā quis cōſiderat? Item virtꝰ prudētie. pꝛouer. viij. Mea ē pꝛudētia. mea eſt foꝛtitudo. ⁊ ſic de alijs virtutibꝰ. Quia reuera virtutes ſunt noſtre ꝓpꝛie q̄n ipās habemꝰ. Et ſic bene dixi ꝙ mee ſunt virtutes quibus rectificoꝛ. Itē dico ꝙ mei ſunt ꝓximi ꝑ quos letificoꝛ. Conſtat eīn ꝙ illi qui ſe inuicē diligūt. in poſſeſſionē ⁊ ꝓpꝛietatē alter alterius ſe ſuſcipiūt. ſicut ille pater dicebat filio Luce. xv. Fili oīa mea tua ſunt. ⁊ oīa tua mea. vt ſic dicat q̄libet ꝓximo vel amico illud. ij. Eſdre. iiij. Pꝛoximꝰ mihi ſedebis et cognatus meꝰ vocaberis. Iteꝫ mea eſt vita eterna per quā gloꝛificoꝛ q2 reuera nihil aliud eſt tam ꝓpꝛiū beatoꝝ ſeu iuſtoꝝ ſicut gloꝛia eterna. Illa eīn nunq̄ ꝑditur ſ; apud quēlibet continue renouat. vt quibet beatꝰ dicat illud Iob. xxx. Gloꝛia mea ſemꝑ innouabit. ⁊ arcus meus in manu mea ſemꝑ inſtaurabitur. Et illud Eſa. xlij. Gloꝛiā meam alteri nō dabo. Et bꝛeuiter iſta ſunt quedaꝫ bona q̄ bonis ſunt ꝓpꝛia. ⁊ q̄ cuilibet iuſto tam in vita iſta q̄ꝫ futura. in hereditatē poſſeſſionē ⁊ ꝓpꝛietateꝫ ſpiritualiter ſunt cōceſſa. pſ. Hereditas mea p̄clara eſt mihi. Et alibi. Tu es q̄ reſtitues hereditatē meā mihi. Tercio dico ꝙ q̄n q̄ꝫ refert ad impiū. Quilibet eīn impiꝰ pōt ꝓpꝛie dicere meū ē peccatuꝫ. mea eſt iniq̄tas. Iuxta illud Gen̄. xlj. Confiteoꝛ peccatū meum. Et in pſ. Quoniaꝫ iniquitateꝫ meā ego cognoſco. et pecca. me. con. me eſt ſemꝑ. Et illud Iniq̄tates mee ſuggreſſe ſunt caput meū. Pꝛopter quod torquebit eū intolerabilis pene crudelitas. Quia reuera illi qui damnabunt nihil habēt magis ꝓpꝛiū q̄ꝫ penā eternā. Iſta eīn ꝓpꝛie ſua eſt: quia nunq̄ꝫ poſſunt ipām amplꝰ ꝑdere vel delere. Dicat ergo damnatꝰ illud Iob. xxiij. Nūc autē in amaritudine eſt ſermo meꝰ. et doloꝛ plage mee aggrauatꝰ eſt ſuꝑ gemitū meū. Et Treno. j. O vos oēs qui trāſitis per viā attēdite ⁊ videte ſi eſt doloꝛ ſimilis ſicut doloꝛ meꝰ. Iſta ſunt quedā mala ꝓpꝛia maloꝝ. Quarto dico ꝙ ſunt plura tā bonis q̄ꝫ malꝭ cōia q̄. ſ. tā bonꝰ q̄ꝫ malꝰ pōt dicē ſua ⁊ ſibi tanq̄ꝫ ꝓpꝛia aſcribē. ⁊ ſue ditiōis ⁊ dominij reputare. Et ſic dico ꝙ hō in malo ſignificato dicit ſua

Carnis fragilitatem.
Mentis varietatē.
Uite calamitatē.
Mundi aduerſitatē.
Moꝛtis neceſſitatē.

Dicā igit in malo ſignificato ꝙ mea eſt carnis fragilitas coꝛruptibilis. Iob. v. Nec eīn foꝛtitudo mea vt foꝛtitudo lapidis. nec caro mea enea eſt. Iſta eſt enim coꝛruptioni ſubiecta et moꝛti finaliter deputata. Iob. vij. Induta eſt caro mea putredine et ſoꝛdibꝰ pulueris. Iteꝫ mea eſt mentis mobilitas variabilis. Uñ Iob. xvij. Cogitatiōes mee diſſipate ſunt toꝛquētes coꝛ meū. Et idē ca. xx Cogitatiōes mee varie ſuccedūt ſibi. et mēs in diuerſa rapit. Itē mea ē vite calamitas nō durabilis. Iob. vij. Memento q̄m ventus eſt vita mea. ⁊ ſequit ibidē. Parce mihi dn̄e nihil eīn ſunt dies mei. Item mea eſt iugis aduerſitas inceſſabilis. Pꝛopꝛiū eſt eīn hoīs ꝙ ſit cōtinue in miſeria et laboꝛe. Unde Iob. xvj. Nunc aūt oppꝛ̄ſſit me et in nihilū redacti ſunt omnes artus mei. ſaccū conſui ſuꝑ cuteꝫ meā et operui cinere coꝛpus meuꝫ. facies mea intumuit a fletu. et palpebꝛe mee caligauerūt. Itē mea eſt moꝛtis neceſſitas imutabilis. Iſtud eſt eīn nr̄m ꝓpꝛiū ſcꝫ moꝛi debere. Eſa. xxxviij. Pꝛeciſa eſt velut a texēte vita mea dum adhuc oꝛdirer ſuccidit me. ij. Thimo. iiij. Ego eī iam deliboꝛ ⁊ tempꝰ mee reſolutionis inſtat. Et ſic patet quō iſtud ꝓnomē poſſeſſiuū Meus. mea. meū denotat poſſeſſionem quā cōiter et indifferenter poſſidēt iuſti et iniuſti. Poſſeſſionem iniuſti. Poſſeſſionē iuſti. Poſſeſſionē dei ⁊c̄. Sufficit quia in infinitū poſſet ꝓtendi. Uide infra in alijs pꝛonominibus. ſ. tuꝰ. ſuus. noſtri. veſtri. et ſui ⁊c̄.

M Ichael. Nota ꝙ Michael iterpꝛetatur q̄s vt deus. vl̄ q̄s ē vt deitas. Micha do iterp̄tat q̄s vl̄ q̄s ē iſte. Micheas āt iterp̄tat q̄s ē iſte vl̄ q̄s ē i h̄ loco. De btō āt mihaele archāgelo vl̄ de q̄libꝫ hoīe michael appellato. dic ꝙ iſte eſt vel fuit

Conformitate deificus.
Benignitate munificus.
Seueritate terrificus.
Subtilitate verificus.

Talis eīn deo pro viribus ſe ꝯformauit. Ideo michael iterpꝛetat q̄s vt deꝰ. ſeu quis vt deitas. quia ſcꝫ iſte ꝑ conformitatē creature poſſibilē ſe deo cōformauit et ei aſſimilauit. Und̄ iſte eſt ille micheas de q̄ dicit. ij. Parali. xviij. Uoca cito micheā filiū yembla. Yembla eīn interp̄tat parcens. ſignificās deum cuiꝰ. ſ. iſte fuit filiꝰ inq̄ꝛtū fuit ſibi ſimilis iuxta poſſe. Item ipē miſeros iuuit ⁊ ſuſtētauit. Uñ de beato michaelē legit. ꝙ ipē ſtat ꝓ filijs populi dei. Danie. xij. Itē iſte malos terruit et diſſipauit. Apoc. xij. Michael archangelꝰ p̄liabat cā dracone. et draco pugnabat et angeli eius ⁊ nō pꝛeualuerūt. neq̄ꝫ locus inuētus eſt eoꝛum amplꝰ in celo. Applica bene de iuſticia ipius. Item iſte veritatē dixit et p̄dicauit. ſimilis illi michee. de quo. iij. Reg. xxij. Micheas ait. Uiuit dn̄s. quia quodcūq̄ꝫ dixerit mihi dn̄s loquar. Unde etiā de ſciētia et veritate iſtius poteſt dici illud Iude. Michael archangelus diſputauit cū dyabolo ⁊c̄. Expone et applica.

Mihi. Nota ꝙ iſta dictio Mihi ſignat quandā ad ſeipm̄ applicationē. q̄ndā appꝛopꝛiationē. et quandā acquiſitioneꝫ rei q̄ꝫ vendicationē. Igitur dicamus ꝙ mihi poteſt dici in ꝑſona dei. iuſti: impij. Quelibet enim iſtarum triū. Aliqua vult ſibi appꝛopꝛiare. Aliqua attribuere. Alqua acquirere. aliqua vendicare. Uel econtra negatiue. Aliqua ſibi deeſſe. Aliqua refugere. Aliqua refutare. Dico igitur ꝙ iſta dictio mihi poteſt dici De

Deo qui ſolet omnia vendicare.
Iuſto q̄ ſibi ꝟtutes ſolet dedicare.
Impio q̄ ſibi vicia ſolet applicare.

Pꝛimo igit referamus iſtud ꝓnomē mihi ad deū qui oīa

ſibi vēdicat.Conſtat em̄ ꝙ deus ꝓprie poteſt dicē mibi.q̄a
ſcꝫ omnia attribuenda ſunt ipi tanq̄ꝫ eſſe primario et fina
li.Mibi em̄ eſt datiui caſus:et ꝑ conſeqnēs ſignat libera/
lem et munificā erogationē.et ē ꝓnomē prime perſone ſꝫ
grāmaticos ⁊ numeri ſingularis.Et reuera iſta poſſunt di
ci de deo.quia ſcꝫ iſte et caſus datiui.quia ē liberalis muni
ficentie.Omnia em̄ bona ab ipo dant̄.quia ipe eſt qui dat
oibus affluenter et non iproperat.et oia a patre data ſunt
illi.et oia etiā vult ab alijs ſibi dari. et ſibi attribui et aſcri/
bi dicēs Joh.vj.Omne qđ dat mibi pater ad me veniet.⁊
omne qđ dedit mibi nō perdā ex eo.Et illud Mat.xxviij.
Data eſt mibi ois poteſtas in celo et in terra.Itē acquiſi/
tionē ſignat.quia ē virtualis induſtrie et ꝓuidentie.Uult
em̄ ſemꝑ acquirere et potiſſime aias cupit recipe et babe/
re.dicēs Gen̄.xiiij.Da mibi aias cetera tolle tibi.Itē ꝓno
men ē q꞉ ꝓ noie.i.ꝓ nobis ponit̄ ⁊ h̄ fuit quādo dat⁹ fuit
pene et morti et violentie dicēs ſcꝫ illud. Calicē quē dedit
mibi pater nō vis vt bibam illū.Joh.xviij.Itē prime pſo
ne ē ꝓpter ſuperioritateꝫ dignitatis et p̄eminentie.Prim⁹
em̄ eſt et ante eū nō eſt alius.Unde ipe poteſt dicere illud
ij.Reg.xviij.Fac primo mibi ſubcinericios panes.Itē ſin
gularis eſt numeri ꝓpter vnitatē deitatis et eſſentie.Unus
em̄ et ſingularis eſt deus.Unđ ipſe pōt nobis dicere illud
Math.xxv.Qđ vni feciſtis mibi feciſtis. Ecce ergo quō
iſtud vocabulū mibi pōt applicari ipi deo cūcta vendicāti
Et reuera ipe vult et petit ꝙ ſibi attribuam⁹ ⁊ aſcribam⁹.

Eſſentiam que non moritur.
Juſticiā que non flectitur.
Prudentiā que non fallitur.
Mundiciā que non mergit̄.
Clementiā que non ſiſtitur.
Amiciciā que non rūpitur.
Laudē et gloriā que nō fingit̄.
Cultū et latriaꝫ que non ledit̄.
Obedientiā que non frangit̄.
Munificentiā q̄ nō extimabit̄.

Dico igit̄ ꝙ deus vult
ſibi attribui eſſentiā im/
mutabilē. Unde ipe eſt
qui dicit Exo.iij.Qui eſt
miſit me ad vos.Sequi
tur.Hoc nomē ē ineter/
nū mibi.Iteꝫ aſcribit ſi/
bi iuſticiā inflexibilē.Un
de ipe eſt qui dicit Deu.
xxxij.Mibi vindictaꝫ et
ego retribuā eis in tempore.Unde ipe eſt qui dixit pbara
oni Exo.iij. Uſq̄ꝫquo nō vis ſubijci mibi? Dimitte popu/
lum meū vt ſacrificet mibi.alioq̄n inducā locuſtā in fines
tuos.Et Eſa.xlvij.Ultionē capiā et nō reſiſtet mibi bomo
Item aſcribit ſibi prudentiā ſeu ſapientiā infallabilē. Un
de ipe xp̄us videt̄ dicere illud Sap̄.vij.Optaui ⁊ dat⁹ eſt
mibi ſenſus.Et ſequit̄.Uenerūt mibi oia bona pariter cū
illa ſcꝫ cū ſapiētia.Item vult ſibi attribui mundiciā ⁊ ſan
ctimoniā infedabilem q꞉ ſcꝫ cū ipſe ſit ſanctus et mundus
ipe vult ꝙ omnes illi q̄ ſeruiūt ſibi ſint ſanctificati et mun
di.Leui.x.Sanctificabor in bis que appropinquāt mibi.
Item ſibi aſcribit clementiā ſeu miſericordiā infinibilem
Uñ ipe dicit Exo.xxiij.Miſerebor cui voluero. et clemēs
ero in quē mibi placuerit.Ideo ipe dixit Exo.xxx. Oleuꝫ
vnctiōis nomē erit mibi.Oleū ei miſericordiā ſignat. Itē
ipſe ſibi aſcribit amiciciā inceſſabilē.Uñ ipe eſt q̄ dicit aie
ſponſe ſue.Oſee.ij.Sponſabo te mibi in fide.Et Cant.v.
Aperi mibi ſoror mea amica mea:colūba mea.Item aſcri
bit ſibi laudem et gloriam bonorabilē.Iſte em̄ vult gloriā
et laudē ſibi impēdi.⁊ a deuotis cordibus exaltari.ſm illđ
Eſa.xliij.Populū iſtum formaui mibi. laudeꝫ meā narra
bit.Item vult ſibi impēdi cultū ⁊ latriā indefectibilē. Cul
tum em̄ diuinū non vult alicui ipendi niſi ſibi. Unde ipe ē
qui dicit Exo.xx.Altare de terra facietis mibi.Et.j.Reg.ij
dicit.Elegi inquit eū ſcꝫ aaron in ſacerdotē. vt aſcenderet
ad altare meū et adoleret mibi incēſuꝫ.Itē vult ſibi attri/
bui obedientiā ſeu reuerentiā amicabilē quia ſcꝫ ipe vult
ſibi a ſuis ſeruiri et bumiliter obediri.Unde ipe dicit illud
Exech.xx.Seruiet mibi ois domus iſrl̄. Et Eſa.xlv. Mi/
bi curuabit̄ oē genu.Itē ſibi vult aſcribi munificentiā in/
extimabilē ſcꝫ p̄miū et mun⁹ glorie paradiſi.ad quod.ſ.ſer
uos et miniſtros ſuos finaliter deducit.dicēs illud Zach.
ix.Circūdabo inquit domū meā ex bis q̄ militāt mibi. Et
illud Joh.xij.Qui miniſtrat mibi me ſequatur. et vbi ſuꝫ
ego illic et miniſter me⁹ erit.Si q̄s mibi miniſtrauerit bo/
norificabit eū pater me⁹ q̄ ē in celis. Ecce ergo quō iſtud
vocabulū mibi deo aſcribit̄ et attribuit̄ et quō ꝑ iſtud no/
mē mibi oē quod ad deū ꝑtinet eidē dedicat̄ et applicat̄.

Aduerterte tamē ꝙ etiā iſtud ꝓnomē poteſt referri ad
deū iratū.et ad ipm de peccatorib⁹ et cōtra ipſos indigna
Unde ipe eſt q̄ de pctōrib⁹ conqueritur dicēs.Malach.j.
Non eſt mibi volūtas in vobis.Unde etiā ipſe eſt qui di/
cit peccatori illud Numeri.xxij.Peruerſa eſt iquitvia tua
mibiq̄ꝫ cōtraria.Et aduerte ꝙ ipſe ſibi reputat contrarios
et obuerſos multa genera peccatorum.Et iſti ſunt

Adulatores pleni blandicijs.
Oblocutores prōpti cōuicijs.
Simulatores picti fallacijs.
Depr̄datores puncti ſeuicijs.
Miniſtratores dati neq̄tijs.

De vanis adulatorib⁹
dicere videtur dn̄s illđ
Eſa.j.Quo mibi multi
tudine victimarū vr̄aꝝ
Incēſuꝫ abbominatio
ē mibi.Et Hiere.vj.dicit.Ut quid mibi thus de ſaba affer
tis.et calamū ſuaueolentē de terra longinqua? Holocau/
ſta vr̄a non ſunt accepta.victime veſtre non placent mi
bi.Thus em̄ incēſum et calamus que in fumū odoriferuꝫ
euaneſcūt ſunt verba adulatoria.vana:dulcia et placētia.
que ꝓcerto deū non letificāt ſed contriſtāt.Itē de prauis
oblocutorib⁹ dicit ipe dn̄s Nume.xiiij.Uſq̄ꝫq̄ detrabet mi
bi populus iſte.De fictis ſimulatorib⁹.ſ.de bypocritis di/
cit dn̄s Hiere.xij. Nūquid auis diſcolor facta eſt beredi/
tas mea mibi.Auis diſcolor eſt bypocrita pallore ficto di/
ſcolorat⁹.Iſti ſunt em̄ de quibus dn̄s dicit Mat.vij. Igi
tur a fructib⁹ eorū cogneſcetis eos.Sequit̄.Nō ois q̄ di/
cit mibi dn̄e dn̄e intrabit in regnū celorū. De duris depre
datorib⁹ dicit dn̄s Hiere.xij.Hereditas mea facta ē mibi
quaſi leo in ſilua.De iniquis miniſtratorib⁹.i.de malis et
ignorātibus eccl̄iaſticis dicit ipe dn̄s Oſee.iiij.Quia ſcien/
tiā repuliſti.repellā te ne ſacerdotio fungaris mibi. Oēs.n.
iſti deo ſunt diſplicētes.et ſuis beneplacitis obſiſtentes.Un
de ipe dicit cuilibet tali illđ Math.xvj.Uade retro ſatba/
na.ſcandalum mibi es.Timeant ergo iſti illđ quod ipe di
cit Exo.xxxij.Qui peccauerit mibi delebo eū de libro meo
quē ſcripſi.Potiſſime aūt timeat mal⁹ eccleſiaſtic⁹ ſenten
tiā illam quā ipe ꝓfert Zacha.xiij.vbi dicit̄.Frameaꝫ ſu/
ſcitabo ſuꝑ paſtorem meū.et ſuper viruꝫ coberentē mibi.
Patet igit̄ quō mibi refert̄ ad deuꝫ cuncta vendicantem.

Secundo dico ꝙ mibi ꝑtinet ad iuſtū malum abdican/
tem.Juſtus em̄ quilibet virtutes et bona opa acquirit et
vendicat.et ea ſibi aſcribit et applicat.omne vero malū re
fugit et a ſe abdicat dicēs.Mibi aſſit bonū.mibi abſit ma
lū.Et nota ꝙ iſtud ꝓnomē mibi.i ſacra ſcp̄tura ſibi dari ⁊
aſcribi petit.ſ.Aliqua q̄ ſpectāt ad ſtatū penitētie et cōuer
ſiōis.Aliq̄ que ſpectāt ad ſtatū eminētie et ꝑfectionis.Ali
qua que ſpectāt ad ſtatū excellētie et p̄lationis. Aliqua q̄
ſpectāt ad ſtatū opulētie et ſaluationis. Dicā igit̄ ꝙ eſt
vnū mibi virorū penitentiū.Quia ꝓculdubio vir penitēs
cogitās crimina q̄ cōmiſit.debet ſigna cōtritiōis facere et
oſtendere.et ſe vilē et miſerꝫ ꝓclamare dicēs.ſ.illđ Hiere.
x.Ue mibi ſuper contritione mea.peſſima plaga mea. Ut
ſic per mibi videat̄ petere et requirere omnia ſibi neceſſa
ria.Et ſic ergo dico ꝙ ipſe debet dicere

Deus parce mibi nam malū edidi.
Deus redde mibi bonū quod ꝑdidi.
Deus faue mibi in via nā cecidi.
Deus p̄be mibi cor flet⁹ madidi.
Deus da mibi cor viri prouidi:
Deus adde mibi ſpem loci ſplēdēdi.

De⁹ inquit parce
mibi nā culpā ad
miſi.Job.vij.pce
mibi dn̄e:nibil.n.
ſunt dies mei.ſe/
quit̄. Uſq̄ꝫq̄ non
pcs mibi.nec dimittis me vt glu.ſali.meā:peccaui. Et i p̄s
Remitte mibi vt refrigerer ⁊c̄.Et illud.j.Regū.xiiij. Pro
pici⁹ ſit mibi dn̄s.Et Luce.xviij.De⁹ ꝓpici⁹ eſſe mibi pec.
Item de⁹ redde mibi bonū quod amiſi.ſ.gratiā quā per/
didi.p̄s.Redde mibi leti.ſa.tui.⁊ ſpi.⁊c̄.Judicū.xvj.Red
de mibi priſtinā fortitudinē.Itē deus fer opē mibi nā bel
lum cōmiſi.p̄s.Eſto mibi in deū protectoreꝫ.⁊ in do.re.vt
ſal.me facias. Itē deus p̄be mibi fletū quē dimiſi. boc eſt
dictu.Lachrymationē et dolorē ꝓ peccatis.Judicū.j.Ter/
ram arentē dediſti mibi iunge et irriguā.Et merito: q꞉ ꝓ/
certo tales lachryme ſunt nutrimentū ⁊ cōſolatio animaꝝ
p̄s.Fuerūt mibi lachryme mee panes dies ac nocte. Iteꝫ
deus da mibi ſenſum quē emiſi.boc eſt dictu.ſapientiaꝫ et
et diſcretionē in bis q̄ ꝑtinent ad ſalutē.p̄s. Da mibi intel
lectū vt diſ.man.tua.Et Sap̄.ix.Da mibi ſediū tuarū aſ/
ſiſtricē ſapientiā ⁊c̄.Itē deus adde mibi ſpem boni nō viſi

ſcꝫ fiduciā ꝺ gloria ꝑadiſi. Et merito. qꝛ mihi adherere ꝺo bonū eſt. ⁊ ponere in dn̄o deo ſpē meā. pſ. Et Heſter. xiiij. Dā mihi fiduciā rex deoꝝ. Ut ſic ſperando dicā illud pſ. Tu es qui reſtitues hereditatem meā mihi. Et regratian-do dicā illud Job. x. Uitam ⁊ m̄iam tribuiſti mihi. ⁊ viſi-tatio tua cuſtodiuit ſpūm meū. Sic igiť patet ꝙ eſt vnum mihi virorum penitentiū. Deinde dico ꝙ eſt vnum mi-hi virorum eminentium. hoc eſt dictu. virorum ꝑfectoꝝ. Uir enim perfectus omnia bona ſpiritualia ſibi applicat. ⁊ per illud ꝓnomen mihi omnia petit. vendicat ⁊ applicat Igitur dicat vir iuſtus atqꝫ ꝑfectus de ſeipſo Mihi volo

Tumulū vere humilitatis.
Uinculum bone ſocietatꝭ
Modulū firme ſtabilitatꝭ
Modulū eque ſatietatis
Speculum clare limpidi tatis ⁊ ſubtilitatis.
Riuulū pie benignitatis.
Sarculū ꝓmpte ſedulitatꝭ
Iaculū ſancte loquacitatꝭ
Titulū lete iocunditatis
Stabulū tute ſecuritatis
Floſculū mūde ſinceritatꝭ.
Lectulū grate tranqͥllitatꝭ.

Igiť dico ꝙ vir ꝑfectus ſibi vult verā humilitatem. Et iō ipē dicit in pſ. Bonū mihi qꝛ humiliaſti me. ⁊ Eccleſi. xxiij. Extollentiā oculorum ne dederis mihi. Iteꝫ ſibi vult vir iuſtus bonā ſocietatem. Uult eñ ſocietatē dei dicens illud pſ. Mihi āt adherere deo bonū eſt. ⁊ ſocietatē cuiuſlibet alteriꝰ viri iuſti dicens. ſ. illꝺ Exo. xxij. Si qͥs eſt dn̄i iungať mihi. Et in pſ. Recti adheſerunt mihi. Itē ſibi vult vir iuſtꝰ firmā ſtabilitatē. Uñ ipſe dicit illud pſ. A dextris eſt mihi dominus ne cōmouear. Et alibi. Nō veniat mihi pes ſuꝑbie ⁊ manꝰ peccatoris nō moueat me. Itē ſibi vult iuſtꝰ equā ſocietatē. i. moderatā diuitiaꝝ ⁊ honoꝝ tꝑaliū facultatem Et ſic petit ꝓuer. xxx. Duo rogaui te ne deneges mihi. di-uitias nec pauꝑtates dederis mihi. ſ; tribue tm̄ victui meo neceſſaria. Item ſibi vult vir iuſtꝰ ſummā limpiditatem. hoc eſt dictu. ſummā altitudinē ⁊ ſublimitateꝫ mentis ad cōtemplandū deum ⁊ bona ſuꝑma. Et ſic dicat illud Sa-pientie. vij. Optaui ⁊ datus eſt mihi ſenſus. inuocaui ⁊ ve-nit in me ſpūs ſapientie. vt ſic de cōtemplatiōe dicat deo illud Can. ij. Oſtende mihi faciem tuā. ſonet vox tua in au-ribꝰ meis ⁊c̄. Et illud. Dilectus meꝰ mihi ⁊ ego illi. Itē ſi-bi vult vir iuſtus piam benignitatē. qua. ſ. ꝓuideat indigē-ti. dicens. ſ. illud Eccli. xxiiij. Factus eſt mihi trames abū-dans. ⁊ fluuiꝰ meꝰ appropinquauit ad mare. Iteꝫ ſibi vult vir iuſtus ꝓmptam ſedulitatē. qꝛ. ſ. ipſe in omni diſciplina ⁊ ope virtuoſo libenť appetit laborare. dicens Eccli. xxiiij. Uide qm̄ nō ſolum mihi laboraui ſed cunctis exquirenti-bus diſciplinā. Item ſibi vult vir iuſtus ſanā loquacitatē ſcꝫ p̄dicando. dicens. ſ. illud Eſa. l. Dominꝰ dedit mihi lin-guam eruditā vt ſciam ſuſtentare eū qͥ lapſus eſt verbo. vt ſcꝫ dicat illud Dan. iij. Placuit mihi p̄dicare ſigna eiꝰ. qͥa magna ſunt. ⁊ mirabilia eiꝰ qꝛ fortia. Item vult vir iuſtꝰ letam iocunditatē. ſ. gaudiū in ſpūſancto dicens. ſ. illud Baruch. iiij. Uenit mihi gaudiū a ſancto. Et Luce. j. Magni-ficat aīa mea dn̄m. qꝛ fecit mihi ma. qͥ po. eſt ⁊ ſan. no. eius Item vult vir iuſtus tutā ſecuritatē. Habet eñ firmā fiduciā in dn̄o in quo fiducialiter requieſcit. dicens. ſ. illꝺ pſal. Dn̄s mihi adiutor nō timebo qͥd faciat mihi hō. Dn̄s mi-hi adiutor. ⁊ ego deſpiciā omnes inimicos meos. Nō moriar ſed viuā ⁊c̄. Item vult vir iuſtꝰ mundā ſinceritatē. h̄ ē dictu. cōſcientie ⁊ innocentie puritatē. pſ. Nō adheſit mi-hi cor prauū. Itē vult iuſtus gratā tranqͥllitatē. vicꝫ. quie-tē animi. quā facit charitas ⁊ deuotio dicēs Eccli. lj. Mo-dicū laboraui ⁊ inueni mihi multā reqͥeꝫ. Pꝫ igiť ꝙ ē vnū mihi viroꝝ eminentiū. Deniqꝫ dico ꝙ eſt vnū mihi viroꝝ p̄ſidentiū. Et ſic dico ꝙ prelatus ſeu p̄ſidens hꝫ Officium

Doctoris.
Rectoris.
Impatoris

Doctoris dico cui credať. Deuť. iiij. mihi mandauit dn̄s vt docerē vos. Rectorꝭ etiā ꝑ quē regať. j. Eſdre. j. Oīa regna terre dedit mihi dn̄s. Impatoris etiā cui obediať. pſ. Mihi alienigene ſubditi ſť. Et alibi In auditu aurꝭ obediuit mihi. Hoc eſt igiť vnū mihi viroꝝ p̄ſidentiū. Inſuꝑ dico. ꝙ eſt vnū mihi viroꝝ triumphantium. Beati enim qui regnant poſſunt dicere mihi. qꝛ oīa bona illis p̄ſto ſunt. vicꝫ.

Eternitas qͥ nunqꝫ terminať.
Iocunditas qͥ nō cōtriſtať.
Auctoritas qͥ nunqꝫ cōculcať
Securitas qͥ nō cōturbať.
Saturitas qͥ nō minorať.
Subtilitas qͥ nō obfuſcať.

De eternitate intermi-nabili pōt btūs dn̄o di-cere illꝺ pſ. Notas mi-hi feci. vias vite adimple-me leti. cum vultu tuo. de-lecta. in dex. t. vſqꝫ in fineꝫ De iocunditate inextimabili dicať Baruch. iiij. Uenit mi-hi gaudiū a ſancto ſuꝑ m̄ia. Econtra aūt in mūdo iſto nul-lum eſt gaudiū. Thob. v. Quale mihi gaudiū eſt qͥ in tene-bris ſedeo ⁊ lumen celi nō video. De auctoritate inſuꝑabili dicat btūs illud Dan. iiij. Magnificentia amplior data eſt mihi. De ſecuritate ſeu tranqͥllitate imꝑturbabili dicat btūs illud illud. iij. Regum. v. Reqͥem dedit mihi dn̄s. Et Apoc. xiiij. Audiui vocem de celo dicentē mihi. ſcribe bea-ti mortui qͥ in dn̄o moriunť. Amodo iam dicit ſpūs vt re-quieſcant a laboribꝰ ſuis. De ſaturitate indefectibili dicat btūs illud pſ. Dn̄s regit me ⁊ nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit. De ſubtilitate ſeu claritate inobfu-ſcabili. i. de beatifica viſione. qua. ſ. deū in ſe ⁊ omnia i deo vident. dicat btūs illud Apoc. xxij. Oñdit mihi dn̄s fluuiū aque vite ſplendidū tanqꝫ criſtallum ⁊c̄. Uñ de viſiōe beata dici pōt illud pſ. Hereditas mea p̄clara eſt mihi ⁊c̄. Bn̄dictus dn̄s qͥ tribuit mihi intellectū. Sic ergo pꝫ ꝙ iſtud pronomen mihi. pertinet ad iuſtum mala refutantem.

Tercio principaliter dico ꝙ iſtud pronomen mihi perti-net ad impium mala machinantem. Igitur notabo ꝙ impius ſibi applicat et mihi appropriat dicendo Mihi

Miſerias humanas.
Diuitias mūdanas.
Delicias inſanas.
Scientias ꝓphanas.
Meſticias orcanas ſeu vulcanas. i. infernales.

Igiť de miſerijs humanis dicit peccator illud Hiere. xv. Ue mihi mater mea. qꝛ genuiſti me virū rixe ⁊ diſcordie. oñes maledi-cunt mihi. Iterū de diuitijs mundanis. qͥs. ſ. pctōr ſibi ap-propriat ⁊ appetit. in qͥbus gloriať ⁊ animo ſe extollit. vi-deť dicē illud Eccl'ſ. ij. Coaceruaui mihi argentum ⁊ au-rū. ſubſtantias regū ⁊ ꝓuinciarū. Feci mihi cantores ⁊ cā-tatrices delicias filios hoīm. De delicijs. i. de carnalibꝰ blā-dicijs dicit pctōr illud qꝺ dixit Amon inceſtuoſus. ij. Re-gum. xiij. Ueniat oro Thamar ſoror mea vt det mihi cibū ⁊ faciat pulmentū. Sequiť. Qꝛ oppreſſit ⁊ defloraut eaꝫ De ſciētijs ꝓphanis dicat pctōr ſicut ſaul phitoniſſe. j. Re. xxviij. Diuina mihi in phitone. ⁊ ſuſcita mihi quē dixero. ſuſcita mihi ſamuelem. De moleſtijs ſeu de violentijs in-fernalibꝰ ſeu orcanis. i. de penis orci. i. inferni qͥs pctōr ſibi finaliter applicabit. dicat ſilr Eſa. xxj. De terra horribili viſio dura nunciata eſt mihi. Sic igiť pꝫ quō iſtud ꝓnomē mihi dꝛ in ꝑſona dei. In ꝑſona iuſti. ⁊ in ꝑſona impij.

**Michol.** Nota ꝙ michol a ſaul fuit nata dauid cōiugata. a viro ſublata. alteri ligata. tā-dem Dauid data ⁊ regina vocata. ſicut hec oīa patent. j. ⁊ ij. Regū. Talis eſt anima. qͥ. ſ. a ſaule. qͥ interp̄tať abutēs. id ē a mundo vl' a corꝑe ꝓducit. inqꝫtum. ſ. a deo in corꝑe originaliter ꝓcreať. tandē dauid. i. xp̄o in baptiſmo cōiungiť. ſ; dum peccat alteri. ſ. dyabolo copulať. finalr tñ ꝑ pe-nitentiaꝫ dauid. i. xp̄o reſtituiť. ⁊ ſic regina ſe bn̄ regendo nuncupať ⁊c̄. Applica ꝓut vis.

**Miphiboſeth.** interpretať os confuſum: vel verecundum qͥ fuit filius regis ſaul. qͥ de manu nutricis ad terrā detectꝰ. cōfractꝭ pedibus claudus eſt effectꝰ ⁊ a ſeruo ꝓprio eſt interfectus Expone ſi vis. qꝛ tranſeo gratia breuitatis.

**Migrare.** Nota ꝙ migrare idem eſt qꝺ tranſi-re. vel de vno loco ad aliū ſe transferre. Sꝫ vide vbi trāſire. ⁊ in alijs tituł. qꝛ pauce ſť auctēs.

**Militia. miles. militare.** Nota: ꝙ cum militare nihil aliud ſit qꝫ pugnā ſeu militiā exercere. vł cō-tra aduerſarios bellare vel dimicare. Poſſumus dicere ꝙ tam in bono qꝫ in malo ſignificato multiplex miles ſeu militia reperitur. Inuenitur enim Militia Luminis ſpecioſi. Hominis v̾tuoſi. Agminis ſerioſi. Turbinis fluctuoſi. Fulminis furioſi. Nominis odioſi. Culminis glorioſi.

Prima eſt militia ſummoꝝ angeloꝝ. de qua Job. xxv. Nūqͥd eſt numerus militū eiꝰ? Scꝺa eſt militia viroꝝ ꝑfectoꝝ. qͥ. ſ. armati virtutibꝰ militant ⁊ ſeruiūt creatori. ij. Coꝝ. x. Arma militie nr̄e non ſint carnalia. Et. ij. Thim. ij Labora ſicut bonꝰ miles xp̄i. Tercia eſt militia bonoꝝ de

ricoꝝ.q̄.ſ.in religione. ⁊ eccleſia ſeruiunt ⁊ militant xp̄o in diuerſis officijs ⁊ ſtatibꝰ. De q̄bꝰ Zach.ix. Circūdabo do mū meā ex his q̄ militant mihi. Quarta eſt militia fluctuum mundanoꝝ.i.tribulationū q̄ cōtinue militant ꝯ nos. De q̄bꝰ dr̄ Iob.vij. Militia eſt vita hōis ſup terram. Et Iob.vj. Terrores dn̄i militant ꝯ me. Quinta vero eſt militia motuū internoꝝ. De q̄bꝰ dr̄.j. Pet.ij. Abſtinete vos a carnalibꝰ deſiderijs q̄ militant aduerſus animā. Sexta eſt militia crudeliū tyrannoꝝ. de q̄bꝰ dr̄ Io.xix. ꝙ milites plectentes coronā de ſpinis impoſuerunt xp̄o. Septima vero eſt militia nobilium dominorum. qui.ſ. iuſte militant ⁊ defendunt rempublicam ſicut debent. ordinati ad tuitionem ⁊ cuſtodiam aliorum. Actu.xxviij. Permiſſum eſt paulo permanere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite. His ergo p̄miſſis dicam ſoluȝ triplicem eſſe militiam vicȝ. Unaȝ que

Imponit naturaliter.
Exercet virtualiter.
Miniſtrat tp̄aliter.

Primo ergo dicā ꝙ eſt q̄dam militia naturalis. ⁊ iſta ꝓcerto nihil aliud eſt q̄ vita p̄ſens. q̄ ꝓcerto ꝓprie militia dr̄. eo ꝙ extra patriā in exercitu ⁊ expeditione in aliena terra ſeruire. ⁊ ꝯ tribulationes exteriores ⁊ tentationes interiores militare ⁊ cōtinue laborare ꝓbamur. vbi certe modicis ſtipēdijs p̄miamur. ⁊ plimis piculis ſubiugamur. Militia ḡ ē vita hōis ſup terrā. Quia reuera ſicut miles dum eſt in acie. vt plurimū ſp̄ eſt in piculo. raro in tuto. multū in labore. raro in quiete. ſic hō ⁊c̄. Quinimmo ſicut miles q̄ eſt in acie ſp̄ hȝ oculū intentum ad exitū pugne. ad laudē victorie ⁊ ad regreſſū patrie. Sic hō dum eſt in militia vite p̄ntis ſp̄ dȝ habere oculum cordis ad exitū mortis ⁊ ad laudē finalis victorie ⁊ ad q̄etem ⁊ p̄miū ſalutꝭ eterne. ſicut habebat ille ⁊ dicebat Iob.xiiij. Cunctis diebꝰ q̄bus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Et aduerte ꝙ ſicut milites q̄n̄qȝ nō bn̄ ſe habent in p̄lio. ⁊ ſic nō ſolent attingere ad triumphuȝ nec ad quietem. ſed potius ad miſeriā ⁊ laborē. ſicut ponit tytꝰ liuius. de militibꝰ romanis q̄ a p̄lio cannenſi alijs ſtantibꝰ ⁊ morientibꝰ fugierunt. q̄ ꝓpter hoc damnati ſunt a ſenatu: ne vrbem ingrederent. ſ; ꝙ tādiu in ſicilia extra ꝓpriā patriā militarēt. quouſqȝ hoſtis Hanibal q̄ ip̄os vicerat: ab ytalia pelleret. De alijs etiā militibꝰ romanis legit ꝙ qui male ſe habuerāt in cōflictu dānati ſunt ad hanc penā: ꝙ alijs militibꝰ recipientibꝰ frumentū in ſtipendio. ip̄i ſolum ordeum ꝓ ſtipendio receperūt. ⁊ ꝙ etiā alijs prandentibꝰ ⁊ ſedentibꝰ i cōedendo. ip̄i ſtando ⁊ in pedibꝰ cōederēt. q̄uſqȝ ignauiā ſuā ſeq̄ntibꝰ v̄tutibꝰ ⁊ p̄ſtātia militie future purgauerūt. Sic vere dico ꝙ in hac militia vite huiꝰ multi ſūt q̄ magis demerent q̄ merent. ⁊ magis acq̄runt vitupium q̄ȝ triumphū. magiſqȝ merent nutriri ordeo q̄ȝ tritico. magis ſtando ⁊ laborando refici q̄ ſedendo ⁊ q̄eſcendo. q̄r.ſ. magis cōtinuat militia taliū ad cōtinuationē ꝑpetui laboris q̄ȝ ad triumphū ꝑpetue glorie ⁊ honoris. Act.xij. Erat nō pua turbatio inter milites. Uerūtn̄ q̄n̄qȝ fit ꝙ ꝑ virtutē p̄nie taliter poſt lapſū militāt. ꝙ victorē ſuū dyabolū ſuperant. ⁊ ꝙ ꝑ facta ſtrennua verecundiā p̄miā purgant. et ſic vrbē ꝑadiſi ⁊ p̄riam ꝓpriā recuꝑant quā ꝑdiderāt. Iſti ḡ dicāt ꝙ cūctis diebꝰ q̄bꝰ nūc militant expectāt donec veniat immutatio ſua. Ut ſic tales dicant illd̄.ij. Coꝝ.x. Nō ſm̄ carnē militamꝰ ſ; ſm̄ ſp̄m. Arma eñ militie nr̄e nō ſūt carnalia. Iſta eſt ḡ militia naturalis. Scd̄o p̄ncipalr̄ dico ꝙ inuenitur militia v̄tualis. Illa.ſ. qua homo Militat

Uirtuoſe viuendo.
Sanctitatē ſeruando.
Scripturis inſiſtendo
Eccleſiā regendo
Debite miniſtrādo
Bene operando

Quilibet eñ iuſtꝰ pōt dici miles q̄ v̄tutibꝰ armat ⁊ q̄ ꝯ carneȝ mundū ⁊ dyabolū militat ⁊ opat. Quilibet eñ xp̄ianꝰ ⁊ maxime eccleſiaſticꝰ ad talē militiā eligit. et ad ſtipendia vite eterne finaliter recipit. dum tn̄ victoria ab hoſtibꝰ aīe ⁊ fidei reportet. Et ſi vis dic ꝙ q̄cunqȝ vult digne deo militare. debet eſſe inſtar boni militis.ſ. Fidelis ⁊ gratus. Diligens ⁊ ſtrenuus. A rebꝰ militie nō diſtractꝰ. Ducibꝰ ſubſtratꝰ. Ictibꝰ ſubactꝰ.

Iſta eñ ſt̄ q̄nqȝ q̄ requirunt in quocunqȝ milite tā ſpirituali q̄ȝ tp̄ali. vicȝ ꝙ fidelis exiſtat j.ad Thimo.j. Hoc p̄ceptū cōmendo tibi. vt milites bonā militiā habens fideȝ ⁊ bonā cōſciam. Item ꝙ diligens inſiſtat. Un̄ illud p̄dcm̄ Labora ſicut bonꝰ miles.ij. Thi.ij. Itē vt ab alienis occupationibus deſ ſtat. q̄r.ſ. ſicut dr̄.ij. Thi.ij. Nemo militās deo implicat ſe negocijs ſecularibꝰ. Iteȝ ꝙ ducibꝰ aſſiſtat ⁊ ꝙ eis pareat ⁊ obediat. Luce.vij. Dn̄e ſum ſub ptāte cōſtitutus habens ſub me milites. ⁊ dico huic vade ⁊ vadit ⁊ alio fac hoc ⁊ facit ⁊c̄. Itē ꝙ ictibꝰ ſubſiſtat ſeu ꝙ hoſtibus reſiſtat. Un̄ illud.ij. Coꝝ.x. Arma militie noſtre nō ſt̄ carnalia. ſ; potentia a deo ad deſtructionē munitionū ⁊c̄. Hec eſt ergo militia virtualis. S; reuera econtra inuenit militia criminalis. Et iſta eſt illa qua mali militāt dyabolo. male agendo. ſibi ſeruiendo. ⁊ ꝓ ipſo cōtra deum ⁊ iuſtos pugnando. ſicut.ſ. heretici ⁊ alij mali q̄ cōtinue militant contra bonos. Act.xij. Erat petrꝰ dormiens inter duos milites vinctꝰ cathenis duabꝰ. S; de malis militibꝰ nota ⁊ vide infra. Inuenit ḡ militia virtualis. Tercio p̄ncipalit̄ dico ꝙ inuenit militia temporalis. Et ſic nota ꝙ iſta militia

A deo fuit inſtituta.
Pro iuſtis fuit cōſtituta
A malis iam eſt deſtituta

Dico ergo ꝙ militia a dō fuit inſtituta. q̄r reuera officiū militare ortuȝ habuit a deo ⁊ a natura. Sicut eñ ponit Piniꝰ. Expeditio militaris. diſpoſitio exercituū. ⁊ mutatio caſtroꝝ ⁊ tentorioꝝ: ortū habuit a locuſtis. q̄.ſ. more militari mutant exercitū ⁊ p̄mittunt exploratores ⁊c̄. Etiā ſm̄ ip̄m forma militꝭ ortū habuit a gallo. q̄.ſ. vngues habet ꝓ mucronibꝰ. aculeos in tibijs ꝓ calcaribꝰ. roſtrū ꝓ lancea. criſtam ꝓ galea. Etiā in mari inueniunt q̄dam monſtra ad formā militis facta. galeata.ſ. et loricata. ſcuto duriſſimo munita. ⁊ enſis ſilitudine armata. In his ergo apparet ꝙ ſtatus militaris figurā: exemplū ⁊ ortum habuit a natura. ⁊ ꝙ a caſu nō ꝓceſſit neqȝ venit. Iſtud ergo eſt honor ⁊ excellentia militibꝰ ⁊ ſignū q̄d a dō ꝓuenerūt ⁊ nō a caſibꝰ. q̄d ſatis eſt veriſimile. Quia etiaȝ ipſe deꝰ congregationes angeloꝝ ſub titulo militie ⁊ exercitꝰ nominat. ⁊ ſuos milites ipſos vocat. Iob.xxv. Nunq̄d eſt numerus militū eiꝰ? Et in eccl̄ia de angelis canitur. Cūqȝ omni militia exercitꝰ ⁊c̄. Unde Eſa.xiij. Ego dominus mandaui ſanctis meis ⁊ vocaui fratres meos. Sequitur. Dominꝰ exercituū p̄cepit militie belli venientibus de terra ꝓcul. Militia ḡ a deo fuit inſtituta. Eſa.xl. Qui creauit hec eduxit in numero militiā. Deinde dico ꝙ militia ꝓ iuſtis fuit cōſtituta. q̄r reuera milites chriſti facti ſūt

Pro republica tuenda.
Pro iuſticia ſeruanda.
Pro eccl̄ia defendenda
Pro neq̄cia ꝓpellenda.

Et inde eſt ꝙ militibꝰ q̄n̄ creant p̄cipit ꝙ ꝓ republica iuuanda debent eſſe parati. Et dat eis enſis in ſignū ꝙ ꝓ iuſticia facienda debent eſſe armati. ⁊ in pedibꝰ calcaria aurea in ſignū ꝙ ad ſtimulandū equos debent eſſe muniti. ſotulares ꝑforatos ⁊ pictatos recipiūt in ſignū ꝙ ad frigꝰ et ad labores debent eſſe aptati. Frenū. zonas ⁊ omnia ornamenta debent habere deaurata. in ſignū ꝙ ꝑ honeſtatē ip̄i debent eſſe p̄ alijs aureati. Un̄.ij. Paral.xvij. dicit ꝙ ioſaphat rex iuda cōſtituit militū numeros in cunctis vrbibus p̄ſidiaqȝ diſpoſuit in terra iuda. Militia ergo ꝓ iuſtis fuit conſtituta. Deniqȝ dico ꝙ militia ꝑ malos fuit deſtituta. q̄r ꝓcerto mali milites. q̄.ſ. militia male vſi ſūt nomē militie deprauauerūt. ⁊ ip̄m in damnū ⁊ nō in vtilitatē rei publice ꝯuerterūt. Et ſic notab ꝙ m̄lti milites moderni ſt̄

Superbi ⁊ de ſe p̄ſumentes.
Auari ⁊ lucra cupientes. Uel
Crudeles ⁊ incōpatientes
Proterui ⁊ inobedientes.
Imbecilles ⁊ nūq̄ ſubſiſtentes.

Inter iſtos ḡ inuenitur militia ſupboꝝ. Et iſta ē militia celi q̄ toties rep̄hendit in ſcriptura. q̄r.ſ. tales ſupbi milites videntur tanq̄ celeſtes ſe alijs an̄ferre. ⁊ in celo ⁊ i t̄ra p̄ ceteris nati eſſe. q̄r certe tales p̄ ceteris volūt allius honorari. Un̄ de illo achab rege dr̄.iiij. Reg.xxj. ꝙ ip̄e adorauit omnē miliciā celi. Et Hiere.xix. dr̄. Or filij iſrl̄ ſacrificauerūt vniuerſe militie celi ⁊c̄. Tales p̄ ceteris ſolent citiꝰ terminari. q̄r.ſ. gl̄ia taliū parū durat. Eſa.xxxiiij. Tabeſcet oīs militia celoꝝ. Itē tales p̄ ceteris ſolent duriꝰ diſſipari. q̄r.ſ. duriſſime puniunt in fine. Un̄ ibidē. Indignatio dn̄i ſup vniuerſam familiā celi. Iſta eſt ḡ militia ſupboꝝ. Inuenit etiā militia auaroꝝ. q̄.ſ. nō tendūt niſi ad pecuniā ⁊ lucrū. de q̄bus dr̄ Mat.xxviij. ꝙ iudei pecuniā copioſā dederūt militibꝰ. vt.ſ. veritatē tacerēt ⁊ exprimerent falſitatē. Sequit. At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti. Inuenit p̄terea militia ꝓteruoꝝ. ſeu crudeliū tyrannoꝝ. q̄.ſ.

alios nō ceſſant impie ledere.bona eoꝝ rape ⁊ eos indebi
te cōculcare.ſicut apparet de ioſeph innocente q̄ mgr̄o mi,
litū fuit venditꝰ Geñ.xxxvij.De filijs q̄ trāſlati ſunt ⁊ ī ba
bylonē captiuati ꝑ mgr̄m militū.Hiere.xxxix. De veſtimē
tis etiā xp̄i q̄ diuiſa ſunt a militibꝰ.⁊ de xp̄o q̄ crucifixꝰ eſt
ab his hoſtibꝰ.ſicut ſcribiť Iob.xix.Item tales p̄ ceteris
ſolent melius eneruari.qz.ſ.multi ſunt q̄ nō valent niſi ad
fugiendū ⁊ nō ad aliquē actū fortitudinis faciendū.Unde
Eſa.xxxiiij.Ois militia eoꝝ defluet ſicut defluit foliū de vi
nea ⁊ de ficu.Iſti ſunt ergo milites q̄ in ſe peſſimi ſť ⁊ pro
terui.alijs aūt impij ſunt ⁊ auari.Et ꝓpter hoc de bono p̄,
ſbro narrať ꝙ dum letaniā ſuā in.xl.diceret ſp cōſueuerat
dicere.Ab omi malo milite libera nos dn̄e.Quo audito ⁊
ab alijs interrogato quare ſic oraret:rn̄dit.Qz militē ī pa,
rochia ſua habuerat q̄ ip̄m totū comederat ⁊ conſumpſe,
rat.ſ qz mortuus erat iō ne alius miles veniret ibidem ita
dn̄m exorabat. Et breuiter.tales mali milites ⁊ nobiles a
deo finaliter viſitabunť.⁊ in inferno ꝑpetuo punienť.Un̄
Eſa.xxiiij.dr̄ ſic.Uiſitabit inquit dn̄s ſuꝑ militiā celi in ex,
celſo.⁊ ſuꝑ reges terre.⁊ cōgregabunť cōgregatōe vniꝰ fa
ſcis in lacū.⁊ claudenť ibi in carcere.Pz igiť quō inueniť
militia Temporalis.virtualis ⁊ naturalis. Sufficit ⁊c̄.

**Mille.** Nota ꝙ numerus millenariꝰ cum ſit maxi,
mus ⁊ ꝑfectus ſiue ꝑfectiſſimꝰ numerꝰ.cō,
ſtās ex denario centies ducto.tn̄ pōt denotare boni vł ma
maximā quantitatē vł multitudinē copioſam.ſiue cuiuſli,
bet numeri vel tp̄is vniuerſalē numeroſam magnitudinē.
Et iō breuiter notandū ꝙ accipiēdo mille in bono Signat
Uirtutū plenitudinem. Primo igiť dico ꝙ ꝑ mille
Sanctoꝝ multitudinē. ſignificať virtutū plenitudo.
Scripture fortitudinez Et ſic ſumiť.ij.paral̄.j.vbi dr̄
Glorie magnitudinem. ꝙ Salomon obtulit dn̄o mil
Bonoꝝ ſanctitudinem le hoſtias.Et Nūe.xxxv. vbi
dr̄.ꝙ circa ciuitates leuitarū debebat eſſe ſpaciū mille paſ
ſuum ꝓ pecoribꝰ educendis.Mille em̄ hoſtie ⁊ mille paſ
ſus ſignificant plenitudinē v̈tutū.q̄.ſ.deo debentia fideli,
bus offerri.⁊ in q̄bus pecora.i.xp̄ifideles debent cōtinue
impinguari.Ut ſic cuilibet dicať illud qđ dictū eſt rebecce
Geñ.xxiiij.Soror mea ꝑuula es.creſcas ī mille milia. vbi
aduerte.ꝙ ad habendū numerū millenariū.i. plenitudinē
v̈tutum neceſſarius eſt Pius affectus.Soror inquit.Sui
deſpectus.Paruula.Iugis ꝓfectus. Creſcas .Et ſic igiť
ſibi inheret plenitudo v̈tutū. Scđo dico ꝙ ꝑ millenariū
numerū intelligiť ſctōꝝ multitudo illa maxima ⁊ admira
bilis ⁊ ꝑfecta collectio btōꝝ.Un̄ nota: ꝙ inter beatos eſt
Millenariū conuiuantiū. Sunt ergo ibi mille conui
Millenariū miniſtrantiū. uantes.Un̄ Dañ.v. Bal,
Millenarium iubilantiuz thaſar rex fecit grande cō,
uiuiū optimatibꝰ ſuis mille.⁊ vnuq̄ſq; ſm̄ ſuā bibebat eta
tem.Balthaſar em̄ q̄ interp̄tať abſorbens diuitias ſignat
deū q̄ diuitias eterne beatitudinis in ſeipſo ꝯtinet ⁊ abſor
bet.q̄ ꝓcerto in patria paradiſi mille optimatibꝰ.i.vniuer
ſitati beatoꝝ facit magnū cōuiuiū ⁊ immenſū.ita ꝙ vinuz
eterne felicitatis ſm̄ etatē ꝓrioꝝ meritoꝝ bibunt ⁊ recipi
unt vniuerſi.Itē ſť ibi mille miniſtrantes.Et iſti ſignificāt
vniuerſitatē angeloꝝ q̄ omnes dicunť adminiſtratorij ſpi
ritꝰ in miniſteriū miſſi Hebre.j.De q̄bus dr̄ Dañ.vij.Mi
lia miliū miniſtrabant ei.⁊ decies centena milia aſſiſtebāt
ei.Item ſť ibi mille iubilantes ⁊ iſti ſignant multitudinez
ꝓphaꝝ ⁊ doctoꝝ.q̄ iubilū vaticinioꝝ ⁊ bonoꝝ documento
rū promunt.De q̄bus dr̄ in p̄s.Currus dei decem milibus
milia multiplex letantiū.dn̄s deꝰ in eis in ſynai in ſctō. Et
ſic ꝑ millenariū intelligiť ſanctoꝝ multitudo. Tercio di
co ꝙ ꝑ millenariū intelligiť ſcripture fortitudo vł v̈borum
dn̄i magnitudo.vł documentoꝝ ibi exiſtentiū amplitudo.
Bn̄ ğ dr̄ ꝙ ſcriptura eſt ſicut turris dauid in qua mille cli
pei pendent ex ea omnis armatura fortiū.Cañ.iiij. Quar
to dico ꝙ ꝑ millenariū intelligiť glorie amplitudo. Un̄ de
us dr̄ facere miam in multa milia diligentibꝰ ſe. Deuť.v.
Cañ.viij.Uir aufert ꝓ fructu eius mille argēteos. Qui
to dico ꝙ ꝑ millenariū intelligiť bonoꝝ hoim multitudo.
Un̄ de chriſto qui pre omnibus bonis fuit electus dr̄ Can
tico.v.Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus electus ex
milibus.Sic igitur patet ꝙ mille ſignat in bono. Sz ad
huc dico ꝙ mille ſignat omnem multitudinem aggregatā
in malo.Unde nota ꝙ per mille intelligitur Multitudo
Demonioꝝ. Demones em̄ ꝑ millenariū denotanť
Peccatorū. Un̄ de locuſtis exeuntibꝰ de puteo abyſ,
Etiā tormētoꝝ ſi dr̄ Apoc.ix.Erat numerꝰ exercitꝰ vige
ſies milies dena milia.Un̄ etiā de xp̄o demonē ſuꝑante dr̄
in p̄s.Cadant a la.t.mil.⁊ de.mi.a dex.tuis.Itē pctōres ꝑ
millenariū deſignanť.Un̄ philiſteis a Dauid victis. dr̄.j.
Reg.xviij.Saul ꝑcuſſit mille ⁊ dauid decem milia.Un̄ dā
nati millenario numero figuranť.Un̄.j.Mach.ij. Mor,
tui ſť vſq; ad mille aīas hoim.Et Eſa.xxx.dr̄.Mille ho,
mines a facie terroris vnius fugient.Itē eternitas tormē
toꝝ ad millenariū applicať.Un̄ de dyabolo dr̄ Apoca.xx.
ꝙ ligatꝰ fuit ī carcere ꝑ annos mille.Et ſic igiť pz quō mil
le ſignat in bono ⁊ ī malo.Et hec de mille ſufficiant ⁊c̄.

**Miniſtrare.miniſter.** Nota ꝙ ī ſcri
ptura mini,
ſter accipitur in bono ⁊ in malo. Unde poſſumus notare
ꝙ in ſcriptura inueniuntur: videlicet. Miniſtri
Splēdoris Primi ſunt miniſtri valde mirabiles. Se
Uigoris cundi ſť miſtri valde laudabiles.Tercij ſť
Erroris. miniſtri valde damnabiles. Quarti ſť mi
Terroris. niſtri valde terribiles. Primi miniſtri ſť
angeli cōprehenſores.figurati in miniſtris ſalomonis q̄rū
veſtes ⁊ ordinē regina ſaba mirabať.ſicut dr̄.iij.Reg.x.de
q̄bus intelligiť illud Dañ.vij.Mille miliū miniſtrabāt ei
⁊c̄.qz ſicut dr̄ Hebre.j.Deꝰ fecit angelos ⁊ miſtros ſuos
flāmā ignis.vide etiā ſ.de angelis Math.iiij.vbi dr̄. Ac,
ceſſerūt ange.⁊ miniſtra.ei.Itē dico ꝙ ſcđi miniſtri ſť viri
ſancti ⁊ iuſti viatores.De q̄bus latius dicemꝰ in ſequēti.ſ
aliq̄d.Potiſſime ei miniſtri poſſunt dici p̄lati a miſtrādo.
eo.ſ. ꝙ ſubditis debent miſtrare.Uirgā paſtoralis corre,
ctionis.Panem tp̄alis ſubuentiōis.Potū ſciential̄ inſtru
ctionis ⁊ p̄dicationis.Et ſic accipiť Math.xx. Quicunq;
voluerit fieri maior erit miniſter.In aliq̄bꝰ em̄ religionibꝰ
p̄lati vocanť miniſtri.eo ꝙ p̄lati habent alijs miniſtrare.ſi
cut xp̄s de ſeipſo dicit Math.xx. Nō veni miniſtrari ſed
miniſtrare.Et Luc.xxij.Ego aūt in medio vr̄i ſum ſicut q̄
miniſtrat.Tercij miniſtri ſunt viri impij ⁊ pctōres. iſti em̄
miniſtrant dyabolo diuerſa obſequia.Sibi etiā miniſtrāt
penā ⁊ ſupplicia.alijs v̈o miſtrant mala exempla ⁊ flagitia
Figurati in illis miniſtris q̄ alapis cedebant ihm̄.ſicut dr̄
Mar.xiiij.⁊ Io.xviij.Unꝰ aſſiſtens miniſtroꝝ dedit ala,
pā ihu.Quolibet em̄ mortale pctm̄ eſt vna alapa q̄ dn̄s ab
impijs v̈berať.Iſti em̄ ſť miniſtri dyaboli q̄ ꝑ hypocriſim
tranſfigurant ſe in miniſtros iuſticie.ſicut dr̄.ij.Coꝝ.xj.Et
iō ꝑiculoſuz eſt ſocietatē taliū miſtroꝝ intrare. ſicut em̄ dr̄
Mar.xiiij.Petrꝰ qn̄ ſedebat cū miniſtris ⁊ calefaciebat ſe
ter dn̄m negauit.Quia ꝓcerto illi q̄ cū miniſtris dyaboli
ad ignē auaricie ſe calefaciūt.deū ſepe peccando denegant
⁊ cōtemnūt.Quarti v̈o miniſtri ſūt infernales demones et
tortores.q̄.ſ.ſunt miniſtri dei in vindictā maloꝝ. Sūt em̄
miniſtri dei ſicut bourellꝰ q̄ ſuſpendit latrones eſt miſter
regis.Miniſtri etiā ſunt damnatoꝝ inq̄tum.ſ.eis miſtrāt
miſeriā ⁊ dolorē.De iſtis em̄ vr̄ dictū illud Mat.xxij.Di,
xit rex miniſtris.Ligatis pedi.⁊ mani.mittite eū in tene.ex
tiuolam. Sed quid? Dato certe ꝙ tales ſint hodie impfe-
cti. ſunt tamen quandoqꝫ in magnis dignitatibus conſti-
tuti. Unde Eſaie. iij. Populum meum exactores ſui ſpoli
auerunt: mulieres dominate ſunt eis. Et quod peius eſt ta
les quandoqꝫ ꝓmouenť que ſunt alijs acriores: ⁊ ad rapi
nam ⁊ iniuſticiam promptiores: Exemplo apum de q̄bus
diciť. Qꝛ femine inter ipſas acrius pungunt q̄ maſculi. ſic
videlicet ignorantes ⁊ feminei p̄lati durius ꝑcutiunt pun
gunt ⁊ rapiunt q̄ perfecti. Quia ſicut dͬ Eccli. xxv. Bre-
uis eſt omnis malicia ſuꝑ maliciã mulierum. Et ibidem.
Non eſt ira ſuper iram mulieris. Et ſic ergo patet quomo
do per mulieres intelligiť hominum imperfectorum con-
ditio. Deniqꝫ dico ꝙ ad literam ꝑ mulierem poteſt intel
ligi malaꝝ mulierũ infectio. Et circa hoc poſſum⁹ dicere il
lud Criſoſtomi ſuꝑ Matheũ. xix. vbi diciť. Non expedit
nubere: vbi de mulieribus loquiť ſic. Quid inquit aliud eſt
mulier q̄ amicicie inimica. ineffugabilis pena: neceſſariuꝫ
malum: naturalis tentatio: deſiderabilis calamitas: dome
ſticũ piculũ: delectabile detrimentũ. Circa qͦd poſſum⁹ ad
deteſtatõꝫ malaꝝ mulieꝝ notare: ꝙ mala młr ẽ deteſtabił.

Quia fallax ⁊ ꝓditioſa.
Quia loquax ⁊ garruloſa.
Quia tenax atqꝫ glutinoſa
Quia vilis ⁊ luxurioſa.
Quia cauta ⁊ malicioſa
Quia leuis ⁊ curriculoſa.
Quia rebellis ⁊ litigioſa
Quia cõpta atqꝫ curioſa
Quia nociua ⁊ ꝑiculoſa

Iſte ſunt ergo nouem con
ditiones male mulieris a q̄-
bus nos preſeruet omnipo-
tens Dico igitur ꝙ mala mu
lier eſt fallax. Optime enim
ſciunt male mulieres homi-
nes decipere. ⁊ ad ſimulatio-
nem amoris hoĩes et ad pec
cata inducere: ⁊ ipſos tandẽ
ſpoliare ⁊ conſumere. ⁊ de ipſis amplius non curare. Si-
miles hyene que ſm̄ Pliniũ libro. viij. vocem fingens hu-
manam. paſtores ⁊ canes ad ſe aduocat. ipoſqꝫ necat ⁊ oc
cidit. Umbra etiam ipſius canes muteſcere facit. mortu-
os dͤ ſepulcro eijcit: ⁊ animal quod ſi ter luſtrauerit neceſ-
ſarium gradum figit. Sic vere mala mulier fallacia vocis
⁊ verborum ſuorum decipit q̄nqꝫ quatuor genera perſona
rum: videlꝫ.

Paſtores
Canes
Mortuos.
Et animalia
Hoc eſt dictu
Prelatos
Predicatores.
Religioſos
Et ſeculares

Ipſos enĩ paſtores ⁊ p̄latos ſo-
rendo famam: gratiam ⁊ deuoran-
do temporalem ſubſtantiam ſpiri-
tualiter occidere. Canes vͦo. id eſt p̄
dicatores ſolẽt per vmbram mala-
rum delectationum a latratu predi
cationis facere ceſſare ⁊ obmuteſcẽ
re. Mortuos vͦo id eſt religioſos ſo
let quandoqꝫ de tumulis clauſtro-
rum ſuorum expellere ⁊ extrahere.
Animalia vero. id eſt ſeculares quos per malas ſuggeſti-
ones circuit ⁊ luſtrat. ſolet infra laqueorum ſuorum am-
bitum inenaſibiliter arreſtare. Et ſic vna mulier hebrea fe-
cit confuſionem in domo regis Nabuchodonoſor. Sicut
dicitur Iudith. xiiij. Fallax eſt ergo ⁊ proditioſa. que ſcili
cet ita ſcit omnia genera hominum verbis ſuis decipere ⁊
ſuis legibus ſubiugare. Non eſt enim qui ſe abſcondat a
calore eius. Quia ſicut diciť Eccleſiaſtici. ix. Prodter ſpe-
ciem mulieris multi perierunt. Ideo Prouer. ij. diciť. Vt
eruaris a muliere aliena que mollit ſmones ſuos. Et iõo
docet ſapiens Prouer. v. Ne intendarĩ fallacie mlierĩ. qꝛ

gutus diſtillans labia meretricis ꝛc. Nouiſſima vero illi⁹ amara velut abſinthiū: ꝛ acuta velut gladius biceps. Eſt igitur fallax ꝛ ꝓditioſa. Itē dico ꝙ mala mulier eſt loquax a garruloſa. Serpens eñ ſup oīa animalia linguā citi⁹ ꝛ veloci⁹ mouet. ita ꝙ etiā ſicut pluries ſupra dictū eſt duas linguas videt̃ hr̃e. ſm Pli. Quia vere ille mulieres ꝑ multiloquiū ſolent citiſſime linguā mouere alioꝝ verba interrumpe ꝛ vba ſua ſine diſcretione dicere ꝛ mouere. leticiaꝫ cantus. rixas ꝛ verba inutilia fulminare. Et de hoc dr̃ ꝓuerb. vij. de mala muliere. Que erat ornata meretricio apparatu. garrula ꝛ vaga. quietis impatiens. Et bene dicit garrula. q: ſ. multa ſunt genera auium in qb⁹ ſunt femelle magis garrule ꝙ̃ maſculi. Et ꝓculdubio tale gen⁹ auiū videt̃ eſſe genus humanū. q: mulieres plus ꝙ̃ viri vident̃ garrule ꝛ vboſe ꝛ in inani gloria curioſe. Et merito. Cuidā eñ q̄renti quare mulier eſſet magis verboſa ꝙ̃ vir. Rn̄dit qdā phs. Quia hō fuit format⁹ de terra. mulier vo de oſſe. ſ. de coſta viri. Et q: ſaccus plenus terra nunꝙ̃ clamat. ſacc⁹ vo plen⁹ oſſib⁹ modico impulſu ſonū reddit ꝛ clamitat. Figurati in eua q̄ citius dicit̃ locuta fuiſſe cum ſerpente tentante vt deciperet̃ ꝙ̃ cum deo vt ꝓtegeret̃. vel cū viro vt erudiret̃. Sic vere tales citius loquunt̃ mala cū malis ꝙ̃ bona cum bonis. Ita ꝙ cuilibet pōt dici illud Iob. ij. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Iſta eſt igit̃ loquax ꝛ garruloſa. Item dico ꝙ mala mulier eſt tenax atꝗ glutinoſa. Mala eñ mulier eſt ſicut quoddā piculum maris qđ dicit̃ bitalaſſus. qđ nihil aliud eſt ꝙ̃ bitumen tenaciſſimū quo ſi nauis impegit̃. ita fortiter tenet̃ ꝙ ibi neceſſario remanet ꝛ finaliter frangit̃ ꝛ caſſat̃. Echinus etiā eſt piſcis modicus vix ſemipedalis ſm Pliniū. q̄ ſi naui alicui caſu adhereat: ita fortiter eā arreſtat ꝛ tenet: ꝙ niſi ferro abſcindat̃ piſcis nauis illa nō amplius ꝓcedit. Talis ꝑ oīa eſt mala mulier: q: ꝓcerto ſi nos q̄ in mari fluctuoſo hui⁹ ſeculi nauigam⁹: iſti piſci ꝑ inordinatum amorē adheremus vel infra eius laqueos incidam⁹ tante eſt tenacitatis ꝛ adheſionis ꝙ vix aut nunꝙ̃ euadem⁹ niſi forte ꝑ diuinū miraculū eruamur. Iſtud bñ ſenſerat ſalomon q̄ dicebat Ecdeſiaſtes. vij. Inueni mulierem morte amariorē. vincula ſunt man⁹ ei⁹: ſagena eſt cor eius. Eſt igit̃ tenax ꝛ glutinoſa. Item dico ꝙ ipſa eſt ardens ꝛ libidinoſa. Et ideo ſm Iſid. femina dr̃ a fos qđ eſt ignis. eo ꝙ in mulierib⁹ ſit ardor igneuſꝗ appetit⁹. Nō ei diligunt niſi delectabilia carnis ꝛ ardorem libidinis ſue ſaciare. Similes ſyrenis q̄ tantum appetunt ꝙ vltro homines rapiant: ꝛ eos ſecū cohabitare compellant̃. Vñ. j. Reg. xx. Filius mulieris vltro virum rapientis. Figurate etiā in vxore putifar: que ioſeph ad carnis copulam ꝓuocauit: q̄ q: recuſauit ipſa eum accuſauit ꝙ eam fedare voluerat: ꝛ ipm fecit carceri mancipari. Sicut eñ Eccli. ix. Mulier fornicaria quaſi ſterc⁹ ab omnib⁹ tranſeuntib⁹ cōculcabit̃. Quia vere multe ſt̃ q̄ ex induſtria: actibus ꝛ nutibus: verbis ꝛ geſtib⁹ inclinant homines ad peccatū. Iuxta illud Eſa. iiij. Apprehendent ſeptem mulieres virum vnū ꝛc. Item dico ꝙ mala mulier eſt cauta ꝛ malicioſa. Iſta eñ comparat̃ ſerpenti ꝓpter maliciam: q: ſicut dr̃ Eccli. xxv. Breuis eſt omnis malicia ſup maliciam mulierū. De malicijs vo ꝛ de cautelis mulierum vide in libro de donis. ꝛ in libro Petri alfonſi ꝛc. In qbus multa hyſtorica exempla reperies de malicia mulierū. Sicut eñ mulieres malicioſe cantādo in deſerto attrahunt elephantem ad ſe venientem ꝛ mām̄illas ipſaꝝ lambentē ꝓditioſe occidunt. ſ ad hoc vt eius ſanguinem ꝑtingentes purpuram extrahant ab eodē. Sic vere hodie mulierū malicia nō ceſſat malicioſe ſuggerē ꝛ verbis fallacibus elephantes. i. homines ad ſe attrahere: ꝛ ad amorē ꝓprium inuitare ꝛ hoc nō vt ipſos in veritate diligat: ſed vt ſanguinem ſue temporalis ſubſtantie ab eis auferat ꝛ educat. Et hoc eſt qđ dicit Hugo loquens ſocio volenti nubere. Mulier inquit diligit vt decipiat. decipit vt accipiat. amat qđ habes: nec diligit qđ es. Iſta eſt ergo cauta ꝛ malicioſa mulier. Item dico ꝙ iſta eſt leuis ꝛ curriculoſa. Mala eñ mulier nō pōt cōſiſtere in vno loco pedib⁹ ſuis q: nunc foris nunc intus nunc in plateis nunc in angulꝭ domoꝝ inſidians. ſicut ad lr̃am dr̃ ꝓuer. vij. Itē dico ꝙ ipa eſt rebellis ꝛ ſeditioſa. q: ſicut inter phocas mulier ꝯ ꝓpriū maſculum ſuū pugnat ꝙ̃uis ipſe maſculus ipam cum impugnat̃ defendit vt dicit Plini⁹. Sic multe ſunt ita peruerſe mulieres ꝙ etiā viris ſuis in omnib⁹ cōtrariant̃: ꝛ per lites. iurgia. diſcordias ꝛ litigia paci ꝛ voluntati eoꝝ continue aduerſant̃. q: ſicut dicit̃ Eccli. xxv. Mulier ſi pmatū habeat contraria erit viro ſuo. Vide in li. phoꝝ de dictis eorum vbi conquerit̃ ſocrates de importabilitate ſue mulieris ꝛc. Et iō bene faciebat ille cui⁹ vxor in aquaꝫ fluminis ceciderat ꝛ ſubmerſa erat: q̄ querebat eam in ſuperiori ꝑte fluminis nō in inferiori dicens. ꝙ contra rōnem ꝛ cōtra illud qđ debebat ſemꝑ cōſueuerat facere. Et iō nō inferi⁹ ſed ſuperius contra curſum aque debuerat enataſſe. ꝛ breuiter de talib⁹ dicit̃ dictū ꝓuer. xxvij. Tecta iugiter diſtillantia in die frigoris ꝛ litigioſa mulieri comparant̃. Et Ecdeſia. xxvj. In muliere zelotipa flagellum lingue. Iſta eſt ergo rebellis ꝛ ſeditioſa. Item dico. ꝙ ipſa eſt compta atꝗ curioſa. Tales eñ totū intentū ſuū ponunt in corporis ornamentis. Cattus eñ in pellis pulcritudine gloriat̃. ita ꝙ ſilueſtris ꝛ vagus efficit̃ ꝛ etiam ꝓpter pellis pulcritudinem ſepe a pellipari\js capit̃ ꝛ necat̃. Equa etiā in iuba colli ſui ꝙ̃ plurimū gloriat̃. ꝛ ꝓpter ipſam ad libidinē excitat̃. ꝙ ſi ei abſciſa fuerit: libido ei⁹ minuit̃ ꝛ decreſcit. ſicut dicit Pli. Sic vere mulier in pulcritudine corporis: ꝛ in vanitate veſtium. ꝛ in multitudine iube. i. relucentiū capillorum ꝙ̃ plurimū gloriat̃ ꝛ in eis etiā delectat̃: ſt tñ cā ꝙ mulier curioſa vaga vanigloriofa ꝛ libidinoſa efficit̃: ꝓpter ꝙ ſepe fit ꝙ a luxurioſis capit̃: ꝛ ꝑ peccatum mortale ab eis ſpiritualiter occidit̃. Vñ dicit Hug. Que mulieres velāt qđ fedum eſt: monſtrant qđ pulcrū eſt. lingua ipſaꝝ ſonat caſtitatem ſed totus geſtus corporis voluptatē. Et ꝓculdubio talis diſſolutus ornatus ſignum eſt ꝙ in eis latet luxuria ꝛ libido interior. Sicut eñ circulus añ domum ſignuꝫ eſt ꝙ ibi eſt taberna. ſignum etiam ſuꝑ caput poſituꝫ equi ſignificat ꝙ equus eſt expoſitus ad vendēdum. Sic tales exteriores circuli. capillature ꝛ ornatus. ſunt in mulierib⁹ q̄dam ſigna ꝙ in eis eſt taberna luxurie ꝛ ꝙ expoſite ſunt ad vendendum. Iō bene docet apl's Petrus in canonica ſua prima. ca. iij. Mulierū inquit nō ſit extrinſecus capillatura. aut circundatio auri. aut indumenti veſtimentorū cultus. Etiaꝫ dicit̃ gallice. fame de bella cour eſt arboleſte a cour. Nam vt dicit Eccl's. ix. Propter ſpeciē mulieris multi perierunt. Et iō cōſulit̃ Eccle. ix. Auerte faciē tuā a muliere compta. Eſt igit̃ cōpta atꝗ curioſa. Itē dico ꝙ iſta eſt nocens et periculoſa. Et hoc ꝓculdubio. quia iſta ſolet

Attrahere. Et dico attrahere. Iſta eñ eſt ſicut la-

Decipere. pis qui dicit̃ laparea q̄ ad ſui conſpectuꝫ

Cōſumere. attrahit omnia animalia. Ita ꝙ eſt cauſa

Peruertere quare a venatorib⁹ capiuntur. Sic mulier

ꝓculdubio ad ſui amorem peccatores attrahit ꝛ ſic in manus venatorum infernalium eos tradit. Figurata in vxore ſanſonis q̄ amore eius contract⁹: fuit a philiſteis capt⁹ ꝛ excecatus. Quia ſicut dicit̃ Eccli. ix. Speciem mulieris multi admirati reprobi facti ſunt. Item iſta ſolet decipere ſicut ſupra viſum eſt. Item iſta ſolet conſumere: ſimilis auripigmento: qui eſt lapis pretendens colorem aureum Cuius virtus eſt attrahere: diſſoluere ꝛ corrodere. Om̄ia enim metalla ſolet corrodere ꝛ conſumere ꝓpter aurum. Sic vere mulier q̄ ꝓpt̃ pulcritudinē aurea poteſt dici: attrahit per ſuggeſtiones. diſſoluit per delectationes. corrodit per omniū virtutuꝫ extirpationes. Breuiter enim mulier omnia metalla. id eſt omnia genera pſonarum ſolet deſtruere: ꝛ omnibus etiam p̄ualere: niſi forte fuerint auruꝫ id eſt viri deuoti ꝛ perfecti a deo ſanctificati ꝛ electi. Exemplum habemus de Sanſone fortiſſimo. De dauid ſanctiſſimo. De Adam digniſſimo. De ſalomone ſapientiſſimo. qui omnes a mulieribus ſunt deſtructi. Ideo docet Hieronymus ſcribens ad Nepocianum. Hoſpicium inquaꝫ tuum mulieres nunꝙ̃ teneat. Omnes chriſti virgines aut equaliter diligas. i. equaliter ignores: nec de preterita caſtitate confidas. quia non es adam dignior. Dauid ſanctior fortior Sanſone: nec ſapientior Salomone. qui tamē omnes mulierum fallacijs perierunt. Item ſolet peruertere. Ego enim dico ꝙ ſicut Echites q̄ eſt lapis niger cum quo ꝑ incantatores flumina a curſu ſuo ꝓprio retrouertūt. Ty

gris etiã aſpiciendo ſpecula ab itinere ſuo diuertit̃ ⁊ a re-
cuperandis catulis impedit̃. Sic ꝓcerto chariſſimi: mala
nigra ⁊ infamis mulier ſepe eſt cauſa ꝙ flumina .i. viri pu-
riſſimi ⁊ ſanctiſſimi. tigrides .i. viri iuſtiſſimi ⁊ sereniſſimi a
via ⁊ curſu v̾tutum retrouertunt̃ ⁊ a bonis operibꝰ retar-
dant̃. Patet in p̄dictis exemplis. Vñ .iij. Regũ .xj. dicit̃. ꝙ
mulieres alienigene quas ſalomon adamauit auerterunt
cor eiꝰ a dño deo ſuo. Ptꝫ ḡ quõ mala mulier eſt ꝑiculoſa.
curioſa. litigioſa. curriculoſa. malicioſa. libidinoſa. glutino
ſa. garruloſa. proditioſa Et ideo mala mulier comparatur
multis malis rebus. quia .ſ. ipſa comparatur animalibꝰ lu
tuoſis. Et ſic nota ꝙ in ſcriptura mala mulier comparat̃

Sui ꝓpter feditatem luxurie.
Stercori ꝓpter vtilitatẽ infamie
Vrſo ꝓpt̃ inſatiabilitatẽ auaricie.
Vento ꝓpt̃ inſtabilitatẽ laſciuie
Scorpioni ꝓpt̃ fallacitatẽ malicie
Leoni ꝓpt̃ pompoſitatẽ ſuꝑbie
Draconi ꝓpt̃ crudelitatẽ neqcie
Laqueo ꝓpt̃ tenacitatẽ adherẽtie
Stillicidio ꝓpt̃ rixoſitatẽ diſcordie

Iſta ergo cõparat̃ ſui ꝓpter luxurie fedi-
tatem. qꝛ .ſ. ſus ẽ ani-
mal immundũ ⁊ luxu-
rioſum. Vñ ꝓuer. xj.
Circulus aureꝰ in na-
ribus ſuis: mulier pul
cra ⁊ fatua. Itẽ ſter-
cori ꝓpter infamie vi-
litatem. Stercus em̃ ſumme fetet: ſic tales ꝑ infamiã ſunt
fetentes. Eccli. ix. Mulier fornicaria quaſi ſtercus in via:
ab om̃ibꝰ cõculcabit̃ .i. ab om̃ibus diffamabit̃. Item vrſo
ꝓpter auaricie inſatiabilitatem. Vrſus em̃ vix eſt ita ſatia-
tus quin ſꝑ velit ampliꝰ comedere. Sic mulier q̃q̃ multa
recepit: ſꝑ vult amplius recipere. Eccli. xxv. Nequicia. id
eſt auaricia mulieris immutat faciem eius: obcecauit vul-
tum ſuũ tanq̃ vrſus ⁊ tanq̃ ſaccũ in medio ꝓximoꝝ. Itẽ
comparat̃ vento ꝓpter laſciuie ⁊ incõſtantie inſtabilitateꝫ
vñ ꝓuer. xxvij. loquens de mala muliere dicit. Qui tenet
eam quaſi q̇ ventum teneat. Item cõparat̃ ſcorpioni ꝓpt̃
venenoſitatem. Iſta em̃ more ſcorpionis in facie .i. in p̄nci
pio blandit̃. in cauda v̾o .i. in fine pungit ⁊ venenat. ⁊ neq̇
ciam operat̃. Vñ Eccli. xxvj. Mulierẽ nequã qui tenet q̇
q̇ apprehendit ſcorpionem. Item comparat̃ leoni ꝓpt̃ ſu-
ꝑbie pompoſitatẽ. Sicut em̃ leo hꝫ collũ immobile: ſic mu
lier mala collo erecto incedit ꝑ ſuꝑbiã ⁊ pompoſitatẽ. Vñ
de locuſtis que habebãt capillos ſicut mulieres dꝛ Apoc.
ix. ꝙ ipſe habebant dentes ſicut leones. Item comparat̃
draconi ꝓpter eloquentie flãmeitatem. Quia ſicut draco
naturaliter de ore ſuo ſpirat ignem: ſic mala mulier de ore
ſuo emittit v̾ba flammea ⁊ ad ardorem libidinis incendẽ-
tia. qꝛ ſicut dicit̃ Hiere. ix. Eloquiũ eius quaſi ignis exar-
deſcit. Vñ Eccli. xxv. dꝛ. Cõmorari leoni ⁊ draconi plꝰ pla
cebit q̃ habitare cum muliere nequam. Iteꝫ comparatur
laqueo ꝓpter inherentie ineuaſibilitatẽ. q̇ em̃ cum laqueo
mulieꝝ tenet̃ vix aut nunq̃ ampliꝰ deligat̃. Vñ Eccleſ. vij
Inueni mulierẽ morte amariorem. que laqueꝰ venatoruꝫ
eſt. Item compat̃ ſtillicidio ꝓpter diſcordie rixoſitatẽ. Vñ
ꝓuer. xxvij. Tecta iugiter perſtillãtia in die frigoris ⁊ mu-
lier comparant̃ ⁊c. Sufficit de Muliere.

## Multum. multitudo.

Nota ꝙ mul-
tiplicatio ſu-
mitur in bono ⁊ in malo. Vnde nota in bono ꝙ eſt multi-
tudo. ſcilicet.

Virtuoſa ⁊ cõmendabilis
Fructuoſa ⁊ delectabilis
Glorioſa ⁊ honorabilis
Gaudioſa ⁊ cõſolabilis

Dico primo ꝙ eſt multitudo
commendabilis ⁊ virtuoſa. et
iſta eſt multitudo hominum
perfectorum: qui ſunt in ec-
cleſia ſancta dei. Sicut em̃ vi
demus ꝙ in mari ſunt multi piſces natantes. in terra ſunt
multe herbe virentes. in celo v̾o ſunt multe ſtelle fulgẽtes
⁊ relucentes. Sic ꝓcerto in eccl̃ia multi ſunt hoĩes q̇ i ma
ri ⁊ in ſtatu religionis natant more piſciũ ꝑ deuotionẽ. qui
in terra .i. in ſtatu ſeculariũ laycoꝝ florent ⁊ virent ꝑ hone
ſtam cõuerſationẽ. multi etiã q̇ in celo .i. in ſtatu p̄latoruꝫ
ſplendent ⁊ rutilant ꝑ doctrinã ⁊ exemplarem operatio-
nẽ. Et breuiter hodie videt̃ impletũ illud qđ dꝛ Mat. viij
Multi veniunt ab oriente ⁊ occidente vt recumbant cum
abraam yſaac ⁊ iacob. Vñ Math. xiij. de xp̄o dicit̃. ꝙ tur
be multe congregate ſunt ad eum. Iſtud etiam pertinet
ad eccleſiam in quam confluit multitudo gentium ⁊ ſecta
rũ. qꝛ ſicut diues replet theſauruꝫ ſuũ multis pecunijs. ſic
deus eccleſiam ſuam multis ꝑſonis. Et ſic ad eccleſiaꝫ re-
fert̃ illud Eſa. lx. Tunc videbis ⁊ affluces ⁊c. qñ cõuerſa fu
erit ad te multitudo maris ⁊c. Iſta eſt ergo multitudo cõ
mendabilis ⁊ virtuoſa. Scđo dico. ꝙ eſt q̇dam multitu
do delectabilis ⁊ fructuoſa. ⁊ iſta eſt multitudo gratiarũ ⁊
virtutum. que .ſ. quanto amplior tanto ẽ melior. Arbores
em̃ que ramoꝝ pulcritudine ſpoliant̃. fructuum multitu-
dine fecundant̃. Sic ꝓculdubio illis q̇bus deꝰ ramos ho
noꝝ tempalium ſubtrahit: maiorẽ virtutum multitudinẽ
concedit. Math. ix. Meſſis q̇dem multa. Et tales ſic fru-
ctuoſi figurant̃ in regina ſaba. De qua dꝛ .iij. Reg. x. ꝙ ipa
dedit regi ſalomoni aurũ ⁊ argentum ⁊ aromata multa ni
mis. Quia .ſ. boni offerunt regi deo aurum ſapientie. argẽ
tum eloquentie ⁊ aromata virtutum ⁊ famoſe reddolentie
Iſta eſt ergo multitudo valde vtilis ⁊ fructuoſa. Tercio
dico ꝙ eſt ml̃titudo valde nobilis ⁊ gratioſa. Et iſta ẽ mul
titudo ſanctoꝝ ⁊ angeloꝝ qua ml̃titudine deꝰ eſt cõtinue
circumſeptꝰ. Iõ dꝛ Dañ. vij. ꝙ milia miliũ miniſtrabãt ei
Vñ etiã Num̃. xvj. dicit̃. Sufficiat vobis: qm̃ oĩs ml̃titu-
do ſctõꝝ eſt. Quarto dico ꝙ ẽ ml̃titudo delectabil' ⁊ gau
dioſa. Et iſta ẽ ml̃titudo honoꝝ p̄adiſi Ibi ei ẽ .ſ. ml̃titudo

Delectationum.
Habitationum.
Premiationum.

Dico delectationũ: qꝛ .ſ. ſicut dici-
tur Eccli. lj. Modicum laboraui et
inueni mihi multam requiem. Dico
etiam habitationum. qꝛ ſicut dicit̃ Ioh. xiiij. In domo pa
tris mei manſiones multe ſunt. Dico inſuper premiatio-
num ſeu retributionũ. p̃s. In cuſtodiendis illis retributio
multa. Et Luce. vj. Merces veſtra multa eſt in celis. Et
hec de Multo in bono dicta ſufficiant. Sed vide infra de
Plus ⁊ Pluries. Sed adhuc dico. ꝙ multum poteſt ac
cipi in malo. Et ſic eſt notãdum: ꝙ inuenitur Multitudo

Peccatorum.
Viciorum
Tormentoꝝ.
Damnatoruꝫ

Eſt dico multitudo peccatoꝝ: qꝛ ſicut
multe ſunt arbores ſteriles magis q̃
fructifere: ſic multi ſunt homines vici
oſi magis q̃ virtuoſi. Multa ſunt em̃
genera ſerpentum genere ⁊ ſpecie differentiũ. ſed quot co
lores tot ſunt dolores: quot venena tot tormenta. Sic ve-
re in mundo multorum genera ſunt maloꝝ: quoꝝ quan-
ta eſt differentia: tanta eſt malicia peſtilentia et nequicia.
Sicut dicitur Math. vij. Lata eſt via que ducit ad mor-
tem. ⁊ multi ingrediuntur per eam. Serpens enim mul-
tos generat filios. quia .ſ. quandoqꝫ .xx. ſꝫm Pliniuꝫ ⁊ So
linum. Ouis v̾o que eſt animal vtile valde paucos. quia
ſcꝫ vnum ſolum: vel ad plus duos. Sic vere ſerpens dya
bolus in hoc mundo multos filios ⁊ ſubditos. id eſt mul-
tos peccatores produxit cum ipſe ſit rex ſuper omnes fili-
os ſuperbie. Ouis v̾o. id eſt Chriſtus habet in iſto ſeculo
valde paucos. Vnde Eſaie. liiij. Multi filij deſerti magis
q̃ eius que habet virum. Et ideo procerto hodie accidit
in mundo ſicut ſꝫm Plinium dicitur. Qꝛ inter apes quan-
do exercitus apum qui eſt cum vno rege. inuenit alium re
gem qui plures in exercitu ſuo habet q̃ ſuus rex. dimittũt
regem ſuum ⁊ ſequuntur alienum qui maiorem apũ mul-
titudinem videtur obtinere. Sic vere chariſſimi hodie ac-
cidit: ꝙ cum in hoc mundo ſint duo reges. ſcilicet. Chri-
ſtus et dyabolus. Chriſtus v̾o paucos habet. dyabolꝰ au-
tem multos. ſepe fit hodie ꝙ homines ſequuntur qui plu
res habet diſcipulos non qui paucos. Quod etiam in ſco
lis ⁊ generalibus ſtudijs accidit. quia illi doctori vel bac-
calario qui multos habet ſcholares alij faciliter adherent
et ipſum credunt meliorem. Vnde narratur de quodam
rege pagano conſentienti baptizari. qui cum videret aquã
paratam petijt a ſancto qui baptizare euꝫ debebat. Quis
inquit eſt dominus plurium perſonarum. deus in paradi
ſo vel dyabolus in inferno? Reſpondit ſanctus. ꝙ multo
plures ſequebantur dyabolum q̃ Chriſtum. Et ꝙ multo
plures homines erant in inferno damnati q̃ in paradiſo
ſaluati. Rex autem audiens illa dixit. Et ego inquit volo
eſſe cum illo qui plures habet: et retraxit pedem ab aqua
baptiſmi: ⁊ Chriſto contempto in infidelitate permanſit.
Et ſic breuiter videtur verificatum illud Iohannis. vj. Di
ſcipuli multi abierunt retro: ⁊ iam cum illo non ambula-
bant. Inuenitur ergo multitudo peccatorum hominum.

Deinde dico. ꝙ inuenitur multitudo grauium vicio-
rum. Sicut enim arbor multo plura habet folia q̃ fructꝰ.

Sic vt cõiter homo multo plura habet vicia ꝙ̃ virtutes. Sicut eñ ſilueſtres plus abundant in fructibꝰ ſuis malis ꝙ̃ domeſtice in fructibꝰ ſuis bonis. Sic mali plꝰ abundãt in ſuis malis opibꝰ ꝙ̃ boni in ſuis virtutibꝰ. Vñ Hiere.lj. Aſcendit ſup babylonem mare ⁊ multitudine fluctuũ eiꝰ operta eſt. Deniq̃ dico. ꝙ inuenit̃ multitudo grauiũ tormentoꝝ. Multis ei criminibꝰ corrñdent mlta tormẽta. vñ Geñ.iij. Mltiplicabo erumnas tuas. Inſup dico ꝙ inuenit̃ mltitudo hoim damnatoꝝ: q2 ꝓculdubio in inferno ſt

Poſſeſſores diuitiaꝝ.
Sectatores ſeuiciaꝝ
Vorato res deliciarũ

Dico ꝙ ibi ſt diuitiaꝝ poſſeſſores. q2 ſicut dicit̃ Eccli. viij. Multos pdidit aurũ ⁊ argentum. Item ibi ſunt ſeuiciarũ improbi ſectatores. vñ Eccl. xj. Multi potentes oppreſſi ſunt valde. Item ibi ſunt deliciaꝝ guloſi voratores. Vñ Eccli. xxxj. Amaritudo anime vinum multũ ⁊c.

## Multiplicare.

Cum multiplicare accipiatur pro Creſcere ſeu pro augmentari: de quibus ſuperius ſatis dictum eſt. tamen dico ꝙ eſt multiplicatio multiplex: videlicet. Multiplicatio

Meritorum.
Gaudiorum.
Perfectorum
Viciorum.
Tormentoꝝ.
Proſperorū
Aſperorum.
Peccatorum

Dico multiplicatio meritoꝝ. q2. ſ. modicũ ſemen in terra bona poſitũ ſic mltiplicat̃ ꝙ efficit̃ ſeges multa. ſic in corde viri iuſti ſemen gratie multiplicatur Vñ deꝰ dicit Hiere. xxxiij. Multiplicabo ſemen dauid ſerui mei. pš. Multiplicabis in anima mea ꝟtutem. Itẽ eſt multiplicatio gaudioꝝ: ⁊ iſta eſt in paradiſo: vbi ꝙ̃tum ad p̃mia accidentalia cõtinue multiplicant̃ gaudia ſanctoꝝ. pš. Multiplicaſti miam tuã deꝰ. Itẽ eſt multiplicatio pfectoꝝ. Apes ei multiplicant̃ in tpe pluuioſo: gramen ꝟo multiplicat̃ tunc qñ p̃mo fortiter cõculcat̃. Sic vere boni ⁊ ſancti fuerunt tunc in eccl'ia multiplicati. qñ pluuia diuine gratie fuerunt irrigati. ⁊ qñ p tribulatiões fuerunt a tyrannis crudelibꝰ cõculcati. Vñ de filijs iſrl' dr̃ Exo. j. ꝙ quanto magis opprimebãt eos egyptij. tãto magis multiplicabant̃. Circa qd̃ nota ꝙ in eccl'ia debẽt multiplicari tria genera pſonarum. videlꝫ. illi qui habent

Rectitudinem intentiõis.
Altitudinem affectionis
Longitudinem durationis.

Primi ſunt iuſte meditantes. q2. ſ. ſunt recti. De quibus in pš. dicit̃. Iuſtus vt palma florebit. ſicut cedrus libani multiplicabit̃. Secũdi ſunt alte contemplantes. De q̇bus Deut̃. x. dicit̃. Multiplicauit te deus ſicut aſtra celi. Et Nee. ix. dr̃. ꝙ filij iſrahel multiplicati ſunt ſicut aſtra celi. Tercij ſunt diu pſeuerantes. Et de hoc dicit̃ Iob. xxix. Sicut palma multiplicabo dies. Talibꝰ aũt dr̃ Geñ. j. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. Cauſa ꝟo multitudinis fideliũ fuit occiſio et mors martyrũ. Sicut eñ ꝓpago qñ ſub terra ponit̃ ficuũ multitudinem inducit. Sicut etiã amphibena ſerpens qñ auferebat̃ ei vnũ caput duo loco ipſiꝰ naſcebant̃. ſicut dicit Iſido. Sic vere antiquitus qñ plures occidebãt ſctõs tanto plures currebant. Exo. j. Quaſi germinantes multiplicati ſunt filij iſrael. Iſta eſt ergo multiplicatio pfectoꝝ Item eſt multiplicatio viciorum. Hiere. v. Multiplicate ſunt iniquitates: al's p̃uaricatões eoꝝ. Item eſt multiplicatio tormentoꝝ. pš. Multiplicata eſt in eis ruina. Itẽ eſt multiplicatio ꝓſperoꝝ. Vñ Ezec. xxxvj. Vocabo frumentũ ⁊ multiplicabo illud. Item eſt multiplicatio aduerſorũ ſeu aſperoꝝ. De quibꝰ dicit̃ Geñ. iij. Multiplicabo erumnas tuas. Et in pš. Multiplicate ſunt infirmitates eorum ⁊c. Item eſt multiplicatio hominũ iniquorum. pš. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderũt me gratis ⁊c. Sufficit.

## Mundare. mundus. mundicia.

Cũ mundicia denotat mihi quatuor ſpẽs ꝟtutũ videlꝫ

Innocentiam mentalem.
Continentiam carnalem.
Penitentiam virtualem
Apparẽtiã ſeu conuerſationẽ moralẽ.

Et qm̃ multa ſupra dicta ſunt ⁊ inferius etiaꝫ dicent̃. Hic eſt ꝙ breuit̃ aliq̇d ẽ dd̃m vicꝫ de

Mundicia virtuoſa.
Mundicia precioſa.
Mundicia fructuoſa
Mundicia gratioſa.

Notandũ eſt ergo ꝙ eſt mundicia virtuoſa. ⁊ iſta eſt mundicia cõſciẽtie ſeu innocentie. q. ſ. intus in corde p̃ncipal'r repit̃. de qua Eſa. j. Lauamini: mundi eſtote. auferte malũ cogitationũ vr̃aꝝ ⁊c. Scd̃a eſt mundicia cõtinentie. de q̃ Thobie iij. Mundã ſeruaui aiam meã ab oi ꝯcupia. Tercia ẽ mũdicia pñie. q2. ſ. pñia cum aqua cõpunctiõis ⁊ cũ fricatura ſatiſfactionis purificat atq̃ mundat animã. De iſta mundicia dr̃. j. Macb. xiij. Mundauit edes in q̇bus fuerãt ſimulachra. Quarta ꝟo mundicia eſt honeſte apparentie. ⁊ de hac Exo. xxv. vbi dr̃ ſiue ꝓcipit̃. Or fiet archa de lignis ſethim. ⁊ ꝙ deauret̃ de auro mũdiſſimo intꝰ et foris. Quocunq̃ ergo mõ accipiat̃ mundicia: dico breuiter ꝙ nos debemꝰ ſpũaliter eſſe mundi ⁊ ab oĩ immundicia pcti liberi atq̃ puri. Sicut eñ miniſtri dñoꝝ ſuoꝝ: ⁊ maxime illi q̇ in cõſpectu eoꝝ aſſiſtunt ſolent curare ſumme vt mũdi appareant corã ip̃is. Vaſa etiã in q̇bus p̃cioſi liquores reponent̃ ab oĩ prius ſorde diligent̃ mundant̃. Sic vere kmĩ cũ nos xp̃iani ⁊ maxime eccleſiaſtici ſimꝰ miniſtri regis xp̃i ⁊ in cõſpectu eiꝰ cõtinue aſſiſtamꝰ: ſimꝰ etiã vaſa in q̇bus p̃cioſus liquor diuine gr̃e eſt reponendꝰ. dico ꝙ nos ſpãliter ⁊ ſpũaliter debemꝰ eſſe mundi: ⁊ ab oĩ ſorde pcti diligenter ⁊ efficacit̃ expiati. vt ⁊ de nobis exponat̃ illd̃ ſiue intelligat̃ Nee. xij. Mũdati ſt ſacerdotes ⁊ leuite: ⁊ mũdauerunt pplm. ⁊ portas ⁊ murũ. In q̇bꝰ ꝟbis oñdit̃ ꝙ tria genera ſt p̃ncipal'r mũdanda: ad h̃ ꝙ nos q̇ ſumꝰ ſacerdotes ⁊ leuite poſſumꝰ ſpũalit̃ eſſe mundi. Mũdari ḡ debent

Cordiũ voluntates.
Senſuum vanitates
Carniũ voluptates.

Primo igit̃ dico ꝙ mundemꝰ ⁊ purgemꝰ cordiales affectões Et iſte notant̃ p pplm. Senſuales affectões. Et iſte deſignant̃ p portas. Corpales infectiones ⁊ iſte ſignant̃ p murũ. Dico ḡ ꝙ mundãde ſt cordiũ affectiones. Mundauerũt inquit pplm. Pplus eñ ſignat turbã affectionũ deſiderioꝝ ⁊ cogitationũ cordis. q̇ ꝓcerto ab oĩ ſorde pcti debent mundari. ⁊ a cunctis vicijs expiari. Mundꝰ eñ rex mundũ vult habere pplm. Mundꝰ dñs vult habere mundã domũ. Mundꝰ hõ vult hr̃e mundũ lectũ. Sic vere cũ xp̃s mundꝰ rex: mundꝰ dñs: mundꝰ hõ in cordibus humanis ⁊ in eoꝝ cogitationibꝰ ⁊ affectionibus ſibi elegerit. ſ. Lectum ad quieſcẽdũ. Domũ ad habitandũ. Populũ ad imperandũ. ſumme neceſſe eſt ꝙ iſta omnia ſpũaliter ſint valde munda: ⁊ ab oĩ ſorde pcti penitus aliena. Vñ Iac. iiij. Emundate manꝰ a peccato: purificate corda duplices animo. Populũ ḡ mundauerunt. Vñ de xp̃o dr̃ ad Tytum. ij. Or ip̃e paſſus fuit vt nos redimeret: ⁊ vt mundaret ſibi pplm acceptabilẽ ⁊ placentem deo. Et vere chariſſimi ppl's cordis eſt bene mundandus. q2. ſ. mundanda eſt Voluntas a vicio carnis ⁊ cõcupiſcentie. Intellectꝰ a vicio erroris ⁊ ignorantie. Memoria ꝟo a vicio ingratitudinis ⁊ inſipientie. Ei ſic vbi cordis populꝰ. domꝰ ⁊ lectꝰ fiunt bñ mundi. Ibi dñs libent̃ habitabit. Ibi frequenter dñs accubabit. Ibi etiã dñs impabit. Mundent̃ ḡ cordiũ affectiones ⁊ deſideria: q2 ſicut dicit̃ Math. v. Beati mundo corde qm̃ ip̃i deũ videbũt. Apes eñ mirabiliter diligũt munda vaſa. ibiq̃ libent̃ mellificãt ⁊ domũ ſextilẽ. i. ꝯſciam q̃ habeat ſex ꝟtuales angulos ſibi parant. Anguli ei iſtiꝰ domꝰ mundi dñt eẽ ſex ꝟtutes. vicꝫ

Rectitudo.
Sanctitudo.
Fortitudo.
Claritudo.
Altitudo
Latitudo.

Domus eñ cordis debet eſſe recta p mẽtis equitatẽ. Sancta p mentis puritatem Fortis p mentis firmitatẽ. Clara p mentis ſagacitatẽ. Alta p mentis ſublimitatẽ Lata p mentis charitatem. Cor eñ rectum debet eſſe munda domꝰ. Quia ſicut dicit Pliniꝰ. Apes valde ſunt animalia mũda. ⁊ iõ in domibus ſuis nullã penitus immundiciã dimittunt ſed eaꝫ eijciunt ⁊ expellunt. Sic vere de cordibꝰ peccatoꝝ debemꝰ expellere immundiciam. vt ibi poſſimꝰ ſpũalem mundiciam cuſtodire. Iuxta illud. ij. Paral'. xxix. Mũdate domũ dñi dei patrũ vr̃oꝝ. Mundande ḡ ſunt cordium affectiones. Scd̃o dico ꝙ munde eſſe debent ſenſuum cõditiones. q2. ſ. viſus debet eſſe mundꝰ ab infectione viſibiliũ. tactus a delectatiõe tangibiliũ. guſtus a ſuauitate guſtabilium auditꝰ a deturpatõe ſcurriliũ. olfactꝰ a delectatõe odorabiliũ ⁊c. q2 breuiter debemꝰ ſenſus noſtros ita mundos a pollutione ſeruare. ꝙ nihil ſenſibile poſſit ipſos p peccatũ corrumpe vel fedare. Et hoc oñdit̃ cũ dr̃. Or ip̃i mũ-

dauerunt portas. Porte ei anime ſunt ipſi corꝑis ſenſus Quia cũ omnis cogitatio ⁊ nr̃a cognitio incipiat a ſenſu. nihil intrat aiam niſi ꝑ portas ſenſuum corꝑaliũ. Sicut ẜ pſumit domꝰ eſſe immunda cuiꝰ porte ⁊ introitus ſũt immundi. Sic anima immunda merito pſumit cuiꝰ porte. i. ſenſus ꝑ pctoꝝ immundicias maculant. Sicut etiã valẽs hõ nõ libenter intrat domũ cuiꝰ porte varijs ſordibꝰ ſũt fedate. ſic nec deꝰ cõſciam cuiꝰ ſenſus exteriorıbꝰ vicioꝝ ſordibus ſunt corrupti. Munde ẜ ſint porte noſtre. Iuxta illď Apoc. xxj. Singule porte erant ex ſingulis margaritis. et platee ciuitatis aurũ mundũ. Tũc em̃ hõ efficit ſpũaliter aurũ mundũ. qñ ſenſus ipſius ſũt margarite. i. honeſti. modeſti: puri: candidi atqꝫ mundi. Mundari ẜ debẽt ſenſuũ cõditiões. Tercio dico ꝙ mundare ⁊ purgare debemꝰ carniũ infectiones. Et iſte denotant ꝑ murũ. Murũ inq̃t mundauerũt. Murus em̃ q̃ fit de luto ⁊ lapidibꝰ: ⁊ infra cuiꝰ ambitũ ciuitas eſt contenta. ſignat corpꝰ qď ex luto. i. ex carne ⁊ ex lapidibus. i. ex oſſibus eſt cõfectũ. ⁊ infra cuius ambitũ ciuitas. i. anima eſt incluſa. Iſte ẜ murus carnis noſtre dꝫ munde ſeruari ꝑ caſtitatẽ. ⁊ ab oi inq̃namento debite cuſtodiri. vñ Thob. xiij. Circuitꝰ muroꝝ eius ex lapide candido ⁊ mundo. Et bñ dicit muroꝝ in pl̃i. qꝛ. ſ. ciuitas anime hꝫ murũ corꝑis. hꝫ murũ manuũ. hꝫ murum veſtimentoꝝ tanq̃ magis ꝓpriũ ⁊ ꝓpinquũ. hꝫ etiam murũ bonoꝝ tꝑalium tanq̃ magis extraneũ ⁊ remotũ. In oibus ergo muris iſtis dꝫ eſſe mundicia. qꝛ. ſ. in muro corporis debet eſſe mundicia caſtitatis. De q̃ Heb. x. Abluti corpus aqua munda. Et. ij. Coꝝ. vij. Mundemꝰ nos ab om̃i inquinamento carnis. Item in muro manuũ dꝫ eſſe mundicia bonitatis ſeu ſanctitatis. qꝛ. ſ. manꝰ nr̃e debent habere oꝑa munda ⁊ ſancta. Vñ Iob. xvij. Tenebit iuſtꝰ viaꝫ ſuam ⁊ mundis manibꝰ addet fortitudinẽ. In muro veſtimentoꝝ dꝫ eſſe mundicia honeſtatis Unde Apo. xv. dꝛ ꝙ ipſi ãgeli erãt veſtiti lapide mũdo ⁊ candido. In muro vͦo bonoꝝ tꝑaliũ dꝫ eẽ mundicia elẏne ⁊ largitatꝭ. Iuxta illď Luc. xj. Date elẏnam et ecce oia munda ſũt vobis. Et ſic ergo ptꝫ quõ in nobis debẽt eſſe oia munda ⁊ interiora ⁊ exteriora: vt ſic de nobis vl̃ de q̃libet viro ꝑfecto poſſit exponi illud Apoc. xxj. Ipa vͦo ciuitas erat auꝝ mundũ ſiĺe vitro mundo. Ubi aduerte ꝙ tria faciũt ſpũalit hoiem mundum. videlꝫ. Quando

Vallatur per ſedulitatẽ
Purgatur per aduerſitatẽ.
Rigatur per flebilitatẽ

Iſta em̃ tria mundificãt hominem a peccato. ſ. ſedulitas q̃ vallatur. qď oſtenditur cum dicitur. Ciuitas. qꝛ ſic ciuitas claudi debet ne ab hoſtibꝰ capiatur. Sic hõ debet claudi ne a ſpiritualibꝰ hoſtibꝰ poſſit ꝑ immundiciam maculari. Itẽ hominem mundat aſperitas ſeu aduerſitas q̃ purgatur. quod oſtenditur cũ dꝛ Aurũ. qꝛ ſicut aurũ in igne ꝓbatur ⁊ purificatur: ſic homo ꝑ ignẽ tribulatiõis a vicijs abſtrahitur ⁊ pſeruatur. Item hoiem mundat flebilitas qua rigatur qď oſtenditur cũ dicitur. Vitrũ. qꝛ. ſ. ſicut vitrũ efficitur mundũ ꝑ loturã aquaꝝ ſic homo ꝑ lauacrũ lachrymarum. Iuxta illud pſ. Aſperges me dñe yſopo ⁊ mundabor: lauabis me ⁊ ſuꝑ niuem dealbabor. Ptꝫ ergo ꝙ eſt mundicia cordialis: ſenſualis ⁊ corporalis. Sꝫ adhuc dico ꝙ. ſ. poſſumꝰ notare ꝙ homo ſpũaliter mundatur. ſ. Sicut area ꝑ ſpiraculũ diuine inſpirationis. Sicut veſtis ꝑ loturã lachrymarũ ⁊ cõfeſſionis. Sicut vas eneũ ꝑ fricaturã penitentie ⁊ afflictionis. Sicut a demone obſeſſus ꝑ virtute ſancte ⁊ meritorie oratõnis. Sicut leproſus ꝑ myſteriũ ſpiritualis curatõis Dico ergo ꝙ peccatorẽ mundat diuine gratie inſpiratio. Vñ pſ. Cor mundũ crea in me deꝰ ⁊ ſpi. re. inno. in viſce. meis. Sola em̃ inſpiratio diuine gratie facit hoiem purũ ⁊ mundum. ſicut ille dicebat Luc. v. Dñe ſi vis potes me mũdare. Itẽ pctõrem mundat baptiſmi vl̃ lachrymoſe cõfeſſionis irrigatio. Vñ Eſa. j. Lauamini mundi eſtote. Figura de Naaman leproſo q̃ lauit ſe ſepties in iordane. ⁊ reſtituta eſt caro eius ſicut pueri ⁊ mundatꝰ eſt. Iõ dictũ fuit ei Vade lauare ſepties ⁊c. ſicut. iiij. Reg. v. dꝛ. ⁊ recipiet ſanitatẽ caro tua atqꝫ mundaberis. Et ſequitur. Et poſt loturã hmõi reſtituta eſt caro eiꝰ ſicut caro pueri ⁊ mundatꝰ eſt. Itẽ pctõrem mundat penitentie ⁊ afflictionis caſtigatio. Et de hoc dicitur Mat. xij. vbi dꝛ. ꝙ dyabolꝰ inuenit domũ ſuã ſcopis mundatam ⁊ ornatã. qꝛ. ſ. pctõr q̃ fuerat domꝰ dyaboli. ꝑ ſcopã afflictionis ⁊ pñie mundificatur: ſtringitur et purgatur. Item peccatorẽ mundat meritorie orõnis ſupplicatio. ſicut Leui. xij. dꝛ de muliere ſanguine fluente. Et ſacerdos rogabit ꝓ ipſa ⁊ mundabitur. Itẽ peccatorẽ mũdat remedioꝝ eccl̃ie oꝑatio: Et ſic ꝓcerto põt mundari peccator ſicut leproſus. Leproſus em̃ ſicut dꝛ Leuit. xiij. Qñ ex toto debuit mundari multa requirebantur. vicꝫ. ſanguis. aq̃ viua. vas fictile. cedrus. yſopus. coccus. lotura corꝑis. raſio capilloꝝ. Sic vere ad hoc ꝙ homo peccator purificetur ⁊ mundetur: neceſſe eſt ꝙ habeat ſanguinẽ. i. memoriã ſanguinis xp̃i ⁊ paſſionis. Quia ſicut dꝛ Hebreo. ix. Oia fere in ſanguine mundantur. Item aquã riualem. i. redundantiam lachrymaꝝ ⁊ cõpunctiõis. Eze. xvj. Laui te aqua ⁊ mũdaui ſanguinẽ tuũ ex te. Itẽ vas fictile. i. memoria ſue fictilis ⁊ fragilis cõditiõis. Vñ Heb. ix. dꝛ. ꝙ cinis vitule aſperſus ſanctificat ad emundationẽ carnis. Item cedrũ alte ⁊ eleuate cõtemplatiõis. Vñ Ezec. xxxvj. loquens montibꝰ. dicit. Effundã ſuꝑ vos aquã mundã ⁊ mundabimini. Itẽ yſopũ humilis ⁊ baſſe affectiõis. Vñ in pſ. dicitur. Aſperges me dñe yſopo ⁊ mundabor. Item coccũ q̃ eſt pannus ardens ⁊ rubeus. i. ardorem charitatis ⁊ dilectionis. Unde Eph. v. Xp̃s dilexit eccl̃iam mundans eaꝫ. Itẽ loturã corporis. i. mundationẽ pñie ⁊ cõfeſſionis. Vñ Leui. xiij. Lauabit ea q̃ pura ſunt ſecundo ⁊ munda erũt. Secũdo dicit qꝛ pͥmo dꝫ homo lauari ꝑ cõpunctionẽ. ſecundo ꝑ cõfeſſionẽ. Itẽ finaliter dꝫ hr̃e raſurã capilloꝝ. i. abſterſionẽ om̃is ſuꝑflue ⁊ inutilis affectionis ⁊ exterioris veteris cõuerſatiõis. Vñ Leuit. xiij. dꝛ. De cuiꝰ capite capilli fluunt caluꝰ ⁊ mundꝰ eſt. Et ibidẽ. A cuiꝰ fronte ceciderint capilli recaluaſter ⁊ mundꝰ eſt. Sic ẜ ptꝫ quõ peccator diuerſimode põt effici mundꝰ. Si aũt vis notare potes ꝙ apud deum ſunt munda quatuor genera pſonarum. ſ. illi qui ſunt

Secretoꝝ obſeruatores.
Egenoꝝ benefactores
Delinquentiũ miſeratores
Ignorantiũ inſtructores

Primi figurantur in archa qꝛ ſicut dꝛ Exo. xxv. Erat de aurata intus ⁊ foris de auro mundiſſimo. Scdi figurantur in menſa ꝓpoſitiõis. Exo. xxxvij. Erat circũdata auro mundiſſimo. Tercij figurantur in ꝓpiciatorio. qꝛ ſicut dicitur Exo. xxv. Ex auro mundiſſimo erat factũ. Quarti vͦo figurantur in candelabro. qꝛ ſicut dꝛ ibidẽ Exo. xxv. Ex auro mũdiſſimo factũ erat. qꝛ. ſ. illi q̃ ſunt archa ſecreta cuſtodiendo: menſa paupes nutriendo: ꝓpiciatoriũ miſeris ſubueniendo ⁊ indulgendo. candelabrũ ignorantes docendo. illuminati ſunt apud deũ atqꝫ mundi ⁊c. Vide de Lauare atqꝫ purgare. de Caſtitate. de Corde. de Conſcientia ⁊ Innocentia ⁊c. ſicut in alijs plibus locis precedentibꝰ.

**Mundus.** Cum de mũdo ⁊ imundicia multa i ſuis titulis iam ſint dicta iudico iam fore tranſeundum.

**Mundus ſubſtãtiue.** Nota breuiter ꝙ mundꝰ accipitur ꝓ vniuerſitate creaturarum ſicut dicitur Eccl̃ia. xliij. Species celi gloria ſtellarum mundum illuminans in excelſis dominus. Item accipitur pro ſtatu preſentium miſeriarum: ⁊ de hoc. j. Thimot. vj. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium. quia nec auferre quid poſſumꝰ. Item accipitur pro cõmunitate omniũ malarum pſonaruꝫ Et ſic accipitur vt in pluribꝰ locis in ſcriptura: videlicet. j Iohannis. ij. Nolite diligere mundum neqꝫ ea que in mũdo ſunt. Et notandum ꝙ iſte mundus nõ debet diligi ſed magis refugi ⁊ contemni multiplici rõne. vicꝫ. qꝛ eſt Locꝰ

Nociuus ⁊ ꝑiculoſus.
Obſcurus ⁊ nebuloſus.
Infectus ⁊ pernicioſus
Turbatus ⁊ laborioſus.
Fallens ⁊ deceptuoſus.
Labens ⁊ defectuoſus

Primo dico munduꝫ eſſe nociuũ ⁊ ꝑiculoſum Eſt enim ſicut nemꝰ vbi animalia domeſtica ſemper ſũt in periculo. vel vt a venatoribꝰ capiantur: vl̃ a beſtijs crudelibus deuorentur. Eſt etiã ſicut mare vbi minores piſces ſunt eſca maiorum. ⁊ vbi vix euadent rhetia ſeu ſportulas piſcatoꝝ. Nam ſicut in mari cancri ſentientes lac ⁊ carnes aſſas. libenter rhetia piſcatoꝝ ingrediuntur vbi capiuntur vt finaliter comedantur. Sic vere mundus eſt perihuloſus. qꝛ non ſolum ibi ſunt beſtie crudeles. id ẽ peruerſi homines et raptores: quinimmo etiam ibi ſunt

occulti venatores ⁊ piſcatores. ſcilicet ipſi demones: qui nō ceſſant. cancris.i.peccatoribꝰ retrogradis:lac ⁊ carnes id eſt mundi delicias porrigere ⁊ oſtendere vt in rhetibus ſuaꝝ tentationum ipſos poſſint ꝑ malos conſenſus ⁊ deſideria irretire:⁊ in inferno finaliter deuorare. Ipſum ergo debemꝰ contemnere tanq̄ nociuum ⁊ ꝑiculoſum. Naꝫ vt dicit Augꝰ.ad dyoſcorum. Periculoſior eſt mundꝰ blandus q̄ moleſtus ⁊ plus cauendꝰ eſt cū allicit vt diligat̄ q̄ cum cogit vt contemnat̄. Scd̄o ip̄m debemꝰ contemnere tanq̄ obſcurum ⁊ nebuloſum. Sicut em̄ in mari ⁊ in locis paludinoſis ſolent abundare nebule ⁊ vapores:⁊ per conſequens maior obſcuritas ibi eſſe. ſic in mari huiꝰ mundi: abundant vicia ⁊ errores:⁊ ideo ibi tanta eſt obſcuritas ignorantie:⁊ tanta ingratitudinis caliginoſitas q̄ deꝰ quaſi a peccatoribꝰ oblitꝰ nō cognoſcit̄. omnis veritas ignorat̄: ⁊ dei bn̄ficia quaſi a nemine cogitant̄. Sicut em̄ dr̄ Joh.j. Deus in mundo erat:⁊ mundꝰ ꝑ ip̄m factus eſt:⁊ mundꝰ eum non cognouit. Quia ſicut dicit̄ Johis .xiiij. Spiritū veritatis quē mundꝰ nō poteſt accipere ⁊c. Tercio dico q̄ ip̄m debemꝰ contemnere tanq̄ infectū ⁊ ꝑniciosum. Sicut em̄ aliqua loca ſunt ꝑniciosa ⁊ humani cōplexioni contraria ꝓpter mala accidentia que ſunt ibi:vicꝫ. Aliqua ꝓpter terre motū ſicut ſicilia. Aliqua ꝓpter ignē cōtinue ſpirantē. ſicut eloya. Aliqua ꝓpter ventum flantem ſicut prouincia. Aliqua ꝓpter calorem vrentem ſicut ethiopia. Aliqua ꝓpter algorem ſtringentem ſicut liuonia. Aliqua ꝓpter copiam animaliū venenoſoꝝ inhabitantē. ſicut eſt egyptꝰ ⁊ ſuꝑior lybia ⁊ iordanis. Sic vere mundꝰ eſt ſpūaliter ꝑniciosus:⁊ illoꝝ q̄ ibi ſunt mentaliter infectiuus. q̄ ibi ſūt

Terremotus inconſtantie ⁊ labilitatis.
Ignis ſpirans auaricie ⁊ cupiditatis
Ventus ꝑflans ſuꝑbie ⁊ pompoſitatis
Calor vrens luxurie ⁊ carnalitatis
Frigꝰ ſtringens indeuotōis ⁊ tepiditat̄.

Copia beſtiarū ſeuiens .i. mltitudo hominū totius malicie ⁊ iniquitatis. Nam ſm̄ Pliniū in egypto ſuꝑiori eſt terra inhabitabilis ꝓ eo q̄ ibi ſunt baſiliſci viſu interficientes. Dracones ignem ſpirantes ⁊ exalantes. Reguli alte volantes ⁊ diſcurrentes. Tygrides dure mordentes ⁊ occidentes. Sic vere terra huiꝰ mundi eſt ꝑniciosa. q̄ ꝓcerto ibi ſt̄ baſiliſci.i.luxurioſi. q̄ ſm̄ bea. petrū.ij. Pet.ij. Oculos hn̄tes plenos adulterio. viſu inficiunt inq̄tum alliciūt ad peccatū. Ibi etiā ſunt dracones.i.auari ⁊ ambitioſi q̄.ſ.igne auaricie inflammantur. Ibi etiā ſunt reguli. id eſt ſuꝑbi q̄ alis ſuꝑbie ſurſum per elationem vndiq̄ deferunt̄. Et breuiter verum eſt qd̄ dicit̄.j. Johis.ij. Qꝛ omne qd̄ eſt in mundo aut eſt concupiſcentia oculorum:aut concupiſcentia carnis:aut ſuperbia vite. Ubi oſtenditur q̄ in mundo ſunt

Cupiditas temporalis.
Carnalitas corporalis.
Pompoſitas vite.

Hec eſt cōcupiſcentia oculorū. hec eſt cōcupiſcentia carnis:hec eſt ſuꝑbia vite. Und̄ Ambro. ſuꝑ pſ̄. O q̄ rarus eſt in terris cui nihil cum ſeculo cōe ſit quē nō inflāmet libido:ſtimulet auaricia. laſciuia effeminet:luxuria decoloret:ſternat ambitio:cruciat inuidia:ira ſollicitet. Cōtemnamus ergo mundū tanq̄ infectū ⁊ ꝑniciosum. Quarto dico q̄ ip̄m debemꝰ contemnere: tanq̄ turbidū ⁊ laborioſum. In mundo em̄ nō eſt niſi labor:anguſtia:miſeria:calamitas:aduerſitas. ⁊ tn̄ mundus amatores ſuos ita allicit: q̄ hmōi miſerias nihil ſentiunt. Mandragora em̄ facit poma totalit̄ inſipida:talis tn̄ ſūt virtutis q̄ odorantē ipſa poma totaliter faciūt obdormire:ita q̄ ſi ferro vulneret̄ nunq̄ ſentit vt dicit Piniꝰ. Sic vere mundus hꝫ poma ſua.i.tp̄alia bona. q̄ ꝓcerto inſipida ſt̄. q̄nimo aſpera ⁊ amara. qꝛ ꝓculdubio nihil eſt in temporalibꝰ q̄n plus habeat amaritudinis q̄ dulcoris: qꝛ ſicut dr̄ Joh.xv. In mūdo ꝑſſuram habebitis. Verūtn̄ odor ⁊ delectatio eius ita ſapit:delectat ⁊ attrahit pc̄tōres mūdanos: q̄ ꝓ tp̄alibꝰ acq̄rendis q̄cq̄d mali ſuſtinuerunt libenti animo patiunt̄:ita q̄ penas ſentire aliqualiter nō videntur. Cōtra quos loquit̄ Greg. in omel̄. Ecce mundus in ſe areſcens in nr̄is cordibꝰ reuireſcit:vbiq̄ luctꝰ:vbiq̄ mors vbiq̄ deſolatio:vbiq̄ ꝑiculū vbiq̄ amaritudine replemur ⁊ tn̄ ceca mente eiꝰ amaritudinē amamꝰ:fugientē ſeq̄mur labenti inhe[re]mꝰ:⁊ qꝛ labentē retinere nō poſſumꝰ neceſſe eſt q̄ cum labente labamur. Contemnamꝰ ḡ mundū tanq̄ turbidū ⁊ laborioſum. Quinto dico q̄ ip̄m debemꝰ contemnere tanq̄ fallentē ⁊ deceptuoſum. Iſte enim videtur multa ꝓmittere:ſed finaliter nihil reddit. Vn̄ Petrꝰ bleſ. dicit q̄ mundꝰ fallax eſt. ⁊ q̄ finis eiꝰ eſt dubiꝰ:exitꝰ horribilis:iudex terribilis. Sexto dico q̄ ip̄m debemꝰ contemnere tanq̄ labentem ⁊ defectuoſum. Ip̄e em̄ nihil hꝫ firmitatis. qꝛ.ſ. cōtinue variat̄ in ſuis cōditionibꝰ ⁊ mutat̄ ſimilis mari qd̄ continue fluitat ⁊ mouet̄. ſimilis etiā firmamento qd̄ continue mouet̄. ita q̄ q̄tum ab vna parte eleuamur tantum ab alia deprimimur. Unde.j. Joh.ij. Mūdus tranſiet ⁊ concupiſcentia eius. Et breuiter malas conditiones mundi bene tangit magiſter in libro de ꝓprietatibus rerum. dicens ſic. Licet mundus videat̄ eſſe nutritor corpoꝝ:eſt tn̄ carcer ſpirituū ⁊ animaꝝ. Mundꝰ ei eſt locꝰ

Incolatꝰ et ꝑegrinationis.
Reatus ⁊ tranſgreſſionis
Doloris ⁊ lachrymationis.
Laboris ⁊ fatigationis.
Horroris ⁊ confuſionis.
Motus ⁊ mutationis
Fluxus ⁊ alterationis
Tranſitus ⁊ corruptionis.
Inſolentie ⁊ turbationis
Violentie ⁊ oppreſſionis
Fraudulentie ⁊ deceptiōis

Et ſequit̄ mundus notos allicit. notos abijcit. Multis obeſt. Paucis ꝓdeſt. multa ꝓmittit: pauca reddit:⁊ quos hic diuitijs ⁊ honoribus extollit: i fine nudos dimittere cō ſueuit. Sic igit̄ ptꝫ chariſſimi quō mundꝰ eſt fugiēdus ⁊ contemnendus. et ſummopere deuitandꝰ. qꝛ ſicut dicit̄.j. Johis.ij. Si quis diligit mundum nō eſt charitas patris in eo. Sicut enim in ſcriptura colligit̄ Mordacem ſapientiam. Mundꝰ hꝫ fallacē amiciciam. Mēdacem inimiciciam. Dico ſapientiam mordacē. qꝛ ſicut dicit̄.j. Corinth.iij. Sapientia huius mundi ſtulticia eſt apd̄ deum. Item amiciciam fallacem: qꝛ ſicut dr̄ Joh.xv. Si de mundo eſſetis:mundus vtiq̄ qd̄ ſuuꝫ eſt diligeret. Itē inimiciciā mendacem. Ibidem. Quia de mundo nō eſtis: ideo odit vos mundus ⁊c. ſufficit.

## Munire. munitus. munitio.

Cum munitio nihil aliud ſit q̄ rerum ad defenſionem alicuiꝰ loci vtiliū aggregatio ⁊ ꝓuiſio:hinc eſt q̄ ſm̄ conditiones ⁊ varietates locoꝝ ponam varietatem munitionuꝫ. Nota ergo q̄ quandoq̄ munitio ſumit̄ pro ipſo loco munito. Quandoq̄ pro gentibꝰ armis defendentibus ⁊ munientibus locum. Quandoq̄ vo pro rebꝰ ⁊ armis ad munitionem loci vel etiam ꝑſone ordinatis. Quandoq̄ etiaꝫ pro machinis ⁊ inſtrumentis et circumiacentibus ad captionem alicuius caſtri vel ciuitatis. Sumendo igitur primo in bono ſignificato. Dicā q̄ in ſcriptura reperit̄ munitio ꝑſonaꝝ. ⁊ munitio locoꝝ. Et ſic dicā q̄ iuenit̄ munitio Virtualis que eſt ꝑfectoꝝ. Spūalis q̄ eſt clericoꝝ. ⁊ Tp̄alis q̄ mundanoꝝ. Cum p̄ma munit̄ conſcientia. Cū ſecunda religio ſeu eccl̄ia. Cum tercia vo munit̄ iniquoꝝ collegiū ſeu militia. Dico ergo p̄mo q̄ eſt munitio ꝑfectoruꝫ q̄ muniunt̄ interius virtutum titulis. Nam ſicut videmꝰ q̄ ciuitates ⁊ fortalicia muniunt̄ armis:victualibꝰ ⁊ militibus ne faciliter ab hoſtibus capiant̄. Sic reuera iuſti interius in conſcientijs armis virtutum:victualibus ſcientiarum:⁊ militibus.i.ꝑſidijs ⁊ adiutorijs ſanctoꝝ ⁊ angeloꝝ ne.ſ.a demonibꝰ oppꝛimant̄. Unde talis ciuitas munita erat ille cui dominus dicebat Hiere.j. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam:⁊ in columnam ferream ⁊ in murum ereum ſuper omnem terraꝫ. ⁊ debellabunt aduerſum te:⁊ non preualebunt. Figura ad hec Eccleſiaſt.xlviij vbi dicitur. Qꝛ Ezechias muniuit ciuitatem ſuam. ⁊ induxit in medio ipſius aquam:⁊ fodit ferro rupem. et edificauit puteum. Et dicitur ibidem. Qꝛ Sennacherib rex potentiſſimus contra illam ciuitatem ſic munitam non potuit preualere. Quia reuera quando Ezechias auxiliatus a deo. id eſt iuſtus munit ⁊ preparat ciuitatem conſcientie ſue armis ⁊ virtutibus copioſis:et inducit in medio eius aquam. id eſt profluuium lachrymoſe deuotionis:⁊ effodit ⁊ eradicat ab ea rupem. id eſt duriciem obſtinationis: ⁊ edificat ſibi puteum.i.ꝓfunditatem humilitatis ⁊ deiectionis:certe ſennacherib rex ſuꝑbiſſimus infernalis ꝯ eā non poterit ꝑualere. Simus ergo iudas Machabeꝰ q̄ ſicut dicit̄.j. Mach.iiij. Edificauit montē ſyon:⁊ per circui

tum murus altos ⁊ turres firmas: ⁊ muniuit eum vt ha-
beret populus munitionē contra faciem ydumee. Sed ſci-
tis quid eſt: ꝓcerto ſicut videmus ꝙ illi qui habitāt in ali-
qua fortiſſima ciuitate munita minus ſolent eſſe ſolliciti ⁊
vigiles ſuꝑ cuſtodia ciuitatis. Unde ſepe fit ꝙ ipi dormiē-
do in ſuis munitionibꝰ ab hoſtibꝰ capiunt. Sic certe mul-
ti ſunt qui in ſuis munitionibꝰ. id eſt. in ſuis virtutibus ni-
mis ꝯfidunt: ⁊ ideo contra inſultus tētationū ⁊ cautelas
dyabolicarū ꝑditionū minus vigilant ⁊ attendunt. Qua-
propter ſepe fit ꝙ a demonibus capiunt ⁊ tentationibꝰ et
peccatis ſuccūbunt Hiere. xlviij. Pro eo ꝙ habuiſti fidu-
ciam in munitionibꝰ tuis ⁊ in theſauris tuis: tu quoqꝫ ca-
pieris. Sequit ibidem. Uaſtator moab aſcēdet ad te ⁊ diſ-
ſipabit munitiones tuas. Et bene dicit diſſipabit: quia cer-
te ſicut inimici capta ciuitate diſſipant munitiōes: ſubuer-
tunt turres: muros deſtruūt: portas aperiūt: rapiūt theſau-
ros: ⁊ poſt iniecto igne ⁊ occiſis hominibꝰ omīa deducunt
ad vltimas deſolationes. Sic procerto hoſtes infernales
poſtqꝫ ceperint animā chriſtianā: ſtatim turres cōtempla-
tionis ſubuertūt: muros. id eſt. clauſurā obſeruātie deſtru-
unt: portas ſenſuū naturaliū ad cuncta delectabilia aperi-
unt: theſauros virtutū rapiūt: ⁊ homines. id eſt. vſum rō-
nis perimūt: ignem auaricie immittūt: ⁊ ſic omēs munitio-
nes deſtruūt: ⁊ iuxta illud Treno. ij. Omīa ſpecioſa iacob
deſtruxit in furore ſuo: munitiones virginis iuda deiecit in
terram. Polluit regnū ⁊ principes eius. Non ſic chariſſi-
mi: ſed ſuꝑ noſtris cuſtodijs vigilemus ne forſitan muni-
tiones virtutū ꝑ negligentiā amittamꝰ Zach. ix. Conuerti-
mini ad munitionē iuncti ſpei. Patet igit ꝙ iuſtus muni-
tur interius virtutū titulis. Secūdo dico ꝙ eccleſia mu-
nitur exteriꝰ iuſtoꝝ cumulis. Eccleſia em̄ ⁊ religio tunc eſt
fortis ⁊ bene munita: quādo iuſtis habitatoribꝰ eſt reple-
ta. Iuſti em̄ ſunt lapides q̄tuor virtutibꝰ cardinalibꝰ qua-
drati: q̄bus eccleſia cingit ⁊ munit: ⁊ q̄bus defendit ⁊ tue-
tur. De quo dicit. j. Mach. x. Et ionathas iuſſit extrue-
re muros in circuitu: ⁊ montē ſyon lapidibus quadris ad
munitionē. Chriſtus em̄ fecit ſibi ⁊ ſuis fidelibꝰ eccleſiam
ꝓ habitatione: ⁊ ideo ipām ꝑſonis bonis ⁊ virtutibꝰ mu-
niri voluit ⁊ decreuit. Figuratꝰ in ſymone Machabeo. j.
Machabeo. xiij. Qui muniuit montē tēpli ⁊ habitauit ibi
⁊ hij qui cum eo erāt. Infirmi enim libenter habitant in
caſtris ⁊ locis munitis: ⁊ inde eſt ꝙ capre ⁊ ibices q̄ ſunt
animalia imbellica ⁊ fugitiua: libenter morant in locis al-
tis ⁊ montuoſis: ⁊ in rupibꝰ ſua natura munitis vbi fera-
rū difficilis eſt acceſſus. Sic vere q2 nos infirmi: ſumus in
hac parte debiles ad reſiſtendū: ⁊ debiliores ad inuadēdū
neceſſe eſt ꝙ loca munita. ſ. religione vel eccl'iam habitemꝰ
vt ibi ferarū infernaliū impetus euitemus. Et hoc eſt qđ
deſiderabat ille q̄ dicebat in pſ. Quis deducet me in ciuita-
tem munitā: q̄s deducet me vſqꝫ in ydumeā. Bene ḡ cōſu-
lit Hiere. viij. vbi dī. Conuenite ⁊ ingrediamur ciuitatē mu-
nitam ⁊ ſileamꝰ ibi. Aduerte tamē ꝙ dyabolus munitiōes
ſuas. id eſt. machinas: tentationes ⁊ vicia cōtra ciuitates
munitas religionū ⁊ eccleſiarū erexit. Iuxta illud. iiij. Re-
gū. xxiiij. Uenerūt ſerui regis babylonis in hirl'm: ⁊ circū-
data eſt vrbs munitionibꝰ: ipāmqꝫ vaſtauit mltipliciter ⁊
deſtruxit. Ptꝫ: q2 certe pauce inueniunt hodie eccl'e talibꝰ
munimētis. i. bonis ⁊ ſciētificis ꝑſonis munite: mlte ṽo ta-
libꝰ vacue ⁊ deſerte. vñ Zach. xj. Ulula abies: q2 cecidit ce-
drus q2 magnifici vaſtati ſt. Ululate quercꝰ baſan: qm̄ ſuc-
ciſus ē saltꝰ munitꝰ. Nō ſic: ſ3 habeamꝰ ciuitates munitas
Iuxta illud Oſee. viij. Iudas mltiplicauit ciuitates mu-
nitas. Patet ḡ ꝙ eccleſia munit iuſtoꝝ cumulis. Ter-
tio ṽo dico ꝙ iniquꝰ munit terrenis loculis. i. terrenis di-
uitijs: potētijſqꝫ mūdanis. Cōſtat em̄ ꝙ diuites huiꝰ mun-
di taliter hodie ſunt muniti: ⁊ tot ⁊ tātis diuitijs: auxilijs
⁊ fauoribꝰ circūfulti ꝙ nullus pōt eos vel ius ſuū ab eis
reportare Deutro. iij. Cuncti vrbes regni baſan erant mu-
nite muris altiſſimis. Sed q̄d: ꝓcerto tales ciuitates mu-
nitas. i. diuites impios ⁊ tyrannos deus finaliter deſtruet:
ipſoſqꝫ ⁊ eoꝝ ꝓſperitatē euertet Eſa. ij. Dies inq̄t dñi ex-
ercituū ſuꝑ oēm ſuꝑbū: ⁊ excelſū: ⁊ arrogantē: ⁊ humiliabi-
tur. Sequit ⁊ ſuꝑ omīs colles eleuatos: ⁊ ſuꝑ oēm turrim
excelſam: ⁊ ſuꝑ oēm muꝝ munitū. Mors em̄ ⁊ dyabolus
taliū munitiones deo ꝑmittente finaliter ſubuertūt: ⁊ eos
poſtqꝫ diu regnauerīt impetuoſe ꝯfundūt: dicētes. ſ. cui-
libet tali illud Mich. v. Perdam ciuitates terre tue: ⁊ de-
ſtruam omēs munitiōnes tuas. Exemplo. ſ. alexandri de q̄
dicit. j. Mach. j. Et ipſe ꝑcuſſit dariū regem ꝑſarū ⁊ ꝯſti-
tuit ꝑlia multa: ⁊ oim obtinuit munitiones. Patꝫ ḡ ꝙ tri-
plex munitio in ſcriptura reꝑit. vicꝫ Nequicie mūdo do-
minātis. Eccleſie digne militātis. Iuſticie corde latitātis.

## Munus.

Nota ꝙ munus pōt accipi in bono ⁊ in
malo. In bono em̄ ſignat quicq̄d vtile
ad ſalutem anime tribuit ⁊ offert. Et ſic poteſt ſignificare
Elemoſynā qua pauꝑ ditat. Uirtutū meritū ⁊ opus meri-
toriū quo deus placat. Gloriā paradiſi qua beatus in pa-
tria premiat. De muneribus ḡ elemoſynaꝝ poteſt intel-
ligi illud. ij. Eſdre. ix. vbi precipit filijs iſrael dare munera
hijs q̄ non habebāt. Et ratio eſt: quia ꝓcerto ſicut dī Pro-
uerb. xix. Donū hominis dilatat viam eius ⁊ ante princi-
pes ſpaciū ei facit. Donū em̄ elemoſynarū dilatat viā ho-
Prima eſt neq̄cia hoim immundoꝝ. gēti inq̄t peccatrici. Scđa ē neq̄cia hoim auaroꝝ. pplo inq̄t graui. Tercia eſt neq̄cia hoim hereticoꝝ. ſemini inq̄t nequā. Quarta eſt nequicia maloꝝ ſubditoꝝ. filijs inq̄t ſceleratis. Dico ergo ꝑmo. ꝙ eſt quedā nequicia carnalis inq̄nationis. Et iſta denotat̄ cū dr̄. genti peccatrici. Gens em̄ peccatrix ſignat pplm̄ luxurioſoꝝ. qꝛ gētes dicunt̄ q̄ſi ſine lege viuentes. qꝛ ꝓcerto tales nō ſeruāt legē in ſuo delicto. immo more canū nō parcūt cōſanguinee: cognate; virgini vel moniali. ꝯiugate vel deſpōſate. Et iſta nequicia luxurie eſt in hominibus. Iuxta illud Ecci. xxiij. Hō nequaꝫ in ore carnis ſue nō deſinet donec accēdat ignē. ⁊ etiā in mulieribꝰ. Vn̄ Ecci. xxv. Cōmorari leoni placebit magis q̄ habitare cuꝫ muliere nequā. Et bn̄ cōꝑant̄ tales leoni: qꝛ leo ꝯtinue patitur febrē: ⁊ habet anhelitū valde fetentē. Sic tales continue patiunt̄ febrē. i. ardorē luxurie: ⁊ ab ore ſuo ſemꝑ ſolent emittere fetorē ṽboꝝ inſolētiū ⁊ maloꝝ. Vn̄ tales nō ſolū hn̄t nequiciā in ꝑſona. imo etiā in ſmonibꝰ ⁊ in lingua vn̄ Ecci. xxviij. Btūs q̄ tectus eſt a lingua nequā. Et breuiter de nequicia luxurie dr̄ Ecci. xix. Qui ſe iungit fornicarijs erit nequā. q. d. Iſti non ſolum ſunt mali ⁊ nequā. immo etiam alios faciūt neq̄ſſimos atqꝫ malos. Et aduerte ꝙ neq̄cia luxurie maxime in muliere apparet exteriꝰ vicꝫ
In diſſoluta cōuerſatione.
In girouaga circūſpectione.
In inſtabili circūmotione.

De cōuerſatione em̄ pōt exponi illđ Ecci. xxv. Neq̄cia mulieris imutat faciem eius. De circūſpectione etiā dr̄ Ecci. xxvj. Nequicia: alia lr̄a. fornicatio mulieris in extollētia oculoꝝ. De circūmotione ṽo dr̄ Ecci. xxv. Nō des aque tue exitū neqꝫ mulieri nequā veniā ꝓdeūdi. q. d. Parata eſt diſcurrere ⁊ exire. Tales inq̄t luxurioſi dicunt̄ gens peccatrix. Ve inq̄t genti peccatrici. Vn̄ illi ſunt illa gens de q̄ dr̄ Eſa. xlix. Gētem abhoīantē ⁊ ſeruū dn̄oꝝ. Iſta eſt neq̄cia carnalis inq̄nationis. Scđo dico ꝙ eſt neq̄cia auare inclinationis. qđ notat̄ cū dr̄. pplo graui iniq̄tate. Auari em̄ dicunt̄ populus grauis: qꝛ ſicut res dr̄ grauis q̄ inferius ad terrā deſcēdit naturaliter ⁊ mouet̄. Sic iſti ſpūaliter dicunt̄ graues q̄ inferius ad terrā ⁊ ad terrena ꝑ auariciā mouent̄. ⁊ ꝑ auaꝝ deſideriū inclinant̄. Sicut em̄ plumbū. ſal. harena aurū. argentū ⁊ vinū ſunt res mirabiliter graues: ⁊ omē illud in q̄ fuerint aggrauātes ⁊ ad terrā inclinantes. Sic vere mūdi bona grauia ſunt ⁊ onerosa. ⁊ mentis in qua habitant aggrauatiua ⁊ ad terrā ꝑ auariciā deiectiua. Pſal. Filij hominū vſqꝫquo graui corde. Vn̄ de corde auaro dicit̄ Eccli. iij. Cor nequā grauabit̄ in dolo. q. d. Nequicia auaricie eſt ſemꝑ fallax. ꝓditoria ⁊ doloſa. Iſte ṽo dolus apparet in auaris: vſurarijs: fraudulentis. De quorum fallacia dolo ⁊ nequicia poteſt exponi illud Ecci. xxv. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri. Coluber qui dr̄ quaſi

tolens vmbras. et q̄ ſemꝑ tortuoſe incedit ſignat vſurarios ⁊ auaros. qui in vmbris .i. in locis abſconditis ⁊ ſecretis. vel etiā in abſcōditis vel ſub occultis fictionibus ⁊ palliaturis ſolēt facere fraudes ſuas. ⁊ ſemꝑ tortuoſe ⁊ fallaciter incedūt in oībus factis ſuis. Quia ꝓcerto iſtis nihil eſt nequius in hoc mūdo. Qui eñ ſibi nequā eſt cui alij bonus erit? Eccī. xiiij. Et iō q2 tales nequā ſunt etiā ſibipſis. q2 ſcʒ nō audēt vti bonis ſuis ꝓ̄ auaricia ⁊ ꝑcitate. Nō mirum ſi ſunt nequiſſimi alienis. Iſte eſt ergo ꝑplus grauis iniq̄tate. Vñ de terra .i. de terreno auaro dī Eſa. xxiiij. Agitabitur terra ſicut ebrius. ⁊ grauabit eā iniq̄tas ſua: ⁊ corruet ⁊ nō adijciet vt reſurgat. Tales eñ agitant̄ ꝑ deſiderium ⁊ affectionē. Sunt ſicut ebrius ꝑ ſitibundā auariciā ⁊ ambitionē. Grauant̄ iniq̄tate ꝑ culpe ⁊ malicie inclinationē. Corruunt ⁊ nō reſurgūt ꝑ male ꝯſuetudinis aggrauationē. Aduerte tñ hic qđ dicit Señ. li. de nālibus q̄ōnibus de rebus grauibus. Dicit eī ꝙ ſunt quidā qui ſuſtinēt oīa grauia. ſicut exēplificat de lacu arethuſe in ꝑſide. vbi nihil mergit̄ q̄ꝫtumcunq; graue ſit. Sicut etiā exemplificat Iſido. de lacu ſicilie iuxta porriamiā. Cauſam autē aſſignat Señ. dicēs. Q2 iſte aque ſunt lapidibus grauiores. Et ideo cū maius graue naturaliter portet ⁊ ſuſtineat minus graue. nō mirum ſi talia grauia ab aquis grauiorib9 ſupportant̄. Sic vere hodie nos videmus ꝙ tales diuites ⁊ vſurarij ſunt grauiores iniq̄tate: ita ꝙ ſatis deberēt ad īferiores ſtatus ⁊ gradus deſcēdere ⁊ q̄nq; ad lr̄am deprimi ⁊ ſubmergi. ipi tñ ab aquis quibus inſident .i. a ſuis malis ꝑ̄latis ⁊ iudicibus fouent̄ ⁊ ſupportant̄. et in ſuis ꝑuerſitatibus ſuſtinent̄. Cuius certe cā eſt. q2 ipi maiores: ipſis malis diuitibus grauiores ⁊ deteriores eſſe noſcunt̄. ⁊ iō alios ſibi ſiles ſuſtinere ꝯ̄ iuſticiā cōprobant̄ Eſa. l. Calūniaʒ ſuſtinēt filij iſrael: calumniā dico: hoc eſt dictu viros calūnioſos. Et certe talia ſunt ꝯ̄ naturam ꝙ ſcʒ tales a ſuꝑioribus tolerant̄. Iuxta illud Sap. xvj. Nix aūt ⁊ glacies ſuſtinebant vim ignis. Et breuiter h̄ eſt verū. q2 ſcʒ tales nequā ſemꝑ inueniūt alios nequiores. q̄ ipos in ſuis iniq̄tatibus foueāt atq; portēt. Sicut de ſpū nequā dī. Q2 ſibi aſſumit alios ſeptem ſpūs nequiores ſe. ſ. vt ab eis foueat̄. Nequius eñ oculo .i. malo iudice quid creatū eſt? q. d. nihil. Quia certe nō eſt caput nequius ſuꝑ caput colubri. Et tñ iſte deberet timere illud Eccī. xxvij. Facienti nequiſſimū ꝯſiliū ſuꝑ eū ꝯuertet̄. Et illud Eccī. xxviij. Mors illius mors nequiſſima. ⁊ vtilis infernus potius q̄ illa. Iſta eſt ergo neq̄cia auaricie inclinationis. Tercio dico. ꝙ eſt nequicia v̄balis ꝑ̄dicationis. Et iſta eſt neq̄cia hereticorū q̄ oſtendit̄ cū dī. Semini nequā. Sicut eñ eruca inſidens arborib9 relinquit in magna quātitate peſtiferū ſemē ſuū. a quo totus ortus cum ſuis herbis et arboribus corrodit̄ ⁊ vaſtat̄. Sic heretici ſemē ſue peſtifere ꝑ̄dicationis ⁊ doctrine. in tanta abūdantia q̄nq; poſt ſe relinquūt. ꝙ totus ortus eccleſie exinde patit̄ detrimentū. Vñ de iſtis pōt intelligi illud Matth. vj. Si oculus tuus fuerit nequā. totū corpus tuū erit tenebroſum. Iſti eñ q̄ oculi .i. directores ⁊ ductores eccleſie credunt̄. q̄ñ neq̄cia hereſis corrumpūtur. totū corpus eccleſie ꝑ errores faciunt tenebroſum. Et iſta eſt neq̄cia lingue. q2 vicʒ lingua taliū eſt alijs venenoſa. ⁊ cā nequicie ⁊ pcti. Et iō dī Eccī. xxviij. Noli audire linguā nequā. Quia ſicut dicit̄ ibidē. Multi ceciderunt q̄ interierūt ꝑ linguā nequā. Et rō reddit̄ ibidē. Quia mors illius mors nequiſſima ⁊ vtilis infern9 potius q̄ illa. Semini ergo nequā. Vñ cuilibet tali pōt dici illud Eccī. xliiij. Dediſti maculā in glīa tua. ꝓfanaſti ſemē tuū. Iſta eſt igitur nequicia v̄balis ꝑ̄dicationis. Quarto dico ꝙ inuenitur nequicia mētalis obſtinationis. Et iſta eſt neq̄cia q̄ in ꝓteruis ſubditis inuenit̄ qđ oſtendit̄ cū dī. Filijs ſceleratis. Quia v̄e multi ſūt filij ſpūales .i. ſubditi. ita obſtinati et ꝓterui. ita etiā nequā ⁊ ſcelerati. qđ nec deo nec ꝑ̄lato volūt obedire. ſʒ ſicut filij vipere matrē ſuā. ſ. ecclīam vel ꝑ̄latū ꝑ mala ſua opa ⁊ exēpla ſolēt ꝓteruit̄ laniare. vñ Sap. iij. Nequiſſimi filij illorū. maledicta creatura eorū. Et nota ſi vis ꝙ mali filij religionis vel eccleſie ſunt hodie nequā

Propter mendacij vanitatem.
Propter hypocriſis falſitatem.
Propter ſeuicie prauitatem.
Propter luxurie feditatem.
Propter malicie doloſitatem.
Propter inuidie malignitatem.

De nequicia eñ mendacij dī Eccī. xx. Obprobriū nequā ī hoīe mēdaciū. De neq̄cia hypocriſis dī Eſa. ix. Oīs hypocrita ē nequā. De neq̄cia ſeuicie dī Matth. xviij. vbi loquit̄ de illo q̄ noluit miſereri ꝯſerui ſui: cui dixit dñs eius. Serue nequā oīe debitū dimiſi tibi: qm̄ rogaſti me nōne ergo oportebat te miſereri ꝯſerui tui ⁊c̄. De neq̄cia luxurie dī Eccī. xvij. Quid nequius q̄ qđ cogitat caro ⁊ ſanguis. De neq̄cia malicie dī Prouer. xxvj. Qñ ſubmiſerit vocem ſuā ne credas ei. qm̄ ſeptē neq̄cie in corde illius ſunt. De neq̄cia inuidie dicit̄ Eccī. xiiij. Nequā eſt oculus inuidi. Et ſic igitur pʒ quō eſt q̄druplex nequicia in genere. ſ. luxurioſorū. auarorū. hereticorū ⁊ malorū ſubditorū ⁊c̄.

**Nequire.** Nota ꝙ nequire idē eſt qđ non poſſe. vide ergo. ī. vbi poſſe. ⁊ vbi potētia. q2 auctes valde pauce ſunt.

**Neſcire.** Cum neſcire idē ſit qđ ignorare. Notandū ꝙ in ſcriptura inuenit̄ Vnū neſcire

Excuſabile.
Deteſtabile.
Excecabile.
Commēdabile.

Neſcire excuſabile ꝑtinet ad ignorantiā naturalē. Et iſta eſt q̄ñ hō ignorat illa q̄ excedūt cognitionē nature. ſicut ſcire futura ⁊ diuine voluntatis bñplacita ⁊ occulta. Si eñ iſta neſciamus. excuſati ſum9. Et de tali neſcire dī Eccl's. ix. Neſcit hō vtrū amore vel odio dign9 ſit. Et ibidē dicit̄. Neſcit hō finem ſuū. Et Luce. ix. Neſcitis cuius ſpūs eſtis. Neſcire deteſtabile ꝑtinet ad ꝓteruiam cordialē. Et iſtud eſt q̄ñ hō ex obſtinatione nō dignat̄ ſcire .i. recognoſcere bñfactorē creatorē vel ſuperiorē ſuū. ſic pharao q̄ dicebat Exo. v. Neſcio dñm: ⁊ iſrael nō dimittā. Talis etiā ignorātia vel neſcientia idem eſt ꝙ deſuetudo. Quia. ſ. ſicut res q̄ nō frequētat̄ in deſuetudinē: obliuionē ⁊ neſcientiā vertit̄. Et ſic loquit̄ Hiere. iiij. vbi de peccatoribus dī. Sapiētes ſunt vt faciant mala: bñ aūt facere neſcierūt. Et Hiere. vj. dī. Confuſione nō ſunt cōfuſi. erubeſcere neſcierūt. Et Soph. iij. Neſciuit dei inimicus confuſionem. Neſcire excecabile ꝑtinet ad ignorantiā criminalem. Et ſic accipit̄ vt cōiter. q̄ñ. ſ. hō neſcit illa q̄ tenet̄ ſcire. Et ſic loquitur in pſ̄. Neſcierūt neq; intellexerūt in tenebris am̄ulāt. moueb̄tur oia fundamēta terre. Neſcire cōmēdabile ꝑtinet ad ignorantiā virtualē. Et iſta eſt q̄ñ hō neſcit illa que nō eſt vtile ſcire ſibi. Et ſic loquit̄ Matth. vj. Cū facis elemoſynā neſciat ſiniſtra tua quid faciet dextera tua. Iſta aūt ꝓprie poteſt dici ignorātia mali nō exꝑti. ſicut de btō Iohāne dicit̄ Neſciēs labē niuei pudoris. ⁊ de btā v̄gine. Neſciens virgo virū ⁊c̄. Et illud Oſee. xiij. Deū abſq; me neſcies: ⁊ nō eſt abſq; me ſaluator. Sʒ ceteris omiſſis de ignorantia criminali q̄. ſ. neſcit hō illa q̄ tenet̄ ſcire. ⁊ maxime illa que ꝑtinēt ad ſalutē: aliq̄d eſt dicendū. Notare ergo poſſum9 ꝙ ſicut in mūdo nāliter multa ſunt genera ꝑſonarū illa q̄ ſunt eis vtilia neſciūt ⁊ ignorāt videlicet. Pueri. frenetici. ceci. dormiētes. ebrij ⁊ abſentes. Sic vere moraliter loquēdo multa ſunt hodie genera hoīm peccatorū q̄ neſciunt illa q̄ ꝑtinent ad ſalutē. Et iſti ſunt. ſ. Pueri carnalis immūdicie ſectatores. vel Frenetici ⁊ mēte capti tꝑalis eminentie dilectores. Dormiētes ⁊ ſe ad terrā ꝓſternētes mūdane affluentie poſſeſſores. Ebrij vino mundane. ſ. ſapientie ꝓfeſſores. Dico ſʒ ꝙ primi ſunt ſectatores carnalis immūdicie. Nā ſicut pueri q̄diu ſunt parui. ſunt naturalr̄ fetidi ⁊ immūdi ignorātes ⁊ inſcientes. ſic luxurioſi ꝑ̄ ceterꝭ pctōrib9 immūdi ſunt ⁊ ignorātes. ⁊ ad ſalutē aīe ꝑtinētia neſcientes. Nā ſicut pueri tria principalr̄ neſciunt facere: vicʒ loqui. diſcernere ⁊ erubeſcere. Sic vere luxurioſi neſciunt hr̄e honeſtā ⁊ ordinatā locutionē dicentes illđ Hiere. A. a. a. dñe deus neſcio loqui q2 puer ego ſuʒ Tales eñ ſemꝑ loquunt̄ inſolēter ⁊ impudice. nec aliq̄d ſciūt loqui ordinate. de quib9 dī Nee. xiij. Loquebant̄ azotice et neſciebant loqui iudaice. Itē neſciūt hr̄e clarā diſcretionem. Quia ſicut puer nō diſcernit int̄ res bonas ⁊ malas. ita ꝙ aliq̄ñ plus diligit pomū q̄ caſtrū Sic nec iſti bñ diſcernūt int̄ delicias corꝑis ⁊ aīe. mūdi ⁊ ꝑadiſi. pcti ⁊ meriti. Quia plus vident̄ diligere iſta modica tꝑalia q̄ illa maria etnalia. Vñ iſti ſūt de illis cētū hoīm milib9 q̄ neſciūt q̄d ſit ī dextra ⁊ ſiniſtra. ſic dī Ione. iiij. q2. ſ. tales nō bñ ſciūt diſcernere int̄ ſiniſtrā tꝑaliū ⁊ dexterā etnorū. Itē iſti neſciūt hr̄e

vereciidā ꝯfuſionē. Quia ſicut pueri nō verecundantur oſtēdere pudēda ſua. ſic nec iſti vilia opa ſua. vñ Hiere. vj. Cōfuſione nō ſunt ꝯfuſi erubeſcere neſcierūt. Iſti ḡ ſūt ſectatoꝛes carnalis immūdicie. Scdo dico ꝙ ſunt neſcientes ſeu ignoꝛātes ⁊ dilectoꝛes tp̄alis eminētie. Iſti eñ ſūt ſicut frenetici vel mentecapti. ꝗ amoꝛe mūdi ita ſīt capti ꝙ penitꝰ neſciūt nec cognoſcūt. nec dei ptātē. nec ſui fragilitatē. nec mūdi trāſitoꝛiā vanitatē. ſicut pꝫ ad lr̄aꝫ de vanigloriis ⁊ ſupbis. Neſciūt dico dei ptātem. qꝛ. ſ. nō vident̄ ſcire ꝙ deꝰ poſſit ipſos punire. dicētes cū pharaone Exo. v. Neſcio dñm ⁊ iſrl̄ nō dimittā. Itē neſciūt ꝓpriā fragilitatem. qꝛ. ſ. nō ꝯſiderāt ꝙ debent moꝛi ⁊ tñ ſepe fit ꝙ ſubito moꝛiunt̄ cū neſciūt. pſ̄. Ad nihilū redactus ſum ⁊ neſciui. Itē neſciūt mūdi vanitatē. Figurati i diſcipulo heliſei. iiij. Reg. iiij. Qui neſciēs q̄d eēt colloq̄ntida fecit exinde pulmentū. qđ tñ tandē cognouit eſſe moꝛtiferū ⁊ amarū. qꝛ. ſ. mūdi glīam dulcē credūt quā tñ inuenient finaliter valde triſtem. Iſti ergo ſunt dilectoꝛes tp̄alis eminentie. Tercij ſunt poſſeſſoꝛes mundialis affluentie. Et iſti ſunt diuites qui cōparant̄ doꝛmiētibus. Hō eñ nō doꝛmit erectus ſed inferius ad terrā ꝓſtratus. Sic iſti nō doꝛmiūt nec q̄eſcunt ad padiſuꝫ ſupius erecti ſ; inferius ad terrena p auariciam depꝛeſſi ⁊ eiecti. Et iſti pꝛocerto videntur neſcire

Fraternam charitatē.
Moꝛtis ꝓpinquitatē.
Dei benignitatem.
Mentis ſaturitatem.

Fraternā dico charitatē. qꝛ. ſ. nō vident̄ ſcire ꝙ teneant̄ bñfacere fratribꝰ ⁊ vicinis. Et iō bñficia eis negāt. vnde Deut. xxxiij. Dixerūt patri ⁊ mr̄i neſcio vos. ⁊ fratribꝰ ſuis ignoro illos. Quia ad lr̄aꝫ auari nō recognoſcunt: nec ꝓpinq̄s nec ꝯſanguineos. Itē moꝛtis ꝓpinquitatē qꝛ. ſ. iſti vident̄ ſe neſcire moꝛituros. Et iō cōminat̄ eis dñs Matth. xxiiij Neſcitis q̄ hoꝛa dñs vr̄ venturus ſit. Et. xxv. Neſcitis diē neq; hoꝛā. Itē dei benignitatē. qꝛ. ſ. iſti vident̄ neſcire ꝙ deus dederit eis bona q̄ hñt inq̄tū ipſi recognoſcere non dignant̄. de q̄ Oſee. xj. Ego nutricius effraym. ⁊ neſciebant ꝙ curarē eos. Itē ſaturitatē. Iō de ipis ꝓprie dr̄ illđ Eſa. lvj. Canes ipudētiſſimi neſcierūt ſaturitatē. Et cōpa ipos canibꝰ ſicut ſupꝛa. Quarti aūt ſīt ꝓfeſſoꝛes mūdane ſapientie: ſil'es ebꝛijs q̄ vino ſapie tp̄alis ita ſīt repleti ꝙ neſciunt aliq̄d de ptinētibꝰ ad ſalutē. De h̄ vide. ſ̄. de Ebꝛio. vñ Eſa. xxviij. Sacerdos ⁊ ꝓpha neſcierūt p̄ ebꝛietate: abſoꝛpti ſunt a vino. Et Hiere. ij. dr̄. Sacerdotes nō dixerūt vbi eſt dñs. ⁊ tenētes legē neſcierūt me. Et illud p̄dictum Hiere. iiij. Sapientes ſunt ⁊c̄. Et hoc de Neſcire ſufficit. Uide ſupꝛa de Ignoꝛantia.

# Nichanoꝛ.

Nota ꝙ Nichanoꝛ q̄ interptat̄ ſtās lucerna: vel ſtatura lucida q̄ fuit pnceps iniq̄ſſimus. quē Antiochus ꝯ̄ filios iſrl̄ deſtinauit. ⁊ q̄ eos crudel'r flagellauit. In fine tñ perijt turpiter ⁊ deceſſit: ſicut ponit̄. j. Mach. vij. ⁊ deinceps ⁊c̄. pōt ſignare malos ꝯſiliarios pncipū ⁊ magnatū. qꝛ. ſ. iſti credunt̄ eſſe lucerna ⁊ gubernacula regni ⁊ patrie. cum tñ ſint filioꝝ iſrl̄. i. eccleſiaſticoꝝ et ſimpliciū ſubuerſio ⁊ flagellum. Notabis ḡ ꝙ exēplo iſtius tales ſolent eſſe

Fallaces ⁊ ꝓditoꝛes.
Tyrāni ⁊ exactoꝛes.
Maloꝝ fautoꝛes. vel
Prauoꝝ ſuſtētatoꝛes.
Bonoꝝ moleſtatoꝛes.
Penarū toleratoꝛes.
Supbi ⁊ iactatoꝛes.
Cauti ſimulatoꝛes.
Mali terminatoꝛes.

Dico ḡ ꝙ malus ⁊ tyrānicus pnceps eſt vt cōiter fallax ⁊ ꝓditoꝛ. ſicut de iſto legit̄. ij. Macha. xiiij. ꝙ audiuit rex Nichanoꝛē rebus alienis aſſentire. et exaſpatꝰ ſcripſit nichanoꝛi. Itē eſt vt cōiter rapax ⁊ exactoꝛ. ſic de iſto legit̄. ij. Macha. viij. ꝙ ipē ꝯſtituit regi. ꝙ tributū dandum romanis de captiuitate iudeoꝝ suppleret. Item eſt vt cōiter maloꝝ ⁊ peſſimoꝝ fautoꝛ. ſicut de iſto legit̄. ij. Macha. xiiij. ꝙ gentes q̄ de iudea fugerāt ſe nichanoꝛi miſcebant. Itē eſt vt cōiter iuſtoꝝ grauatoꝛ. ſicut de iſto legit̄. ij. Mach. ix. ꝙ volēs manifeſtare odiū qđ habebat in iudā nichanoꝛ miſit milites vt eū compꝛehenderēt. Itē eſt vt cōiter mali toleratoꝛ. qꝛ. ſ. tales vt cōiter in toꝛmētis finiunt dies ſuos. ſicut de iſto legit̄. j. Macha. vij. ꝙ ꝯtrita ſunt caſtra Nichanoꝛis ⁊ cecidit ipſe. Et ſicut dicit̄ ibidem. Caput ⁊ dexteram amputauerūt ei ⁊ in arce altiſſima ſuſpenderūt. Et merito. qꝛ certe talis vt communiter eſt ſupbie iactatoꝛ. ſicut. ij. Mach. xv. legitur. Qꝛ ſumma ſupbia erectus nichanoꝛ dixerat. Si eſt potens in celo q̄ p̄cepit ſeruare diem ſabbati: ⁊ ego potens ſum ſup terrā q̄ impero ſumi arma. Item eſt vt cōiter cautus ſimulatoꝛ. ſicut de iſto legit̄. ij. Mach. xiiij. Qꝛ moꝛabat̄ nichanoꝛ hieroſolymis nihilq; inique agebat ⁊c̄. Sꝫ finaliter dico ꝙ iſte eſt malus terminatoꝛ. qꝛ ſicut legit̄. ij. Mach. viij Facinoꝛiſſimus nichanoꝛ depoſita veſte gloꝛie ſolus fugiens venit antiochiā. h̄ eſt dictu. applicuit in infernum.

# Nihil.

Nota ꝙ cum nihileitas nihil aliud ſignat q̄ꝫ nō entitas. Uñ nihil eſſe. idē eſt qđ nō eē. Inde eſt ꝙ ſꝫm ꝙ eſſe diſtinguit̄ pōt p oppoſitū nihil diſtigui Et qꝛ inuenit̄ Eſſe nature. Eſſe vite. Eſſe foꝛtune. Eſſe culpe. Eſſe finale. Eſſe ꝟtuale. Eſſe pene. Sic ⁊ de nihil poſſimus dicere. ꝙ fit mētio in ſcriptura de nihilo q̄tum ad oia ſupꝛadicta. Unde nota ꝙ nihil multiplex ſignat ſcilicet

Naturalem ꝯditionem.
Perſonalem duratione͂.
Tp̄alem ſucceſſionem.
Criminalem infectionē.
Infernalem afflictionē.
Coꝛpalem diffinitionem.
Uirtualem pfectionem.

Eſt igit̄ vnū nihil qđ eſt naturale. Et iſta eſt tota conditio humana ⁊ natura. qꝛ pꝛo certo iſta rōne ſue vilis ⁊ fragilis cōditionis pōt merito dici nihil. vñ Eſa. xl. Oēs gētes q̄ſi nō ſint ſic ſunt coꝛaꝫ eo. ⁊ q̄ſi nihilū ⁊ inane reputare ſunt. Et iđo de nihileitate humane nature hñ pōt dici illud. j. Thimo. vj. Nihil intulimus in hūc mundū. Item dico ꝙ eſt vnū nihil qđ eſt pſonale. ſ. vita pñs. de q̄ Iob. vij. Parce mihi dñe. nihil enim ſunt dies mei. Itē eſt vnū nihil tp̄ale. Et iſtud ſignat bona mūdi. q̄ ꝓcerto ⁊ q̄tum ad ꝯditionem. ⁊ q̄tū ad valoꝛem ⁊ q̄tum ad dulcoꝛem penitꝰ nihil ſunt. vñ Hiere. iiij. Reſpexi terrā ⁊ ecce vacua erat ⁊ nihili. Et ſapie. vij. Diuitias nihil eſſe dixi. et in pſ̄. Nihil inuenerūt oēs viri diuitiarum in manibus ſuis. Itē eſt vnū nihil qđ eſt criminale. ⁊ ⁊ iſtud eſt nihil pcti. Teſte eñ Aug. Pctm̄ nihil eſt ⁊ nihil fiunt hoies cū peccant. Pſ̄. Ad nihilū deuenient tanq̄ aq̄ decurrēs. Item eſt vnū nihil qđ eſt infernale. Et illud ē pena ſeu ſtatus dānatoꝝ q̄ hoies ad nihilat ⁊ deuaſtat. et q̄ a pꝛiſtina ſua ꝓſperitate. ipos facit penitus nihil eſſe. Uñ de aia dānata pōt dici illud Eſa. xxxiiij. Extēdit ſup eā mēſuram vt redigat̄ in nihilū. qꝛ ſcꝫ qñ mēſura diuini iudicij ſup iſtos extendit̄. tūc ad nihilū ppetuū reducunt̄ Ezech. xxviij. Nihil factus es ⁊ nō eris imppetuū. Item eſt vnū nihil qđ eſt finale ſeu coꝛpale. Et iſtud ſignat moꝛtē. q̄ ſcꝫ annihilat oñe viuū. vñ Iob. xvij. Mēbꝛa mea ad nihilū redacta ſunt. Item eſt vnū nihil qđ eſt ꝟtuale. Et iſtud eſt nihil humilitatis. qđ eſt qñ homo p̄ humilitate ⁊ ſe ⁊ bona ſua ⁊ merita reputat eſſe nihil. Unde de iſto nihilo ſcꝫ paupertatis et humilitatis dicit̄. ij. Choꝝ. vj. Tanq̄ nihil habentes ⁊ omnia poſſidentes. Et in pſ̄. Pꝛo nihilo ſaluos facies illos. ⁊ alibi. Pꝛo nihilo habuerūt terrā deſiderabilem. qꝛ ſcꝫ pꝛo paupertatis ⁊ humilitatis nihilo homines ſalui efficiunt̄. ⁊ t.rra deſiderabilis paradiſi eis a dño conceditur ⁊ donat̄. Sed p̄dictis expoſitionibus p̄miſſis ⁊ omiſſis. dicamus adhuc de nihilo inq̄tum ſignat carentiam omnis boni. Et notemus ꝙ iſtud vocabulum nihil ſignat carentiā oim gratiarū meritoꝝ. operū ⁊ ꝟtutū. Nota ergo ꝙ mali nihil ſunt. Et hoc qꝛ ipi habent. ſ. Nihil de

Diſcretione.
Compaſſione.
Duratione.
Poſſeſſione.
Dilectione.
Perfectione.
Pꝛoſperitate.
Sagacitate.
Utilitate.
Uirilitate.
Conſolatione.
Conuerſatione.
Operatione.

Dico igit̄ ꝙ mali nihil debēt dici. qꝛ pꝛo certo ipſi habent nihil. i. carentiā diſcretionis. Uñ ipſi poſſunt dicere illud Numeri. xj. Nihil vident oculi noſtri niſi man. Man enim quod erat cibus dulcis qui faciliter coꝛrumpebatur. et qui pꝛo via deſerti fuit tm̄ filijs iſrael conceſſus. ſignat tempoꝛalia bona. que ſolum pꝛo deſerto huius mundi ſunt hominibus cōceſſa. Quia vere multi ſunt hodie ⁊ fere omnes qui nihil vident niſi man id eſt qui non habent aliquā diſcretionem niſi in tempoꝛalibus. Unde etiam de eccleſiaſticis ⁊ mundi ſapientibus dicit̄ Ezech. xiij. Ue pꝛophetis inſipientibus qui ſequuntur ſpiritū ſuum et nihil vident. Item habent carentiam compaſſionis quia ſcilicet iſti ſunt auari ⁊ iniqui. Unde Eccli. x. dicitur

de auaro. ꝙ auaro nihil ē ſceleſtius. nihil iniquius q̃ amare pecuniã. Item ipſi habẽt nihil ſeu carentiã durationis. Tales eñ non durant nec perſeuerãt in bono. pš. Ad nihilum redactus ſum ⁊ neſciui. Naturaliter eñ iſti non durant nec perſeuerant. quia viri ſanguinum nõ dimidiabũt dies ſuos Iob. vij. Nihil eñ ſunt dies mei. Item iſti nihil habent poſſeſſionis. quia etiam ad lr̄am ſepe fit ꝙ poſſeſſio ⁊ affluentia tẽpalis impijs denegatur. ꝙ ſi eis quandoq; conceditur nullatenus perſeuerat. Unde in pš. Dormierunt ſomnum ſuum ⁊ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Mors enim a talibus totũ aufert. Quia ſicut dicitur Iob. xxvj. Diues cum dormierit nihil ſecum affert. aperiet oculos ſuos et nihil inueniet. Itẽ iſti nihil habent dilectionis. vnde. j. Cor. xiij. Charitatem autem non habeam nihil ſum. Item iſti nihil habent ꝑfectionis Hebreo. vij. Nihil autem ad ꝑfectum adduxit lex. Item iſti nihil habent ꝓſperitatis. quia ſcʒ ꝓſperitas tẽpalis nõ eſt ꝓprie ꝓſperitas cum magis habeat de aduerſitate q̃ de ꝓſperitate. Unde Hiere. ij. Contriuit deus confidentiam tuam ⁊ nihil habebis proſperum. Item iſti nihil habent ſagacitatis Luc. xviij. Et ipſi horum nihil intellexerunt. Item nihil habent vtilitatis. Quia videlicet nihil q̃d faciunt eſt eis bonũ ⁊ vtile ad ſalutem. Unde ipſi poſſunt dicere illud Luce. v. Domine per totam noctem laborauimus ⁊ nihil cepimus. Item nihil habent virilitatis. q2 ſcʒ nihil habent conſtantie vel virtutis. Unde Daniel. x. Nihil in me remanſit virium. Item dico ꝙ iſti nihil habẽt conſolationis. Ita eñ ſunt triſtes ⁊ inuidi ꝙ in nullo conſolãtur. ſicut aman inuidens mardocheo. qui dicebat Heſter v. Nihil habere me puto q̃diu videam Mardocheũ. Itẽ nihil habent bone conuerſationis. quia ſicut dicit̃ Exo. x. Nihil virens in egypto relictum eſt. Item iſti nihil habẽt bone operationis. ij. Theſſa. iij. Audiuimus quoſdaʒ ambulare inter vos nihil operantes. Et ſic igitur patet quomodo nihil q̃tum ad malos diuerſimode ſumitur in ſcriptura. Sʒ adhuc põt dici ꝙ nihil põt applicari ad viros ſpũales ⁊ bonos. Et hoc inq̃tum nihil põt dicere carentiã omnis mali. Unde nota ꝙ boni habent Nihil

Cupiditatis.
Inhoneſtatis.
Calamitatis.
Carnalitatis.
Fatuitatis.
Preſumptionis.
Elationis.
Succeſſionis.

Iſti ergo nihil habent de cupiditate. q2 ſcʒ iſtud modicum quod habent ſufficit eis. ⁊ ſic nõ cupiunt ampliora. Et ſic loquitur. j. Cor. j. In omnibus diuites facti eſtis. ita vt nihil vobis deſit. Item nihil habent de inhoneſtate. Unde. iij. Regum. vj. dicitur ꝙ nihil erat in templo quod non auro tegeretur. Aurum enim claritatem honeſtatis deſignat. Item nihil habẽt de calamitate. q̃uis eñ multa ſuſtineant in hoc mundo. quia tamen amore dei placet eis. non eſt ei calamitas neq; pena. habent enim virtutem ſufficientie que omnibus diuitijs equipollet. Unde Nee. ix. Nihil eis defuit in deſerto. Ad lr̄am etiam diuina ꝓuidentia vt cõmuniter non patitur vt iuſtis in neceſſitate aliquid denegatur. vnde Luce xxij. Quando miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera nunquid aliq̃d defuit vobis? Dicunt ei nihil. Item nihil habẽt de carnalitate. Iſti enim ſunt illa ſapiã. de qua dr̄ Sap̃. vij. Nihil inq̃natum in eam concurrit. Item nihil habẽt de fatuitate. Quia ſicut dicit̃ Sap̃. viij. Prudentiam ⁊ ſapientiam docet q̃bus nihil eſt in vita vtilius hominibus. Item dico ꝙ iſti nihil habẽt de p̃ſumptione. quia ſcʒ non confidunt de ſuo ſenſu immo innitunt̃ conſilijs alioꝝ. iuxta illud Ecci. xxxij. Fili ſine cõſilio nihil facias. Itẽ nihil habẽt de elatione. q2 vicʒ ſemꝑ habẽt timorẽ dñi ſecum audientes illud Ecci. xxiij. Nihil melius q̃ timor dei. ⁊ nihil dulcius q̃ attendere mãdatis dñi. Itẽ nihil habẽt de terrena ſucceſſione. q2 ſcʒ iſti nõ poſſidẽt diuitias in hoc mũdo. Iuxta illõ Luce. ix. Nihil tuleritis in via neq; virgam neq; panam. neq; peram. neq; duas tunicas habeatis. Sed nota adhuc ſi vis ꝙ apud deum nihilum reputantur Hi qui

Uigent magna potentia.
Pollent mundi ſcientia.
Fulgent falſa iuſticia.
Gaudent vana leticia.
Tumẽt magna ſubſtãtia.

Igit̃ dico ꝙ apud deum nihil ſunt tyranni vigentes magna potentia. vñ Eſaie xxxiiij. Omnes ꝓncipes eiꝰ ſcʒ babylonis erunt in nihilum. Item nihil reputant̃ clerici fulgẽtes mundi ſcientiã Quia ſcʒ ſicut dicit̃ Eſa. xl. Deus eſt qui extẽdit quaſi nihilum celos. celos inquit. i. clericos. Item nihil reputant̃ hypocrite pollentes ficta iuſticia. vñ de ydolis dr̄ Eſa. xlj. Ecce vos eſtis ex nihilo. ⁊ opus vr̄m ex eo q̃d nõ eſt. Iteʒ nihil reputant̃ fatui gaudentes vana leticia. vñ Amos. vj dicit̃. Ue qui letamini in nihili ⁊ dicitis. Nunq̃d in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Item nihil reputant̃ diuites tumẽtes magna ſubſtãtia. pš. Ad nihiluʒ redactꝰ eſt in ↄſpectu eiꝰ malignꝰ. i. malus diues. dicẽs. ſ. dño illud pš. Subſtãtia mea tanq̃ nihilũ ante te. Et h̃ de nihil ſufficit ſiue in bono ſiue in malo.

**Nidus.** Cum nidus ſit locus qui ab auibus edificat̃ ⁊ inhabitatur. ⁊ ibidem ab ipſis pullificatur. Notabo ꝙ in ſcriptura reperitur Nidus

Perfectorum.
Peccatoꝝ. vel
Mundanoꝝ.

Nidus iuſtoꝝ ⁊ ꝑfectoꝝ eſt inferior religio ⁊ eccleſia. Interior intẽtio ⁊ cõſciẽtia. Superior paradiſus ⁊ celi curia. Ubi eñ cor hoīs figit̃ ibi nidũ habere dicit̃. ibi pullos affectuũ ⁊ operũ facere comprobat̃. Et nota ꝙ iuſtoꝝ triplex eſt nidus. ſ. Inferioris eccleſie. Interioris ↄſciẽtie. Et ſuperioris celi patrie. De inferiori religione vel eccleſia dr̄ in pš. Eteñ paſſer inuenit ſibi domum ⁊ turtur nidum vbi reponat pullos ſuos. Altaria tua dñe v̄tutũ. De interiori ṽo intentione ⁊ ↄſciẽtia. vbi ſcʒ hõ nidificat meditando et de celo ⁊ inferno cogitando. dr̄ Luce. ix. Or vulpes foueas habẽt ⁊ volucres celi nidos. Iuſtus eñ dicit̃ volucris q̃ñ celeſtia ↄtemplat̃. ⁊ vulpes q̃ñ infernalem foueam meditatur. De ſuperiori habitatione ⁊ manſione ⁊ celeſti patria dicit̃ Iob. xxxix. Eleuabitur aquila ⁊ in arduis ponet nidum ſuum. Iſti ergo ſunt nidi iuſtorum. Scd̃o dico ꝙ inueniunt̃ nidi malorum. Et iſti certe ſignificant Mundum. Peccatum. ⁊ Infernum. Mali eñ nidificãt in mũdo tẽpalia diligẽdo. Iſte eñ eſt nidus hyrundinum cuius ſtercora calida dormientẽ thobiam excecauerũt Thob. ij. Et reuera tam mũdus q̃ ſtatus peccati dicitur Nidus

Fedus per luxuriam.
Plenus per auariciã.
Altus ꝑ ſuperbiam.

Nidus ergo fedus dicit̃ per luxuriã. Iſte ē nidus vppupe q̃ nidificat in ſtercoribꝰ. ſic luxurioſi nidificãt in immũdicijs. Uñ de malis mulieribꝰ poteſt dici illud Eſa. xvj. Sicut auis fugiens ⁊ pulli de nido auolantes. ſic erũt filie moab. Nidus etiã plenus dr̄ ꝑ auariciã q2. ſ. auari ↄgregãt in nidis diuitias ſuas ſicut aues ꝑdales cadauera. de q̃ Abacuc. ij. Ue q̃ ↄgregat auariciam domui ſue vt ſit in excelſo nidus ſuꝰ. Nidus etiã altꝰ dr̄ ꝑ ſupbiã. vñ Abd̃. Si int̃ ſydera poſueris nidũ tuũ inde detrahã te. dixit dñs ſupbo. Et breuiter de iſtis tribꝰ ramis ꝓſperitatis mundane. nidificant hodie peccatores. ſ. In

Delicijs per luxuriam.
Diuitijs ꝑ auariciam.
Honoribus et eminen-

tijs ꝑ ſuperbiã. Figura Ezech. xxxj. vbi dr̄. ꝙ in ramis cedri fecerũt nidos oīa volatilia celi. Sed certe finaliter ibi habebunt nidum cũ demonibꝰ in inferno Hiere. xlix. Cum exaltaueris quaſi aq̃la nidũ tuũ inde detrahã te. ⁊ erit ydumea deſerta ⁊c.

**Nigredo.** Nota ꝙ nigredo ſignat i ſcriptura tã in bono q̃ in malo. In bono eñ ſignificato. nigredo q̃ vt cõiter a calore ꝓcedit eſt color ceteꝝ obſcurior ⁊ vilior. ⁊ ſignat virtutem humilitatis. quã ſcʒ calor charitatis generat. ⁊ obſcuritas mortificationis et penitentie. commendat. Sicut enim videmus ꝙ multi ſunt fructus qui nullatenus maturi efficiuntur niſi quando nigredine veſtiuntur. Sic ꝓcerto nullus efficitur maturus aut ſanctus niſi humilitatis nigredine ſit veſtitus. Et ſic figurantur tales Geñ. xxx. Ubi laban p̃elegit oues nigras ⁊ albas et dimiſit diuerſi coloris ⁊ varias. Ad denotandum ꝙ illi qui per innocentiam ſunt albi. et per nigredinem humiles et abiecti a deo eliguntur. varij ṽo ⁊ fraudulenti repudiantur. Et hinc eſt ꝙ ſponſa chriſti dicit Cañ. j. Nigra ſum ſed formoſa filie hierl̃m ⁊c. Et Cañ. v. Come tue ſicut elate palmarum nigre ſicut coruus. In malo ṽo ſignificato dico ꝙ per nigredinem que ceteris eſt vilior color. Et in alium colorem immutabilior. ſignat ſcilicet

Mortis horrorem.
Culpe errorem.

Mortis dico horrorem: q2 oculi et facies ⁊ omnia bona nature in

Inferni timoꝛem.

moꝛte fiunt obſcura. ſicut dicitur Ezech.xxx. In taphnis nigreſcit dies cū ɔtriuero ſceptra egypti ⁊ defecerit potentia eius. Culpe autem ſignat terrorem quam ſcꝫ ardoꝛ auaricie: ⁊ fumus ſuperbie: ⁊ ſqualoꝛ etiam luxurie introducit. Vñ de peccatoꝛibus dicitur Naum.ij. Facies omnium ſicut nigredo. talpe vt ſic peccatoꝛ figuretur in equo Apoca.vj. vbi dicitur. Ecce inquit equ⁹ niger: ⁊ qui ſedebat ſuper eum nomē illi moꝛs: ⁊ infernus ſequebatur eum. Inferni etiam terroꝛem ⁊ timoꝛem deſignat vbi ſcꝫ omnia ſunt obſcura. vnde Zacharie.vj. dicit̃ Q꞉ quadriga in qua erant equi nigri egrediebat̃ in terraꝫ aquilonis que ſcꝫ eſt frigidiſſima. per quam ſignificat̃ infernus. qꝛ ſcꝫ ibi eſt frigus: ⁊ ardoꝛ: ⁊ fumus. Sicut de dānatis dicit̃ Baruch.vj. Q꞉ nigre fiunt facies eoꝛum de fumo qui in domo fit. Iſta autem de nigredine ſufficiant. qꝛ pauce ſunt auctes: licet varia ſunt exempla. Vide vbi Obſcuritas ⁊c̃.

## Nimietas. Nimis.

Cum Nimis ſeu nimius aliquando in ſcriptura denotent ſupabundantiam in bono. aliqñ deſignant exceſſum ⁊ ſupabundantiā in malo. Hinc eſt ꝙ nimietatē bonā ⁊ nimietatē malā poſſum⁹ inuenire. Primo quidem dico. ꝙ nimis pōt accipi in bono. Et ſic nimis idē eſt qđ multum. maxime ſeu valde. Et notandū ꝙ boni habēt nimietatē. i. ſupabūdantē fertilitatē in oībus bonis tā ſpūalib⁹ ꝙ̃ eternis. Inuenio em̄ ꝙ iſti habēt Nimium

Doloꝛem contritionis.
Laboꝛem afflictionis.
Clamoꝛem confeſſionis.
Splendoꝛē diſcretionis.
Decoꝛē cōuerſationis.
Timoꝛē trepidationis.
Honoꝛē dominationis.
Valoꝛem retributionis.

Dico ergo ꝙ boni habent nimietatē doloꝛis. qꝛ ſcꝫ ꝑ doloꝛem ⁊ cōtritionem in coꝛde multipliciter cōtriſtant̃. ſicut dicebat dauid in pš. Afflict⁹ ſum ⁊ humiliatus ſuꝫ nimis rugiebā a gemitu coꝛdis mei. Itē habent nimietatem doloris ⁊ laboꝛis. qꝛ ſcꝫ boni ⁊ iuſti nimis penis ⁊ laboꝛibus fatigant̃. vnde Judicū.x. Afflictus eſt iſrael nimis. Itē habent nimietatem clamoꝛis. Clamat em̄ valde ⁊ nimis orādo. confitendo: ⁊ deum laudando ⁊ predicando. pš. Confitebor domino nimis in oꝛe meo. Item habent nimietatē ſplendoꝛis. Splendoꝛem em̄ clare diſcretionis habent viri ſancti. ſicut dauid dicebat in pš. Mirabilia opera tua ⁊ anima mea cognoſcet nimis. Item iſti habent nimietateꝫ decoꝛis. quia ſcꝫ per bonam ⁊ honeſtam cōuerſationē pre ceteris ſunt decoꝛi. ſicut de ſuſanna dicit̃ Dañ.xiij. Q꞉ ipa ſuſanna erat mulier pulcra nimis. Et de Judith dicit̃ Judith.viij. Q꞉ ipa erat eleganti aſpectu nimis. Item habēt nimietatē timoꝛis. qꝛ ſcꝫ boni viri ſemꝑ habent timoꝛē dei in coꝛde ſuo. Quia bene ſciunt quod ſcꝫ dꝛ Ecci.j. Vnus eſt altiſſimus creatoꝛ oīm omnipotēs rex: potēs ⁊ metuendus nimis. Nimis enim timent iuſti dei ſeueritatē: inferni penalitatem: ⁊ demonum malignitatem. vnde.j. Regū xxviij. dicit̃. ꝙ Saul vidēs caſtra philiſtijm timuit ⁊ expauit coꝛ eius nimis. Itē habent vel ſaltem habebunt in paradiſo nimietatem honoꝛis. quia tūc verificatur illud pš. Nimis honoꝛati ſunt amici tui deus: nimis cōfoꝛ. eſt pꝛincipa. eoꝝ. Et ſic ſequit̃ ꝙ ipſi habebunt nimietatem valoris. ſicut ipſi in hoc mundo habent nimietatem bonoꝛum operum et virtutum. Figurati in arboꝛe Dañ.iiij. de qua dicitur. ꝙ altitudo eius nimia ⁊ fructus nimij. Sic habebunt in futurum nimietatem et abundantiam muerū eternoꝛum atqꝫ celeſtium ꝑmioꝛum. Quia tunc implebitur illud Geñ.xv. Noli timere Abraam quia ego tecum ſum: ⁊ merces tua magna nimis. Et iſtud ē illud nimis quod ad bonos dinoſcit̃ ꝑtinere. Signat ergo nimis in bono. Sꝫ ſcđo dico. ꝙ nimis ſignat in malo. Et ſic pōt ſignificare exceſſum vicioꝝ ⁊ maloꝝ quē mali habēt in hoc mūdo. Sicut em̄ ſerpētes excedūt in venenoſitate. leones in crudelitate. poꝛci in voluptate ⁊ feditate. Sic mali ꝓculdubio excedūt i nimia iniq̄tate. vñ Eze.ix. Iniq̄tas iſrl̄ ⁊ iuda mag̃ eſt nimis valde. Et nō ꝙ tales hñt in h mūdo Exceſſum

Leticie ⁊ iocunditatis.
Affluentie ⁊ ꝓſperitatis.
Caſtrimargie ⁊ ebꝛietatis.
Ignoꝛātie ⁊ obſcuritatis.
Luxurie ⁊ carnalitatis.
Seuicie ⁊ crudelitatis.
Male apparentie ⁊ totius inhoneſtatis.

Dico ergo ꝙ iſti habēt nimietatem iocunditatis. ſicut dicitur de Nabal.j. Reguꝫ.xxv. ꝙ coꝛ nabal iocundū erat. erat em̄ ebꝛius nimis. Item habent nimiam ꝓſperitatem. Mali em̄ in hoc mundo plus ꝓſperant̃ ꝙ̃ boni. Unde ciuitati peccatrici dicit̃ Ezech.xvj. Similam: ⁊ mel: ⁊ oleum comediſti: ⁊ decoꝛa facta es vehemēter ⁊ nimis. Item iſti habent nimietatem guloſitatis. Unde de holoferne dicit̃ Judicū.xiij. ꝙ ipē iacebat ſuper lectum ſuum nimia ebꝛietate ſopitus. Item iſti habent nimietatem obſcuritatis. Non em̄ attendūt ad lucem ſapientie ⁊ claritatis: immo abhoꝛrent dicentes illud Eccli.vj. Aſpera eſt nimium ſapientia. Item iſti habent nimietatem carnalitatis. vnde de Aſſuero dicitur Heſter.j. ꝙ ipē poſt nimiam potationem incaleſcebat mero. Item iſti habēt nimietatem crudelitatis. vnde ibidem dicitur. ꝙ rex nimio furoꝛe ſuccenſus interrogauit ſapientes. Item iſti habent nimietatem male conſuetudinis ⁊ totius inhoneſtatis. vnde Hiere.ij. Q꞉ uilis facta es nimis iterans vias tuas. Et Ezechie.xxiiij. Multo laboꝛe ſudatum eſt: ⁊ non exiuit de ea nimia rubigo eius. Hic autem aduerte. ꝙ vna nimietas ſemꝑ vt cōmuniter tranſit ad nimietatem oppoſitam ſicut videmus in arboꝛibus: ꝙ ſi vno anno nimis abundant in fructibus: in ſequēti nimis erunt ſteriles. Humoꝛ em̄ nimis abundās citius deſiccatur. Sicut figuraliter dicitur Dañ.iiij. de illa pulcerrima arboꝛe. cuius altitudo nimia: cuius fructus erat nimius ꝙ ſubito ſucciſa eſt ⁊ perijt. Sic vere nimius exceſſus iniquitatis. iocunditatis ⁊ felicitatis ſeu mūdane proſperitatis: facile vertitur in exceſſum tribulationis ⁊ paupertatis. ⁊ tempoꝛalis ⁊ eterne calamitatis. Exempluꝫ de Nabuchodonoſoꝛ rege iniquiſſimo. ⁊ crudeliſſimo. ⁊ potentiſſimo ſubito mutato in beſtiam ⁊ a regno eiecto: qꝛ. ſ. in illa hoꝛa qua actualiter ſuperbiendo: ⁊ exceſſiue gaudēdo ⁊ gloꝛiando ipſe clamabat. nonne hec eſt babylon quā edificaui in caput regni ⁊c̃. in gloꝛia decoꝛis mei ⁊c̃. Facta eſt ſibi vox de celo dicens. Tibi dicit̃ Nabuchodonoſoꝛ rex ⁊c̃. vide Dañ.iiij. circa finem. Quia procerto iſtud eſt commune ꝙ de nimio caloꝛe peruenitur ad pluuiam. ⁊ de nimia ꝓſperitate ⁊ gaudio peruenitur ad miſeriam ⁊ triſticiam Eccli.xxj. Domus que nimis eſt locuples annullabitur ſuperbia. Unde illi potentiſſime ciuitati tyro dicitur Ezechie.xxvij. Gloꝛificata eſt nimis in coꝛde maris. Seq̄tur. Ventus auſter cōtriuit te. Nimia em̄ pinguedo moꝛs eſt. Et breuiter. Omne nimium repꝛobatur. Arboꝛes em̄ nimie facilius eradicantur a vento: ⁊ animalia nimia tardius fugiunt a periculo. Figura de illo hirco Daniel.viij. Hircus autem caprarum factus eſt magnus nimis. cūq꞉ creuiſſet fractum eſt coꝛnu magnum. Et ſic ergo patꝫ quō nimis ⁊ nimietas applicantur ⁊ ad bonos ⁊ ad malos. vide ſupꝛa de Multitudine vel de Multum.

## Niniue.

Nota ꝙ niniue que quondam fuit maxima ciuitas ſcꝫ itinere triū dierum ſicut dicit̃ Jone.iij. ⁊ que regni aſſyrioꝝ id eſt ſuperioꝛis ſyrie fuit caput. cum ſyri idem ſint qđ aſſyrij ſicut dicit Juſtin⁹ libꝛo ſcđo. ⁊ q̄ interꝑtat̃ ſeta vel ſpacioſa. germē pulcritudinis vel natiuitas pulcra. pōt ſignificare in bono ⁊ in malo Et pꝛimo quidē in bono. Et ſic certe dico ꝙ ſignat

Animam innocentem.
Eccleſiam militantem.
Et patriā triumphantē.

Anima em̄ pulcra eſt ⁊ fecunda per innocentiam. Eccleſia militans per penitentiam. Eccleſia triumphans per gratiam ⁊ affluentiam. In anima ſunt tres diete: hoc eſt dictu. tres naturales potentie ſcilicet Intellectus. Memoꝛia. et Voluntas. In militanti eccleſia ſunt tres diete: hoc eſt dictu. tria religionis vota: ſeu tres partes penitentie. vicꝫ. Contritio. Confeſſio. Satiſfactio. In celeſti vero patria ſunt ſimiliter tres diete. videlicet tres dotes anime ſeu gloꝛie. que ſcꝫ ſunt Viſio. Fruitio ⁊ Tentio. De anima poteſt dici illud Jone.iij. Niniue erat ciuitas magna. Et vere magna eſt anima que per intellectum: memoꝛiam ⁊ voluntatem omnia compꝛehēdit. De militanti eccleſia poteſt dici illud Jone.j. Vade in niniue ciuitatem magnam ⁊ pꝛedica ibi verbum domini. De celeſti vo gloꝛia: patria ſeu curia poteſt dici illud quod dicitur Thob.xiiij. Q꞉ Thobias ſepultus eſt honoꝛifice in niniue. Et ſic notabis. ꝙ niniuite ſunt viri iuſti. qui ſcꝫ ꝑſe-

deuoter deo credunt: ⁊ ſua mala deflent ⁊ crimina loquun-
tur: celum ſcādunt ⁊ ſurſum ſublimantur. Iſti dico domi-
no ſolent credere Ione. iij. Crediderunt viri niniuite do-
mino. Item crimina ſolent plangere Ione. iij. In niniue
ex ore regis ⁊ principum. ⁊ homines ⁊ iumenta non guſta-
bunt quicꝙ̄ ⁊c. operiant̄ ſaccis ⁊ clament ad dominū. Itē
ad celum ſolent ſcandere Luce. xj. Viri niniuite ſurgent in
iudicio. Et ſic patet ꝙ niniue ſignat in bono. Sed adhuc
dico ꝙ niniue ſignat in malo. Et ſic dic ꝙ iſta fuit
Crudelium domus ⁊ habitatio. Et ſic certe dico ꝙ
Potentium locus ⁊ exaltatio. hec ſignat mundū
Fidelium luctus ⁊ flagellatio. et mundi proſperi-
tatem: vbi ſcȝ mali principantur. vnde Iudith. j. dicitur.
ꝙ Nabuchodonoſor regnabat in niniue. Item ibi magni
dominantur. vnde Eſaie. xxxvij. dicit̄. ꝙ ſennacherib rex
aſſyriorum habitauit in niniue. Item boni ⁊ maxime prin-
cipes flagellantur et moleſtantur. Vnde angelus ⁊ Tho-
bias dixerūt Thobie. vij. Ex tribu neptalim ſumus ex ca-
ptiuitate niniue. In fine autem niniue id eſt mūdus ⁊ mū-
di honores deſolantur ⁊ diſſipantur. vnde Naū. j. Onus
niniue: liber viſionis naum. Et Naum. ij. Niniue quaſi pi-
ſcina aquarum. Sequitur. Diſſipata: ⁊ ſciſſa: ⁊ dilacerata
⁊ cor tabeſcens: ⁊ diſſolutio geniculoꝝ. et defectio in cun-
ctis renibus: ⁊ facies omniū ſicut nigredo olle. Sufficit.

**Niſi.** Nota ꝙ iſta dictio niſi quandoqꝫ ponitur ꝑ mo-
dum exceptionis. ſicut cum dicitur Luce. iiij. ꝙ multi le-
proſi erant in hieruſalem tempore Heliſei: ſed nēmo eorū
mundatus eſt niſi Naaman ſyrus. Quandoqꝫ per modū
conditionis: ſicut cum dicitur Marci. xiij. ꝙ niſi abreuiaſ-
ſet dominus dies antichriſti non fuiſſet ſalua omnis caro.
Quandoqꝫ per modum cōminationis: ſicut cuȝ dicitur. j.
Mach. xiiij. Niſi mihi vinctum iudam tradideritis: iſtud
dei ꝓhanum in planiciem deducam. Et poſſumus notare
ꝙ ſicut homines cauti ſemper ſolent in ſuis contractibus
ponere vnum niſi id eſt vnam conditionem qua ſcȝ ſtante
conſueuit ſtare contractus: ⁊ non ſtante non ſtare. Sic re-
uera videtur ꝙ in rebus humanis ⁊ diuinis ſemper inue-
nitur niſi. id eſt aliqua dubitatiua exceptio vel conditio. q̄
niſi: niſi completa fuerit totum periit. In rebus etiam hu-
manis nihil inuenit̄ purū aut abſolutū. oīa ſunt cum niſi.
Sic igit̄ notabo ꝙ in ſcriptura niſi ſignificat Quo ad
Deum ſingularem excellentiam. Primo igitur di-
Iuſtū ꝯtualē ſapiaȝ vl̄ prudentiā. cam ꝙ eſt vnum ni-
Impios vicioſam diligentiam. ſi quod ſpectat ad
Beatū glorioſam affluentiam. deum. Et iſtud pro-
certo eſt vnum niſi excellentie ſingularis: ſicut cū dicit̄. ꝙ
nemo pōt hec facere que tu facis niſi fuerit deus cum eo.
Et ſic notabis ꝙ iſtud niſi. i. iſta excellētia apparet in mul-
tis. vicȝ in hoc Quia Dico ergo ꝙ deus ha-
Viros iuſtos iuuat ⁊ liberat. bet ſuum niſi. i. ſuam
Res humanas regit ⁊ tempat. ſpecialem ꝓrogatiuā
Res diuinas mōſtrat ⁊ reſerat. iuſtos iuuando ⁊ li-
Peccatores damnat ⁊ vulnerat. berando. Vñ in pſ.
Viros iuſtos trahit ⁊ federat. dicit dauid. Niſi qꝛ
dñs adiuuit me: paulominꝰ habitaſſet in inferno aīa mea.
Et Gen. xxxj. Niſi deus patris mei abraam affuiſſet mihi:
forſitā modo nudū me dimiſiſſes. Itē mūdo regēdo ⁊ mo-
derando. Negocia eñ mūdana ⁊ humana magis guber-
nantur ⁊ moderant̄ per diuinā ꝓuidentiā q̄ꝫ ꝑ humanā.
pſ. Niſi dñs edificauerit domū inuanū laborauerūt q̄ edi-
ficant eam. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatē fruſtra vigilat q̄
cuſtodit eam. Itē ſe reuelando ⁊ declarando ſeu etiā reſe-
rando. Conſtat eñ ꝙ nemo poteſt deū cognoſcere niſi ipē
deus oſtendat ⁊ reuelet homini ſemetipm̄. vñ Matth. xi.
Nemo nouit filiū niſi pater: neqꝫ patrē quis nouit niſi fili-
us ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et Luce. x. Nemo ſcit q̄s
ſit filius niſi pater: ⁊ quis ſit pater: niſi filius. Item malos
ledendo ⁊ vulnerando. Conſtat eñ ꝙ mali ſunt hodie tā-
te potentie: ꝙ niſi deus ipōs vulneraret laut morte ꝑueni-
ret nō eſſet q̄ reſiſteret: aut ab eoꝝ neqiciꝭ tutus eſſet: ſi-
cut de antixp̄o dicit̄ Marci. xiij. ꝙ niſi abbreuiati fuiſſent
dies eius nō fuiſſet ſalua oīs caro. Et in pſ. dicit̄. ꝙ niſi qꝛ
dñs erat in nobis: dicat nūc iſrael niſi quia dñs erat in no-
bis. Cum exurgerent homies in nos: forſitan viuos degluti-
tiſſent nos. Item iuſtos trahēdo ⁊ federādo. qꝛ. ſ. nemo ē
q̄ iuſtos trahere poſſet ad ipius amorē. ⁊ finalit̄ ad ꝑadiſi
gl'iaȝ ⁊ ſplendorē niſi ipēmet. vñ ipē dicit Iohis. xiiij. Ne-
mo venit ad patrem niſi ꝑ me. Et Iohis. vj. Nemo pōt ve-
nire ad me niſi pater meus traxerit eū. Et ibidem. Nemo
pōt venire ad me niſi ſibi datū fuerit a patre meo. Patet ergo
ꝙ eſt vnū niſi qḋ ſpectat ad deū. Scḋo dico. ꝙ eſt vnū ni-
ſi qḋ ſpectat ad iuſtum. Iuſti eñ habent ſuum niſi. i. ſuam
conditionem exceptiuam et ſuā ſingularem ꝓrogatiuam.
Et ſic nota ꝙ iuſti habent ſcȝ Vnum niſi quod facit
Bene viuere. Dicam ergo ꝙ eſt vnū niſi qḋ ſpūa-
Recte ſapere. liter facit viuere. Et iſtud eſt ꝓrogatiua
Rite credere. ſacramēti altaris. De quo dr̄ Ioh. vj.
Iuſte agere. Niſi mācducaueritis carnē filij hoīs et
Diu ſiſtere. biberitis eius ſanguinē nō habebitis vi-
Culpas luere. tam in vobis. Item eſt vnū niſi qḋ ſub-
Surſum ſcādere. tiliter facit ſapere. de quo Sap. vij. Ne-
Corda iūgere. minē diligit deus niſi q̄ cū ſapiētia inha-
bitat. Et illud. j. Coꝛ. ij. Nemo nouit hoīm q̄ ſunt in hoīe
niſi ſpūs hoīs q̄ eſt in illo. Itē eſt vnū niſi qḋ veraciter fa-
cit credere ſeu colere. vicȝ deū ſolū. vnde. iiij. Reg. v. Non
faciet vltra ſeruꝰ tuus holocauſtū ⁊ victimā dijs alienis
niſi dño. Itē eſt vnū niſi qḋ ꝯtualiter facit agere. vñ illud
ꝑdictū Ioh. iij. Nemo pōt hec ſigna facere q̄ tu facis niſi
fuerit deus cū eo. Itē eſt vnū niſi qḋ ſtabiliter facit ſiſtere
id eſt in bono perſeuerare. vñ Ioh. xv. Sicut palmes nō
pōt facere fructū niſi māſerit in vite. ſic nec vos niſi in me
māſeritis. Et Act. xxvij. Niſi in naui manſeritis ⁊c. ſalui fie-
ri nō poteſtis. Itē ē vnū niſi qḋ humiliter facit luere. ſ. vir-
tus penitētie Apoca. ij. Sin autē venio tibi ⁊ mouebo can-
delabrū tuū de loco ſuo niſi penitentiā egeris. Itē eſt vnū
niſi qḋ ſupnaliter facit ſcandere. ⁊ iſtud eſt humilitas vel
baptiſmus. De humilitate eñ dr̄ Ioh. iij. Qꝛ nemo aſcen-
dit in celū niſi q̄ deſcēdit de celo. De baptiſmo ꝟo dicitur
Ioh. iij. Niſi q̄s renatus fuerit denuo: non pōt intrare in
regnū dei. Item eſt vnum niſi qḋ mentaliter facit iungere
ſeu diligere. ſ. charitas. de qua Rom. xiij. Nemini quicq̄
debeatis niſi vt inuicē diligatis. Et ſic patȝ ꝙ niſi facit. Vi-
uere qḋ eſt dignitas magni ſacramēti. ſ. euchariſtia. Sape-
re qḋ eſt claritas ſani documēti. ſ. diuina ſapia vel ſcientia
Credere qḋ eſt firmi veritas fulcimenti. ſ. fides nr̄a. Age-
re qḋ eſt ſanitas diuini iuuamēti ſcȝ ipē deus ⁊ eius gratia
Siſtere qḋ eſt firmitas fortis fundamēti. ſ. ꝑſeuerantia et
conſtantia. Plangere qḋ eſt aſperitas triſtis nocumēti. ſ.
penitētia. Scandere qḋ eſt humilitas vilis condimenti. ſ.
contemptus ſui et puritas. Mentis iungere qḋ eſt chari-
tas tuti ligamēti ſcȝ amor ⁊ dilectio vera. Sic ergo patȝ ꝙ
eſt vnū niſi qḋ ſpectat ad iuſtū. Tercio dico ꝙ inuenit̄
vnū niſi qḋ ſpectat ad impiū. Conſtat eñ ꝙ mali habēt ſu-
um niſi. i. ſuam exceptionem: ⁊ ſuam in ſuis actibus frau-
dulentam et dubiam additionē. Et ſic notabo ꝙ iſti ſem-
per apponunt in ſuis verbis ⁊ operibus. ſ. Vnum niſi
Fallacitatis ⁊ fraudulentie. Eſt igit̄ in eoꝝ factis
Fatuitatis ⁊ ignorantie. incluſa vna cōditio: ſeu
Penalitatis ⁊ peſtilentie. etiā vnū niſi fraudulētie
⁊ fallacitatis. vnde Prouer. iiij. dicit̄. Qꝛ iſti nō dormiunt
niſi male egerint: nec rapitur ſomnus ab oculis eoꝝ niſi
ſupplantauerint. Itē ibi eſt vnum niſi ignorantie ⁊ fatui-
tatis. vnde Prouer. viij. dicit̄. Qꝛ non recipiet ſtultus ver-
ba prudentie niſi ea dixeris que verſant̄ in corde ſuo. Itē
ſubinfertur vnum niſi peſtilentie ⁊ penalitatis. ſ. pena in-
ferni. de qua dicit̄ Ioh. xvij. Nemo ex his periit niſi filiꝰ
ꝑditionis. Patet ergo quō niſi ſpectat ad impium. Quar-
to ꝟo dico. ꝙ niſi quādoqꝫ ſpectat ad beatū. Gloria enim
eterna eſt. vnū niſi. i. vna conditio quā nullus percipit niſi
beatus. de quo Apoca. ij. dicit dñs ſic. Vincenti dabo mā-
na abſconditum: ⁊ dabo illi calculum candidum: ⁊ in cal-
culo nomen meum ſcriptum quod nemo ſcit niſi qui acci-
pit. Sufficit.

**Nitere. Nitor.** Cum nitor idem ſit ꝙ ſplen-
dor: poteſt dici ꝙ nos inueni-
mus Nitorē poralis celſitudinis. De nitore ſeu
Sanctitudinis. ſplendore ſanctitudinis ꝯtualis dicit̄

Pulcritudinis. tur Treno.iiij. Q̄ꝛ nazarei niue erāt
Realis ſeu tem- candidiores:lacte nitidiores: rubicū-
diores ebore antiquo. Unde etiā de illa ſancta regina Heſter dicitur Heſter.xv. ꝙ nitentibus oculis triſtem celabat animū: vt ſcꝫ a morte ſuum pplm̄ liberaret. De nitore vero ſeu decore pulcritudinis corpalis dicitur Prouerb.x. Fauus inquit diſtillans labia meretricis: ⁊ nitidius oleo guttur eius. nouiſſima autē illius amara velut abſinthium: ⁊ lingua eius acuta quaſi gladius biceps. De nitore vero ſeu fulgore celſitudinis tempalis pōt dici illud Judicum.v. Quia aſcenditis inquit ſuper nitentes aſinas: ⁊ ſedētes in iudicio ⁊ ambulantes in via loquimini. Sufficit: quia nō ſunt auctoritates. Uide vbi fulgor. Splendor ⁊ Claritas et ſimilia.

**Niti.** Nota ꝙ niti idem eſt qđ ad aliquid agendū viriliter inſiſtere vel conari. Et ſic Niti in bono ſumitur ⁊ in malo. Jn bono eñ ſicut quando quis vltra vires vel ſaltem iuxta vires nititur. temptat ⁊ conatur facere. Talis eñ conatus laudabilis eſt. Quia ſcꝫ dato ꝙ nullus congruus ſequatur effectus: qui tamen iuxta poſſe nititur ⁊ conatur. apud deum ⁊ homines non ſolum excuſatur: immo etiam cōmendat̄: ſicut.ſ. de Joſia rege dicit̄.ij. Eſdre.j. ꝙ ipſe conabatur expugnare regem egypti. Jn bono tamē ſignificato tā de niti q̄ de conari quaſi nulle ſunt auctoritates. Jn malo vero ſignificato Niſus ⁊ conatus in auctoritatibus plus abundant. Dic ergo ꝙ mali nituntur ⁊ conantur ſemper ad malum. Jpſi enim nituntur

Jn concordes diſcordiam ſeminare.
Jn maiorum potentiam intentare.
Fidelem amiciciam eneruare.
Simpliciū ſubam occupare.
Mendacē eloquētiam ventilare.
Hypocriſis fallaciam frequētare.
Egenorum iuſticiam diſſipare.
Sanctā matrē eccleſiam ſubiugare.

Deniq꜄ dico. ꝙ iſta nox debet ſuꝑius illuſtrari. Ignẽ inquit. Ut luceret eis. Sicut enĩ videmꝰ ꝙ in nocte hoĩes illuminant̃ ab inferiori ꝑ ignis ſplẽdorẽ ⁊ a ſuꝑiori ꝑ lune ⁊ ſtellarũ ſplendorẽ ſeu fulgorẽ. Sic vere illos q̃ ſunt in iſta ſpũali nocte ſolet ignis interne charitatis interiꝰ inflamare ⁊ ſplẽdor lune ⁊ ſtellaꝝ .i. gr̃a ⁊ inſpiratio dei ⁊ ſctõꝝ ſpũaliter illuſtrare. Unde de iſto igne dicit̃ in pſ. Tota nocte in illuminatiõe ignis. Unde Exo. xiij. Nũq꜄ defuit colũna ignis per noctẽ. De ſtellis vero dicit̃ Sapieñ. x. Fuit illis in velamẽto diei ⁊ in lucem ſtellarum nocte. Et ꝓculdubio talis nox habet multas ſpũales illumiatiões. Nam dñs legitur nocte apparuiſſe Salomoni: ⁊ eidẽ ſapiẽtiam influxiſſe: ſicut dicit̃ .iij. Reg. iij. Nocte legit̃ dñs Danieli myſteriũ reuelaſſe Danielis. ij. Nocte legit̃ angelus dñi ianuã captis Apoſtolis aperuiſſe Actuũ. v. Nocte legit̃ daniel filiũ hominis veniẽtẽ vidiſſe Danielis. vij. Nocte legitur Paulus cõſolationes ⁊ viſitationes angelicas plures habuiſſe ſicut habet̃ Actuum. xvj. ⁊ xviij. Quia procerto chariſſimi: illi qui in nocte vere humilitatis morantur ſpũaliter a deo illuminari merẽtur: et in illis que ad ſalutem pertinet clarius ⁊ perfectius illuminãtur ⁊ informãtur: ita ꝙ quilibet talis humilis ⁊ nocturnus poteſt dicere illud pſ. Nox illuminatio mea in delicijs meis. Nam ſicut videmus ꝙ cattus melius videt de nocte q̃ꝫ de die: qđ etiam verum eſt de auibus vlulãtibus: ſicut eſt noctua. bubo. veſpertilio et vlula. Sic homo melius videt ſe ſpũaliter regere ⁊ dirigere dum ipſe ꝑſeuerat in nocte humilitatis ⁊ pauptatis: q̃ quãdo eſt in die mũdane ꝓſperitatis ⁊ claritatis Act. xvj. Nocte viſio oſtenſa eſt paulo. Debet ergo iſta nox ſuperiꝰ illuſtrari. Inſuꝑ dico. ꝙ nox humilitatis debet exterius occultari: qđ oñdit̃ cum dicit̃ Per noctẽ. Nox enĩ dr̃ a nocẽdo: eo ꝙ nocet oculis ad vidẽduꝫ. Uel a nocẽdo dr̃ nox ꝓ eo ꝙ tenebroſa eſt ⁊ obſcura: ita ꝙ colores rerũ cõtegit ⁊ occultat: ⁊ oculos a viſu ĩpedit ⁊ retardat. Sic vere humilitas bona ſua colores: virtutes ⁊ ꝑfectiones ſuas ſolet occultare ⁊ celare. ⁊ ab alioꝝ oculis ſegregare. vñ Judicum vj. dicit̃. ꝙ mandatũ dñi noluit de die facere: ſ; omĩa nocte adimpleuit. Quia viꝫ boni nõ faciũt bona oꝑa in die .i. in publico coraꝫ hoĩbus vt videant̃ ab eis: ſ; magis de nocte .i. in obſcõdito ⁊ occulto. Exẽplo aĩalium ſilueſtriũ que de die ſe occultãt: ⁊ de nocte faciũt facta ſua. Juxta illud pſ. Poſuiſti tenebras et facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtie ſilue. Et ideo de tali nocturna humilitate po

teſt dici illud Judicū. ix. Surge de nocte cum populo qui tecum eſt ⁊ latita in agro. Et ſic ergo pꝫ ꝙ nox id eſt vita ſtatus ⁊ ꝯditio humiliū ꝑſonarū occultat̄ illuſtrat̄ cōturbat̄ ⁊ irrigat̄. Pꝫ ĝ ꝙ nox ſignat ſtatū humilitatis. Secūdo ꝑncipalr̄ dico. ꝙ nox ſignat ſtatū felicitatis. Per noctem em̄ intelligit̄ vita futura beatorum. Nox em̄ ſeu homo in nocte.

Labor fluctibus nō turbat̄.
Gallorꝝ cantibus iocundat̄.
Ardorꝝ facibus non grauat̄.

Dico ergo ꝙ homo in nocte non turbat̄ laborum fluctibus: quia .ſ. ſicut nos cōmuniter videmus homines ⁊ animalia poſtꝙ̄ de die laborauerint: de nocte veniūt ad quietē: vt qđ vtiqꝫ neceſſariū eſt vt virtutes naturales que de die in diuerſis laboribus diſſolute fuerant: per noctis quietudinē reformentur̄. Sic vere ſancti et iuſti poſtꝙ̄ in die ꝑſentis vite multis fuerint laboribus occupati: ⁊ in virtutibꝰ naturalibꝰ multipliciter diminuti et per penas. martyria. mortem ⁊ infirmitatē ꝙ̄ plurimū fatigati: qn̄ tamē ad noctē eterne requiei veniūt: ibi requieſcunt a laboribus ⁊ a penis: ⁊ ꝯſolant̄ dormitationibꝰ ſempiternis. Unde de iſta quiete beatorꝝ pōt dici illud Luce. xvij. Erunt in illa nocte duo in lecto vno. De petro etiā dicitur Actuū. xij. Qꝛ in ipſa nocte erat petrus dormiens. Itē dico ꝙ homo in iſta nocte iocundat̄ gallorꝝ cantibus: qꝛ videlicꝫ ipſi ſunt galli ſpūales ſcilicet beati ⁊ angeli: q̄ cantāt inceſſabiliter dei laudes. Marci. xiij. Media nocte gallus cantauit. De deo etiā dicit̄ Job. xxxv. Qꝛ ipſe dedit carmina in nocte. Itē dico ꝙ homo in iſta nocte calorꝝ eſtibꝰ nō grauat̄. Quia ſicut videamus ꝙ in nocte temperant̄ calores ⁊ radij ꝓcedētis diei. Sic in paradiſo nō ſolum tꝑant̄ ꝗnimo totaliter abolentur ardores tentationū quas patimur in hoc mūdo Sapieñ. x. Fuit illis in velamēto diei: et in luce ſtellaruꝫ ꝑ noctē. Nox em̄ nihil aliud eſt ꝙ̄ vmbra terre: quia .ſ. nox glorie paradiſi eſt illa vmbra que dat verum refrigeriū animabus. Et ſic dico ꝙ Nox ſignat ſtatū felicitatis. Tertio dico. ꝙ nox ſignat ſtatum aduerſitatꝭ. Nox em̄ dicit̄ a nocendo. In nocte em̄ infirmitates ſunt vt cōmuniter grauiores. nocte etiā om̄es homies generaliter vadunt ad dormiendū: ita ꝙ pauci vel nulli ſunt exterius apparētes. Nocte etiā beſtie ſilueſtres q̄ de die latuerant exterius diſcurrūt ⁊ vagant̄: ⁊ agros ⁊ vineas deprędant̄. Nocte inſuꝑ latrones inſidiant̄: ⁊ qui de die apparere nō audebant: de nocte maluꝫ intrepide operant̄. Sic vere chariſſimi ſtatus aduerſitatis ſolet om̄ia iſta ꝯtinere. Iſte em̄ om̄ibus temporaliter eſt nociuus: ⁊ infirmitatuꝫ ⁊ dolorū multipliciter cauſatiuus. vñ Job. xxx. Nocte os meū ꝑforat̄ doloribus. Item iſte ſtatus eſt dormitiōis hominū inductiuus .i. falſitatis amicorꝝ oſtenſiuꝰ: qꝛ .ſ. illi q̄ in die ꝓſperitatis circueunt ⁊ operant̄ circa homies amiciciam ꝓtendēdo. in nocte aduerſitatis vadunt ad dormiēdum ab ipſo recedendo ⁊ de ipſo penitus non curando. j. Theſ. v. Qui dormiūt in nocte dormiūt. Et ſequit̄. Itaqꝫ non ſimus filij noctis: ſed filij diei. Item iſte ſtatus eſt aialium crudelium ⁊ latronū ad predas ⁊ rapinas excitatiuꝰ. Quia .ſ. raptores: balliui ⁊ ceteri maligni quādo vidēt hominē in nocte aduerſitatis: ſolent totis viribus cōtra euꝫ debachari: ⁊ ipm̄ ſicut latrones bonis ſuis tꝑalibus denudare. Sicut exemplū habemꝰ in Pharaone Exo. xij. Qui de nocte ꝯſurgens compellebat filios iſrael vt de terra ſua exirent. Uñ Job. xxvij. dicit̄ de pauꝑe. ꝙ nocte opprimet eum tēpeſtas. Nam ſicut latrones nocte vtunt̄ loco diei. quia .ſ. nox eſt eis ꝓ die: ⁊ dies ꝓ nocte: quia .ſ. in die nō audent apparere. Sic vere talibus malignis nox aduerſitatꝭ aliorum: eſt eis ꝓ die ꝓſperitatis: quia ſm̄ Job ſententiā Job. xvij. Iſti noctem verterūt in diem: ⁊ rurſum poſt tenebras ſperant lucem. Et aduerte ꝙ iſta nox aduerſitatis poteſt eſſe vtilis patientibus tribulationem. Et hoc Quia

Monſtrat morū ꝑfectionem.
Purgat nr̄am culpe defectionē.
Leuat mentis affectionem.

Monſtrat dico morū ꝑfectionē: qꝛ ſicut nox oſtendit claritatē ſtellarum quā dies occultauerat: ſic nox aduerſitatis virtutes hominū demonſtrat: quas tn̄ dies ꝓſperitatis penitus abſcondebat. De ſtellis em̄ .i. de viris iuſtis ꝙ̄ diu ſunt in proſperitate neſcit̄ quāte ſunt claritatis aut virtutis: ita ꝙ ꝓprie nox aduerſitatis eſt quedā ꝓbatio qua ipſorū virtus ⁊ claritas declarat̄. Unde in pſ̄. dicit̄. ꝙ deus fecit lunā ⁊ ſtellas in poteſtate noctis. Criſopraſſus em̄ ⁊ carbūculus talis ſunt virtutis ꝙ in nocte ſplendor eorum eſt ꝑfectior ⁊ clarior ꝙ̄ in die. Quia vere viri iuſti clarius ſplendent in nocte tribulationis ꝙ̄ in die temporalis ſucceſſionis. Unde Prouerb. xxxj. Non extinguet̄ in nocte lucerna eius. Item dico ꝙ nox aduerſitatis purgat culpe defectionem pſ̄. Probaſti cor meum ⁊ viſitaſti nocte: igne me examinaſti: ⁊ nō eſt inuenta in me iniquitas. Itē dico ꝙ iſta nox leuat cordis affectionem: quia ſcilicꝫ homo in nocte aduerſitatis compellit̄ recurrere ad deum: et ipſum requirere et orare. Apes enim ſi nox eas foris apprehenderit excubāt ſupine. Quia ſcilicet ſi nox aduerſitatis nos apprehenderit. neceſſe eſt ꝙ nos ſpūaliter ſupinemus: ⁊ ꝙ faciem cordis ad deum cōuertentes ipſum deuotius exoremus. j. Regum. xv. Contriſtatus Samuel clamauit ad dominū tota nocte. Patꝫ ergo ꝙ nox ſignificat ſtatum aduerſitatis. Et de iſto modo ſignificandi vide infra: vbi Perſeuerare vbi ſatis dicitur đ nocte aduerſitatis. Quarto principaliter dico. Qꝛ per noctem deſignatur ſtatus mortalitatis. Quia ſicut dies ſignificat vitam: ita nox ſignificat morteꝫ. Nox em̄ nihil aliud eſt ꝙ̄ abſentia diei: que ſcilicet cauſatur ꝓpter vmbram terre: vel ꝓpter terre interpoſitiōem int̄ nos ⁊ ſolem. Sic vere mors nihil aliud eſt ꝙ̄ carentia vite quā ſcilicet interpoſitio terre id eſt terrene et fragilis cōditiōis habet flebiliter generare Pſ̄. Poſuiſti tenebras ⁊ facta ē nox. Et ſi vis dicere de morte bonorum adiūge illa que ſuperius dicta ſunt de felicitate. Si vero vis dicere de morte malorū: dic illa que ſupra dicta ſunt in malo de aduerſitate. Unde de morte corporis poteſt dici illud Eſaie. xxiiij. Confractione confringet̄ terra ſicut tabernaculum vnius noctis. Quinto dico. ꝙ Nox ſignat ſtatū ſimplicitatis. videlicet ſtatum ⁊ conditiōem hominū ſimplicium ⁊ ignorantium: qui obſcuritate ignorantie taliter ſunt detenti ꝙ in viam ſalutis neſciunt dirigere greſſus ſuos. Et ideo talibus eſt neceſſarium lumen ⁊ claritas ſtellaruꝫ id eſt doctrina ⁊ eruditio prelatorum. De iſtis em̄ dicit̄ Joh. xj. ꝙ qui ambulat in nocte offendit: quia lux in eo non eſt. Talē habuerunt noctem ſancti patres antiquitus ante aduentum xp̄i. quia ꝗuis haberent cantum gallorꝝ id eſt vaticinia ꝓphetarum qui aduētum diei gratie predicabāt: ⁊ ꝗuis etiam haberent lumē ⁊ doctrinā ſtellarū id eſt ꝓphetarum ⁊ patriarcharū: lucem tamē ſolis chriſti vel eius preſentiam nō habebāt: ⁊ ideo in multis errabant ⁊ deficiebant: ita ꝙ ad paradiſum venire neſciebant: immo om̄es ad infernuꝫ miſerabiliter deſcendebant. Et ideo đ tali nocte gaudebat Apoſtolus euaſiſſe dicens Roma. xiij. Nox preceſſit: dies autem appropinquabit: abijciamus ergo opera tenebrarꝝ ⁊ induamur arma lucꝭ. Signat ĝ nox ſtatuꝫ ſimplitatꝭ ſeu ignorātiā obſcuritatꝭ. Sexto dico. ꝙ nox ſignat ſtatū ꝓſpitatꝭ ſeu mūdane labilitatꝭ. Sic .n. apparet ī nocte Solēt

Oculi ſomno grauari.
Omnia luce priuari.
Latrones preda ditari.
Fere ⁊ lupi inſidiari.
Noctiluce dotari.

Sic vere chariſſimi: in nocte proſperitatis homines grauātur ſomno voluptatis ⁊ negligentie Joh. ix. Uenit nox quādo nemo poteſt operari. Iteꝫ priuantur luce veritatis ⁊ ſapientie Pſal. Poſuiſti tenebras et facta eſt nox. Item ibi latrones id eſt auari ditantur preda temporalis opulentie. Unde de raptore dicitur Job. xxiiij. De nocte vero erit quaſi fur. Item fere. id eſt demones ibi hominibus inſidiātur per ſuggeſtiones ⁊ malicias. j. Machabeorꝝ. iiij. Uenit gorgias in caſtra iude nocte. Item ibi nocteluce id eſt ypocrite videntur lucere per fulgorem honeſte apparentie Pſal. Ignem vt luceret eis per noctem. Signat ergo nox ſtatum proſperitatis. Septimo dico. ꝙ nox ſignat ſtatum iniquitatis. Et hoc multiplici ratione. Quia ſcilicet ſicut in nocte

Oculi nō ſolent clare videre.
Homines in lectis ſolēt iacere.
Homines a verbis ſolēt tacere.
Homines operibꝰ ſolēt carere.
Aues immūde ſolent gaudere.
Fere ⁊ latrones ſolēt nocere.
Infirmi magis ſolent dolere.

Sic procerto chariſſimi iſta om̄ia accidūt in ſtatu pcti. Ibi .n. nō videtur clare ꝑ diſcretionem quia .ſ. homo q̄ ē in peccato nō videt nec conſiderat illa q̄ pertinent ad

ſalutem. Lux em̄ diuine gratie ipſos non illuminat: ⁊ ideo multis erroꝝ obſcuritatibus ſunt detenti. Unde Sapien. xvij. Nec ſiderū limpide flam̄e illuminare poterāt illam noctem horrendaꝫ. Item ibi iacent peccatores in lectis ꝑ carnalem ꝯſolationē Luce. xvij. Erunt in illa nocte duo in lecto vno. Un̄ etiam de illo carnali iuuene Prouer. vij. dicit̄. Qꝛ in noctis tenebris ⁊ caligine ſuam turpitudinē faciebat. Item ibi tacent homines a verbis q̄ꝫtum ad peccatorum ꝯfeſſionem: ⁊ q̄ꝫtum ad dei laudem ⁊ gratiarū actionem. Quia. ſ. homo qn̄ eſt in nocte peccati nō curat deum laudare: nec ei gratias agere: nec ꝓpria vicia cōfiteri ſeu dicere Oſee. iiij. Nocte feci tacere matrē tuā. Item ibi quieſcunt homies ab operibus per negligentie torporē ⁊ obliuionem Joh. ix. Uenit nox quādo nemo pōt operari. Itē aues immūde. i. peccatores in nocte peccati gaudēt ⁊ cantant ꝑ inanem leticiam et per male complacentie delectationem. Unde Marci. xiiij. ⁊ Mathei. xxvj. Media nocte gallus cantauit. Item fere ⁊ latrones. i. demones in nocte peccati ſumme nocent ꝑ tentatiōem ⁊ tribulatiōem ⁊ finaliter per eternā damnationē. Un̄. j. Reg. xix. Miſit ſaul ſatellites ſuos nocte in domū dauid vt cuſtodirēt eum ⁊ occiderent mane. Iteꝫ infirmi. i. peccatores in iſta nocte peccati grauiter ſolēt dolere ꝑ multiplicē laborē ⁊ vexationē. Conſtat em̄ ꝙ plus laborant mali faciēdo oꝑa damnationis q̄ꝫ boni faciendo oꝑa ſalutis: vn̄ Luce. v. Dn̄e ꝑ totaꝫ noctem laborātes nihil cepimus. Et ſic ꝫ ptꝫ quō nox ſꝫm diuerſos reſpectus ſignat iſta ſeptē. vicꝫ Iniquitatē. Proſperitatem. Simplicitatē. Mortalitatē. Aduerſitatē. Felicitatem. Humilitatem. Sufficit.

**Noe.** Nota ꝙ Noe qui fuit patriarcha: ⁊ qui diluuium futurū ꝓuidit: archam edificauit ⁊ in eo genus humanū ſaluauit. Et interpretat̄ p̄ris requies ⁊ pōt ſignificare quēlibet virū ſanctū ⁊ maxime patriarchā. epm̄ vel p̄latum. qui diluuiū tribulationū ⁊ tentationū ſolet ꝓuidere diſcrete meditando: archam eccleſie ⁊ anime ſolet cōſtruere exemplis ⁊ p̄dicationibus edificando: genus humanū ſolet ſaluare a culpis ⁊ tentationis periculis eruendo: ⁊ ſic eſt p̄ris req̄es eo ꝙ de⁹ p̄r in ipſo ſolet req̄eſcere ſibi in eo cōplacēdo: vt ſic. ſ. de eo dicat̄ illud Gen̄. vj. Noe vir iuſtus atq̄ꝫ ꝑfectus in generationib⁹ ſuis fuit. Uide eā infra vbi ꝑfect⁹. Uel ſi vis dic ꝙ hic deſcribit̄ talis Noe. vt

Mente quietus. Noe inquit.
Robore fretus. Uir.
Zelo repletus. Iuſtus.
Profectu letus. Atq̄ꝫ.
Bonis cōpletus. Perfectus.
Corde ſecretus. In.
Oꝑe fet⁹. Generationib⁹ ſuis.
Tempore vetus. Fuit.

Primo dicam ꝙ ſpūalis Noe. i. vir ꝑfect⁹ ſeu bonus eccleſiaſticus vel p̄latus debet eſſe mēte q̄etus quia noe qui interp̄tatur requieſcens: quia. ſ. ab om̄i motu exterioꝝ negocioꝝ ⁊ maxime vicioꝝ dꝫ ceſſare. Un̄ de noe legit̄ Gen̄. vij. Qꝛ a facie fluctuū ⁊ diluuij noe ingreſſus eſt in archam: vt. ſ. ibi quieſceret ⁊ a periculis ſaluus eſſet. Archa ſecretū meditatiōis: cōtemplationis ⁊ religionis ſignat. Sed reuera de multis eccleſiaſticis eſt hodie verū ꝯtrariū: qꝛ. ſ. iſti talem archam nō ingrediunt̄: ſꝫ ea dimiſſa ad exteriora mundi negocia ⁊ ludibria egrediunt̄. Quia reuera ſicut Noe aperta feneſtra emiſit columbā: que tandē reuerſa reportauit ſibi ramū oliue virentis: ita ꝙ tunc fuit animatus ad exeundū de archa ⁊ ad habitandū terras. Sic multi ſunt eccleſiaſtici vel p̄lati: q̊ qn̄ vident ꝙ colūbe emiſſe. i. ꝓcuratores ſui reportant ſibi ramos virentes. i. lucra ⁊ comoda de iuriſditione ſua: ipſi certe animant̄ archam ꝯtemplatiōis dimittere: ⁊ ad mundi negocia ſe tranſferre Gen̄. viij. Egreſſus eſt noe ⁊ filij ei⁹ de archa. Non ſic: ſed ſit talis noe q̄etus. Noe inq̄t. Secūdo dico. ꝙ debet eſſe robore fretus: qꝛ debet eſſe vir. i. viribus pollens. Uide. j. vbi vir. vn̄ Gen̄. ix. Cepit noe eē vir agricola ⁊ exercere terrā. Tertio dico. ꝙ debet eſſe zelo repletus. ſ. zelo iuſticie. Uide infra de iuſto ⁊ iuſticia. Und̄ Ezech. xiiij. Noe. Daniel ⁊ Job ipſi iuſticia ſua liberabūt animas ſuas dicit dn̄s. Quarto dico. ꝙ talis ſpūalis debet eſſe ꝓfectu letus: quia. ſ. ſemꝑ debet creſcere in melius qđ oñdit̄ cum dicit̄. Atq̄ꝫ. qđ ſignat crementū ⁊ additamentum. Uide ſupra i titulo ſuo: vbi inuenies ad plenū. ⁊ vbi inuenies iſtam eandē auctoritatē aliter diuiſam: vt de tali cremento ⁊ de tali atq̄ꝫ. dicat̄ illud. j. Reg. ij. Puer autem ſamuel ꝓficiebat atq̄ꝫ creſcebat. vn̄ Gen̄. ix. Benedixit dominus Noe ⁊ filijs ſuis ⁊ dixit. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram ⁊c̄. Quīto dico. ꝙ talis noe debet eē bonis cōpletus: qꝛ ipſe debet eſſe ꝑfectus: qꝛ nihil debet habere notabiliter in morib⁹ diminutū. Uide infra vbi ꝑfectio Ecci. xliiij. Noe inuētus eſt ꝑfectus ⁊ iuſtus. Sexto dico. ꝙ talis noe debet eſſe corde ſecretus: qđ oñdit̄ cum dr̄. In. Uide ſupra de In valde late. Un̄ de iſto intimo ſecreto qđ debet habere iuſtus pōt dici illud Math. xxiiij. Intrauit noe in archā. Et Gen̄. vij. In articulo diei illius ingreſſus eſt noe in archam. Sequit̄. Et incluſit eum dn̄s de foris. Septimo dico. ꝙ talis noe debet eſſe oꝑe fetus. i. bonis operibus plenus: qđ oſtendit̄ cum dicit̄. In generationibus ſuis: quia. ſ. ſemꝑ debet bonos fetus bonorum operum generare. Uide ſupra de Generare Gen̄. v. Noe cum quingentoꝝ eſſet annoruꝫ genuit cham: ſem ⁊ iaphet Gen̄. x. Hee ſunt generatōes noe. Octauo ꝟo dico. ꝙ talis ſpūalis noe debet eſſe tempore vetus. i. ſpūaliter antiquus. ſcꝫ per ꝑſeuerātiam in bono: qđ oſtendit̄ cum dicitur Fuit: qđ ſignat tempus p̄teritum ⁊ tranſactuꝫ. Unde de vetuſtate ꝑſeuerantie ſue pōt dici illud Gene. ix. Uixit aūt noe poſt diluuiū. Sequit̄. Et facti ſunt dies eius nongentoꝝ q̄nquaginqua annoꝝ. Fuit inquit Joh. j. Fuit homo miſſus a deo ⁊c̄. Et Job. j. Fuit vir vnus in terra hus noīe iob. Et ſic patꝫ quō noe pōt accipi in bono. In malo ꝟo potes dicere: ꝙ noe q̄ꝫtum ad oꝑa fuit ocioſus: quia interpretat̄ requieſcēs. In potando fuit ebrioſus: qꝛ plantauit vineam bibit vinū: ⁊ inebriatus eſt. Se nudando fuit vicioſus: qꝛ oſtendit verenda ſua filijs ſuis. Se vindicādo fuit odioſus. ſ. puniendo cham ⁊c̄. Sufficit.

**Nolle.** Nota ꝙ nolle eſt verbū negatiuū cōtradictiuum ⁊ ꝓhibitiuū: ⁊ pōt accipi in bono ⁊ ⁊ in malo: ſꝫm ꝙ de mala vel bona materia predicat̄. Et iđ breuiter dicamus ꝙ iſtud verbum tunc ſignat in bono qn̄ per iſtud nobis a deo vel prelato ꝓhibet̄ aliqđ vicioſum. Sicut em̄ medicus per iſtud verbū noli dictat infirmo dietam: ſibiq̄ꝫ ꝓhibet cuncta q̄ ſibi vident̄ cōtraria ⁊ nociua. Sic deus medicus animaꝝ nobis peccatoribus ⁊ infirmis ſcripſit vnam nobiliſſimā receptā. ſ. ſacram ſcripturā: in q̄ ꝓculdubio dictat dietam ſpūalem: ⁊ ꝓhibet nobis omnia que ſunt periculoſa ad ſalutē. ſ. vicia ⁊ peccata. dicens. ſ. illud Joh. viij. Uade ⁊ amplius noli peccare. Et ideo dico ꝙ deus in ſcriptura per iſtud verbum noli nobis ꝓhibet.

Duram auariciam ⁊ cupiditatē.
Malam amiciciā ⁊ ſocietatem.
Triſtem iracundiā ⁊ crudelitatē.
Altam eminentiam ⁊ auctoritatē.
Prauā ſapiētiam ⁊ ſubtilitatē.
Gule caſtrimargiā ⁊ carnalitatē.
Mentis deſiſtentiā ⁊ debilitatē.
Moꝝ negligentiā ⁊ tepiditatem.

Dico ergo ꝙ de⁹ nobis inhibꝫ durā auariciam ⁊ cupiditatē. Et h̄ facit Tob. iiij. Quō poter̄ eſto miſericors ⁊ noli auertere faciē tuā ab vllo pauꝑe. Et Prouer. xxiij. Noli laborare vt diteris. Itē ꝓhibet malā ſocietatē ⁊ amiciciā. Un̄ ibidē. Noli manducare cū pctōribus. Itē ꝓhibet durā crudelitatē ⁊ iracundiā. Prouerb. xxij. Noli eſſe amicus hoī iracūdo. Itē ꝓhibet altam auctoritatē et eminentiā Ecci. vij. Noli velle fieri iudex. Itē ꝓhibet prauā ſubtilitatē ⁊ ſapiam. vn̄ Ro. xj. Noli altū ſapere ſꝫ time. Et Ecci. iij. In ſuꝑuacuis rebus noli ſcrutari. Et Joh. xx. Maria noli me tangere. i. noli de me vltra q̄ꝫ liceat diſputare. Et Eccs. vij. Noli eē iuſtus multū nec plus ſapias q̄ꝫ neceſſe ē. Itē ꝓhibet gule carnalitatē ⁊ caſtrimargiā Ecci. xxxvij. Noli eſſe auidus in om̄i epulatōe. et Prouer. xxiij. Noli eſſe in ꝯuiuijs potatoꝝ. Itē ꝓhibet mētis debilitatē ⁊ deſiſtentiā. vn̄ Roꝝ. xij. Noli vinci a malo ſꝫ vince in bono malū. Et Gen̄. xix. Noli reſpicere poſt tergū tuū. Itē ꝓhibet moꝝ tepiditatē ⁊ negligētiā. vn̄ Math. j. Noli timere accipe mariā ꝯiugē tuā. Maria. n. ſignat amaritudinē pn̄ie ⁊ laboris. Iſta igit̄ inhibet nobis de⁹ in ſcriptura ſicut diligēs medicus ⁊ patron⁹ de ſalute nr̄a ſollicitā curā gerēs. Et iđ breuit̄ dn̄s in ſcꝑtura facit diſcipulis vnā generalē inhibitōeꝫ vbi multa ꝑticularia ꝯtinent̄. Et h̄ facit Mat. x. vbi dicit. Nolite poſſidere aurū ⁊c̄. neq̄ꝫ calciamēta neq̄ꝫ virgā. In q̄bus ꝟbis aduerte ꝙ ipē nob ꝓhibet. ſ.

Diligere mundi ſucceſſionē.
Eligere carnis infectionem.
Appetere ſtatus erectionē.

Ipſe eñ nobis ꝓhibet ne tp̄alia diligamꝰ. Nolite inquit poſſidere aurum ⁊c̄. Ne carnalia eligamus q̄ notant̄ in calciamentis. Ne ſupna appetamus. que.ſ.notant̄ in virga. Dico ergo p̄mo ꝙ nos ꝓhibemur diligere diuitias tp̄ales qđ facit cum dicit. Nolite poſſidere aurū. Sicut eñ viator qui habet cito currere ad aliquē locū nō debet ſe grauibꝰ ſarcinis onerare. ſicut bene docet natura leonis ꝙ ſi neceſſe fuerit currere ⁊ fugere ſolet cibos de ventre euomere ⁊ expellere ⁊ ꝓp̄ijs vnguibꝰ a ſe reijcere ⁊ auferre. Sic vere nos q̄ neceſſe habemꝰ ad paradiſum recurrere: ⁊ a facie venatoris dyaboli fugere debemus deponere pondus graue diuitiarū ⁊ ipſas in burſa deſiderij nō habere: ſꝫ potius pauperibus erogare. Nolite inq̄t poſſidere aurū neq̧ argentum neq̧ pecuniā. Qđ breuius inhibet Prouerb.xxiij. vbi dic̄. Noli laborare vt diteris. Ut ſic quilibet poſſit dicere illud Actuū.iij. Argentū ⁊ aurū nō eſt mihi: qđ aūt habeo hoc tibi do. Circa iſtā ꝓhibitionē poſſumꝰ notare ꝙ diuitie ſimpliciter nō ꝓhibent̄: ſꝫ ſolum nimia affectio diuitiarū ⁊ nimia ſollicitudo acq̄ſitionis earū. vñ in pſ̄. Non dr̄. Nolite acq̄rere diuitias: ſꝫ ibi dicit̄. Diuitie ſi affluāt nolite cor apponē. Teſte eñ ſcp̄tura Ecci.xiij. Bona eſt ſbã cui nō eſt pctm̄ in ꝯſciā. Et teſte Hiero. Uiciū nō ē in opibꝰ ſꝫ in vſu Requirit̄ eñ ſm̄ doctrinā ſapiētis ⁊ apl̄i ꝙ hō ſit q̄ſi diues cum nihil habeat ⁊ q̄ſi paup̄ cū in multis diuitijs ſit. Prohibemur ḡ diligere diuitias tp̄ales. Nolite inq̄t ⁊c̄. Unde illud p̄ma Joh.ij. Nolite diligere mūdū neq̧ ea q̄ in mūdo ſunt. Scđo dico ꝙ nos ꝓhibemur diligere diuitias corp̄ales. qđ oſtēdit̄ cū dr̄. Neq̧ calciamēta. Uñ cū calciamēta fiant de pellibus animaliū mortuoꝝ: ⁊ a carne originem ꝯtraxerunt recte ſignificāt delicias carnales que ſcꝫ a carne habēt originaliter ſedem ſuaꝫ quarū amor nobis in verbis predicte auctoritatis prohibet̄. Et hoc etiā ꝓhibetur Luce.x. Nolite portare ſacculum neq̧ peram neq̧ calciamenta. Sed de hoc vide ſupra vbi agitur de calciamento. Et ideo de iſtis carnalibus delicijs nota ꝙ nobis prohibentur q̄tum ad triplicem ſui partem. ſcilicet Oꝛtum

Ad nimiam comeſtionem.
Ad ſupfluam potationem.
Ad nephariā cōiunctionem.

Comeſtio eñ prohibetur Thob.iiij. Noli māducare cum peccatoribꝰ. Potio etiā ꝓhibet̄ Prouerb.xxiij. Noli eſſe in ꝯuiuijs potatoꝝ. Cōiunctio inſup ꝓhibet̄ Eph.v. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Et ſic ptꝫ ꝙ nos ꝓhibemur diligere delicias corporales. Tertio dico ꝙ nos ꝓhibemur appetere eminentias ſeculares. qđ notat̄ cum ꝓhibemur habere virgā. Quia.ſ. virga cū qua regunt̄ oues ſignat officium regiminis paſtoꝝ. qđ ſcꝫ nō debemus p̄ ambitionē appetere. ſed potiꝰ refugere ⁊ nō velle. Juxta illud Ecci.vij. Noli velle fieri iudex ⁊ noli querere a p̄ncipe ducatū. Figuratas in moyſe q̄ corā pharaone ꝓiecit virgā. quā poſtmodū verſam in colubrū timuit apprehēdere. Quia vere virga iuriſditionis mūdane eſt malis et ambitioſis coluber periculoſus. p̄ quē.ſ. ipſi deuorant̄ ⁊ p̄ pctā plurima inuenenant̄. Iſtā ergo debet Moyſes.i. vir p̄fectus ꝓ poſſe ſuo refutare ⁊ reijcere: ⁊ ipſam recipere ⁊ trepidare. Sed vide de virga infra in titulo ſuo. Et ſic igit̄ ptꝫ quō in ſcriptura tria nobis generaliter ꝓhibēt̄ p̄ iſtud vocabulū Nolite. Sed ſi adhuc volumus notare poſſumꝰ dicere ꝙ p̄ iſtud verbum nolite nobis ꝓhibet ne habeamus Uicium

Deſperationis.
Excecationis.
Obſtinationis.
Eſtimationis.
Impugnationis.
Imitationis.
Subiugatiōis.
Acquiſitionis.
Dominationis.

Prohibet̄ ḡ nobis triſticia deſperationis Geñ.xlv. Ego ſuꝫ Joſeph nolite pauere. Itē ꝓhibet̄ nobis ignorantia excecationis pſ̄. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus q̄bus nō eſt intellectus. Itē malicia obſtinationis pſ̄. Nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione. Itē fallacia eſtimationis Luce.vj. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini. Et Joh.vij. Nolite iudicare ſm̄ faciē. Iteꝫ ſeuicia ſeu violētia impugnatōis: q2.ſ. nos nō debemꝰ ledere nec pugnare nec bonos nec malos. De bonis prohibemur in pſ̄. Nolite tāgere xp̄os meos ⁊ in ꝓphetis meis nolite malignari. De malis etiā ꝓhibemur.j. Mach.v. Nolite cōmittere bellū aduerſus gentes. Item ꝓhibet̄ nobis conformitas malē imitationis Roꝝ.xij. Nolite ꝯformari huic ſeculo nequā. Itē ſeruilitas male ſbiugatiōis Gal.v. Nolite iugo ſeruitutis detineri. Item ſollicitas acq̄ſitiōis Unde Luce.xij. Nolite ſolliciti eſſe. Item ſublimitas dominationis Luce.xij. Nolite in ſublimi tolli ⁊c̄. Sed adhuc dico ꝙ nolle accipit̄ i malo. Et hoc fit quādo mali nolūt facere illa q̄ p̄tinēt ad ſalutē. Uñ nota ꝙ mali Nolunt

Audire deum ſibi obediēdo.
Ad deum ire ad ip̄m reuertēdo.
Legē tenere mādata faciendo.
Clare videre diſcrete ſe regēdo.
Bonū hr̄e grām amplectendo.

Dico ḡ ꝙ mali nolunt obedire.j. Reg.viij. Noluit populus audire vocem ſamuelis. Item nolunt reuenire Hiere.v. Indurauerūt faciē ſupra petrā: noluerūt reuerti. Itē nolunt legem tenere Pſ̄. In lege eius noluerunt ambulare. Item nolunt clare videre. Uñ in pſ̄. Noluit intelligere vt bene ageret. Item nolunt bonū agere ſiue habere pſ̄. Noluit bn̄dictionē ⁊ elōgabit̄ ab eo. Et hoc de Nolle ſufficit.

**Nomen.** Nomen multipliciter ſumit̄ in ſcriptura. Inuenitur eñ in ſcriptura Nomen

Sanctū ⁊ honorabile.
Fictum ⁊ deteſtabile.
Bonū ⁊ delectabile.
Malum ⁊ execrabile.

Nomē honorabile eſt nomen deitatis. Et đ hoc Exo.iij. Ego ſum q̄ ſum. ⁊ hoc ē nomē meū ineternū. Nomen deteſtabile eſt nomē hypocritice falſitatis: q2.ſ. iſti habent nomē ⁊ nō rem Ecci.xxxvij. Eſt amicꝰ ſolo noie. Nomē delectabile ē nomē vere ⁊ laudabilis famoſitatis: ⁊ iſtud eſt nomē bonoꝝ ⁊ p̄fectoꝝ. De quo Ecc̄s.vij. Melius eſt nomē bonū q̄ꝫ vngēta precioſa. Nomē execrabile eſt nomē infamis vite ⁊ prauitatis. Et de hoc Prouerb.x. Nomē impioꝝ putreſcet. Dicamus igit̄ de iſtis aliq̄d p̄ ordinē. Primo igitur dico de noie ſancto ⁊ honorabili.ſ. de noie dei. Quia ſicut videmus ꝙ nomina regum ⁊ principum ſolent timeri ⁊ honorari: quia ſcilicet ſolo timore vel honore nois ipſorū multa fiunt. Sic nomen dei honorandū eſt et timendum. ⁊ timore ⁊ honore ipſius omne bonū eſt faciendum ⁊ omne vicium declinandum. Iſtud enim eſt Nomen

Glorioſum.
Uirtuoſum.
Gratioſum.
Dulcoroſum.

Et ideo breuiter de iſto noie pōt exponi illđ Prouer.xviij. Turris fortiſſima nomē dñi. ad ip̄m ꝯfugit iuſtus ⁊ ſaluabit̄. Ubi aduerte ꝙ iſtud nomē Habet faſtigiū: q2 nomē dñi. Prebet refugiū: q2 turris fortiſſima. Querit ſuffragiū: quia ad ipſum. Tollit naufragiū: q2 ſaluabit̄. Dico ḡ ꝙ iſtud nomen hꝫ faſtigiū ſumme auctoritatis: quia.ſ. eſt nomē dñi: nō nomē ſerui vel cuiuſlibet alterius. Iſtud eñ nomē tante ē dignitatis ꝙ humanū genꝰ vix fuit dignū ꝙ ei noiaret̄: ſicut ipſe dñs deus ad Abrahā. Yſaac ⁊ Jacob dicit Exo.vj. Nomen meū adonay nō indicaui eis. Et ideo angelus in p̄ſona dñi loquēs Jacob ⁊ Manue nomē ſuū inquirētibꝰ legit̄ dixiſſe Geñ.xxxij. ⁊ Judi.xiij. Cur queris nomē meū qđ eſt mirabile? q.d. Ad te nō p̄tinet nec reuelare nec ſcire. Iſtud enim eſt Nomen

Dignitatis incogitabilis.
Poteſtatis inſupabilis.
Charitatis ineſtimabilis.

Iſtud eñ nomē hꝫ dignitatē. Et idō dr̄ Adonay qđ interp̄tat̄ dñs. Quia.ſ. ipſe eſt rex regū ⁊ dñs dñantiū. vñ Hiere.xxiij. Et hoc ē nomē qđ vocabūt eū dñs iuſtus nr̄. Iſte eñ dr̄ dñs rōne auctis Dicit̄ iuſtus rōne veritatis. Dicit̄ nr̄ rōne charitatis ⁊ benignitatis. Itē iſtud nomē hꝫ poteſtatē. Et ideo iſte dr̄ deus ſabaoth: qđ interp̄tat̄ exercituū ⁊ virtutū. Quia.ſ. nomē eius habet poteſtatē ſup̄ exercitꝰ angelicos ⁊ virtutes Unde etiā de virtute ⁊ poteſtate huius nominis dr̄ Marci.xvj. In nomine meo demonia eijcient. linguis nouis loquent̄. ſerpētes tollēt. ſup egros manꝰ imponēt ⁊ bn̄ habebūt. Et ſi mortifeꝝ q̄d biberint nō eos nocebit. Quia ꝓ certo ſicut exemplis infinitis patet ꝙ Nomen dei valet Ad

Demonum expulſionem.
Linguarū intellectionem.
Beſtiarū ⁊ reptiliū ſupatione.
Infirmorum curationem.
Uenenoꝝ ⁊ p̄iculoꝝ euaſionē.

Spūaliter eñ loquēdo iſtud nomē eijcit demonia p̄ ꝯtritiōeꝫ. Linguis loquit̄ nouis p̄ ꝯfeſſionem. Serpētes.i. ſtimulos conſcientie tollit per ſatiſfactionē. Super egros.i. peccatores manus imponit per gratie collationem. Mortifera etiaꝫ ledere nō ſinit per aduerſitatū tolerationē. Iſtud

ergo nomē habet poteſtatē. Item dico ꝙ iſtud nomē ha-
bet charitatē. Et ideo dr̄ emanuel.i.nobiſcū deus Eſa.vij.
Vocabit̄ nomē eius emanuel. Iſte em̄ ꝑ charitatē nobiſ-
cum eſt: ſicut ipſe dicit Math.xviij. Ubi duo vel tres con
gregati ſunt in noīe meo ibi ſum in medio ipſoꝝ. Et iō bre
uiter de iſto noīe tamadmirabili.tālaudabili.tāglorioſo.tā
uirtuoſo.tādelectabili.tāamicabili dr̄ in pſ̄. Sit nomē eius
benedictū in ſecula: ante ſolem ꝑmanet nomē eius. Pꝫ ǵ
ꝙ nomē dei habet faſtigiū ſumme auctis. Nomē inq̄t dn̄i
Deinde dico ꝙ iſtud nomē prebet refugiū magne ſecuri
tatis: quia iſtud dr̄ turr̄ fortiſſima. Sicut em̄ turris eſt tu-
tamen ⁊ refugiū obſeſſoꝝ: ſic nomē dn̄i nobis in iſta valle
miſerie refugij locus eſt ⁊ tentationibus ⁊ tribulationibus
obſeſſis eſt vnicū refugiū ⁊ tutamen. Sicut em̄ illi q̄ ab in-
ferioribus iudicibꝰ grauant̄ ſolent apellare ⁊ refugere ad
regem vel papā ſicut ad refugiū ſeu p̄ſidiū ſingulare. Sic
nos q̄ ab iniq̄s iudicibus.ſ.mūdo.carne ⁊ demonibus quo
tidie affligimur ⁊ grauamur. debemꝰ ad auxiliū diuini no-
minis recurrere: ⁊ ad tutelam ipius refugere ⁊ nos ipſius
ꝓtectioni ⁊ tutamini penitus ⁊ totaliter cōmendare. Vñ
in pſ̄. Deduxiſti me dn̄e: q2 factus es ſpes mea: turris forti
tudinis a facie inimici. De iſto noīe ⁊ ipſius fortitudine ꝓ
tectiua pōt dici illud Hiere.x. Magnus es tu ⁊ magnū no
mē tuū in fortitudine. Iſtō ǵ nomē prebet refugiū magne
ſecuritatis. Deniq̄ dico ꝙ iſtud nomē querit ſuffragiū
magne humilitatis qđ oſtēdit̄ cuȝ dr̄. Ad ipm fugit iuſtus
Iſtud em̄ nomē humiliter debet inuocare: ⁊ a quolibet iu-
ſto ꝑ humile ſuffragiuȝ implorari. Sicut em̄ pullus vidēs
miluū cōfugit ad alas galline: quaſi inuocās ꝓtectionem
ipſius ꝯtra miluū. Sic homo ꝯ̄ impetū milui.i.dyaboli de
bet ad alas galline.i.ad ꝓtectionē diuini nois ꝑ orōnē cō-
fugere ⁊ ipm in auxiliū inuocare. Iuxta illud Heſter.xiiij.
Heſter quoq̄ regina cōfugit ad dn̄m pauens periculum.
Nihil em̄ tutius in periculis ꝙ̄ diuini nominis inuocatio
ſicut de Enoch dicitur Gen̄.iiij. Q2 iſte cepit inuocare no-
men domini Pſ̄. Nos autem in nomine dei noſtri inuoca
bimus. Et nota ꝙ iſtud nomen inuocandum eſt. Quia

Dulcoroſum odorantibus.
Fructuoſum exorantibus.
Luminoſum ꝯtemplātibus.

Eſt dico iſtud nomē odo
rantibus dulcoroſuȝ. vñ
Cant.j. Oleū effuſuȝ no
men tuū. Item eſt exorantibus fructuoſum. vñ Ioh.xvj.
Quodcūq̄ petieritis patrem in noīe meo fiet vobis. Iteȝ
eſt cōtemplantibus luminoſum pſ̄. In lumine tuo videbi
mus lumē: ⁊ in noīe tuo ꝯfitebimur tibi in ſeculū. Iſtud ǵ
nomē querit ſuffragiū magne humilitat̄: q2 videlicȝ iſtud
nomē req̄rit ꝙ debeat hūiliter inuocari: q2.ſ.ſicut dr̄ Phi-
lip̄.ij. Iſtud eſt nomē qđ ē ſuꝑ om̄e nomē vt in noīe Ieſu
om̄e genu flectat̄ celeſtiū: terreſtriū ⁊ infernoꝝ. Inſuꝑ
dico ꝙ iſtud nomē tollit naufragiū om̄is iniquitatis. Sal-
uabit̄ inq̄t. Quia ſicut dr̄ Actuū.iiij. Nec em̄ ē datū aliud
nomē hominibꝰ in quo oportet nos ſaluos fieri. Et certe
bene dico ꝙ ad iſtud nomen eſt fugiēdum ⁊ in eo totaliter
ꝯfidēdum. Si em̄ maloꝝ ſpirituū inuocatores cōtra ipo-
rum ſeuitiā per virtutem diuinoꝝ nominū ꝓtegunt̄: ita ꝙ
ab ipſis ledi nequeūt dum in circulis circūſcriptis diuinis
nominibus includunt̄. immo ſicut dicit̄ ipſis reſpondere
per virtutem diuinoꝝ nominū compellūtur. ſicut de nomi
ne dei ineffabili ſemēphoras ⁊ alijs dei nominibꝰ in libris
magicis cōtinet̄: certe multo fortius credēdum eſt ꝙ ſi bo-
ne ⁊ deuote ꝑſone nomē diuinū in ſuis neceſſitatibus in-
uocent: ipſius auxilium ſentiūt ⁊ reportent. Quia ſi pecca
tores a demonibus ⁊ a periculis liberat: multo fortius iu-
ſtos ſaluat. vñ Ioelis.ij. Et erit: om̄is quicūq̄ innocaue-
rit nomē dn̄i ſaluꝰ erit.

Iſtud eſt nomē dei qđ ſaluat ꝑiclitātes.
Quod recipit ad ſe confugientes.
Quod erigit ad ſe clamantes.
Quod protegit in ſe confidentes.

Et ꝓpterea de
virtutibus iſti
us nois admi-
ratiue loq̄t̄ da
uid dicēs i pſ̄.
Dn̄e dn̄s noſter ꝙ̄ admirabile eſt nomē tuum in vniuerſa
terra. Et Eſaie.ix. dr̄. ꝙ vocabit̄ nomē eius admirabilis.
deus fortis.pater futuri ſeculi.princeps pacis. Iſta ǵ ſunt
dicta de nomie ſancto ⁊ mirabili. Scđo ꝑncipaliter dico
ꝙ de noīe bono ⁊ delectabili ſeu cōmendabili. Et iſtud eſt
bonū nomē bona fama.bonus rumor cuiuſlibet viri iuſti.
Iſtud em̄ ſumme eſt appetēdū. Quia ſicut nomē eſt illud
ꝑ qđ vnaqueq̄ res cognoſcit̄. ſic fama eſt illud ꝑ qđ de no
bis noticia diuulgat̄. Arboris em̄ virtus qñq̄ cognoſcitur
ꝑ odorem. Vñ nulla res dr̄ vt cōiter cōuenienter virtuoſa.
cuius nō eſt ſuba odoroſa. Sic vere ꝑ odorē boni nois bo
nitas interior cognoſcit̄. Quia vt cōiter vbi latet interius
mala ſuba malevite. nūq̄ fragrat exterius redolētia bone
fame. Et ideo breuiter bonum nomen debet ſuper om̄ia di
ligi ⁊ haberi multiplici ratione. Quia videlicet iſtud Eſt

Diuitijs ꝓponēdum.
Delicijs preferēdum.
Eminētijs ꝑmittēduȝ.

Bonū em̄ nomē eſt meliꝰ ꝙ̄ di
uitie. Quia ſicut dr̄ Prouerbio
rū.xxij. Melius eſt nomē bonū
ꝙ̄ diuitie multe. Item meliꝰ eſt ꝙ̄ delicie. Quia ſicut dicit̄
Ecci.vij. Melius eſt nomē bonū ꝙ̄ vnguēta ꝑcioſa. Iteȝ
melius ꝙ̄ honores ſeu eminētie. Quia ſicut dr̄ Gen̄.xj. Gi-
gantes turrē altam vſq̄ ad celū voluerūt edificare vt no-
men ſuū poſſent celebrare. Et quia ꝓpter nomē ſuum cele
brandū turris eminētiam edificauerūt. Vñ patet ꝙ nomē
eminētie pretulerūt. Et iſtud ꝓcerto apparuit in antiquis
patribus qui ꝓ nomie bono habēdo nō ſolū ſuſtinuerunt
infinita mala. imo etiā pro noīe bono cōſeruādo paſſi ſunt
infinita damna. Legi em̄ ꝙ cū in quadā ciuitate cipri eſſet
quidā burgēſis magne fame: magniq̄ nomis et virtutis.
apud quē om̄es trāſeūtes mare bona ſua deponebant. ac-
cidit ꝙ q̄dam malus hō quadā die publice clamauit apud
eum ꝙ redderet ſibi q̄ngentas libras q̄s depoſuerat apud
eū. qđ tñ in veritate falſum erat. Burgēſis tñ vidēs ꝙ di-
ctus peſſimꝰ a clamore deſiſtere nō volebat: vocauit illum
ſecreto ⁊ tradidit illi pecuniā quā petebat. magis eligens
dictā pecuniā ꝑdere ꝙ̄ boni nois ſui aliquā denigratōeȝ in
currere. Verūtñ dei iudicio factū fuit ꝙ dictus peſtifer de
dicta pecunia valde diues effectꝰ eſt. ad mortē a ūt veniēs
cōpūctus corde totū qđ habuerat ⁊ q̄cq̄d acq̄ſiuerat dicto
burgēſi reliq̄t: ⁊ ſic ipſius factus fuit vtilis ꝓcurator: qui
fuerat neq̄ſſimus defraudator. Iſte ǵ de bono nomie cura
bat: ⁊ ipm ſuis diuitijs ꝑponebat. Iux̄ illud Ecci.xlj. Cu-
rā habe de bono noīe: hoc em̄ magis ꝑmanebit tibi ꝙ̄ mil-
le theſauri magni ⁊ ꝑcioſi. Per nomē ǵ ſignificat̄ bona fa
ma quā.ſ.viri iuſti vndiq̄ circūiaciūt ⁊ diffundūt. Et ideo
cuilibet ſic noīato ⁊ famoſo pōt dici illud Hiere.xj. Oliuā
vberē.pulcrā.fructuoſaȝ.ſpecioſaȝ vocauit dn̄s nomē tuū
Ubi aduerte ꝙ hō pōt eſſe noīatꝰ ꝓpt̄ q̄tuor. vicȝ qñ habet

Conſtātie firmamentū.
Clementie leuimētum.
Decentie velamentum.
Scientie paramentum.

Probat ꝯſtātiam ligni ſolidi
tas. Oliuam. Probat clemē-
tiam fructus fertilitas. Vbe-
rem. Probat decētiam forme
formoſitas. Pulcrā. Probat ſciaȝ vernās amenitas. Spe
cioſam. Dico ǵ ꝙ ad bonū nomē habendū req̄rit̄ ſolidi
tas firme ꝯſtātie. qđ notat̄ in noīe Oliuā. q̄.ſ.habet lignū
valde ſolidū ⁊ quaſi penitꝰ imputribilis nature. Vñ ē ꝙ in
tabernaculo federis quicq̄d eſt factū de lignis imputribili
bus factū fuit. Duo etiā cherubin facti ſunt đ lignis oliua
rū. Sic vere ſpūaliter loquēdo ſi nomē ⁊ gloriam acq̄rere
velimꝰ: ꝯſtātes ⁊ ſolidi in dictis moribus. factis. tētationi
bus ⁊ tribulatōibꝰ indefectibiles ⁊ imputridi eſſe debemꝰ.
vñ Oſee.xiiij. Erit q̄ſi oliua gloria eius. Exēplo dauid qui
interpretat̄ manu fortis. de quo dr̄.j.Reg.xviij. Celebre fa
ctū eſt nomē eius nimis. vñ etiā de Ioſue forti ⁊ ſtrennuo
debellatore dr̄ Ioſue.vj. ꝙ fuit dn̄s cū Ioſue ⁊ nomē eius
diuulgatū eſt in om̄i terra. Sicut em̄ videmꝰ ꝙ milites for
tes ⁊ ſtrēnui ⁊ victorioſi ꝑ penas ⁊ tribulationes corporis
nomē ⁊ gloriam acquirūt: ita ꝙ coram regibus ⁊ magnati
bus laudes ⁊ magnificētias accipiūt. Sicut etiaȝ videmꝰ
ꝙ ſpēs qñ terūtur melius fragrāt. Lapis etiam qui dr̄ ga-
gates q̄ extra ignē redolere nō videt̄. in igne tñ poſitꝰ ſua-
uiſſime fragrat odorē. Sic vere ſanti ⁊ iuſti qñ tribulatōi
bus huiꝰ mūdi terunt̄: qñ igne aduerſitatū cremātur: quā
do in bellis ꝯ̄ vicia ⁊ pctā victorias fortit̄ aſſequunt̄. odo-
rem bone fame ſolēt effundere ⁊ gloriā ꝑclari nois corā re
gibus. deo ⁊ angelis acq̄rere ⁊ hr̄e. Sicut de rege Ozia dr̄
.ij. Paralip̄.xxvj. Diuulgatū eſt nomē eius vſq̄ ad introi
tum egypti ꝓpter crebras victorias. Requirit̄ ergo ad bo
nū nomē habēdum. Soliditas firme cōſtantie. Iteȝ ad
bonum nomē requirit̄ in homine fertilitas pie clementie.

Vberem inquit ⁊ fructiferã. Sicut eñ videmus ꝙ homines liberales ſuas diuitias alijs largientes pre ceteris nominantur. Arbores etiam fructifere fructus ſuos vberiter emittentes pre ceteris commendanť. Sic viri pij qui fructus diuitiarũ ſuarũ libẽter ⁊ liberaliter pauperibꝰ diſtribuunt ⁊ emittũt coram deo ⁊ hominibus nomẽ. laudẽ ⁊ gloriam cõſequunť: ita ꝙ ꝓprie paupes pñt dicere de talibus illud Iudic. xviij. Vidimus terrã valde opulentã ⁊ vberẽ: ita ꝙ ad quẽlibet talem miſericordẽ pñt dirigere verbuꝫ illud Cant. j. In odore vnguẽtoꝝ tuoꝝ currimus oleũ effuſum nomẽ tuũ. Requiriť ğ fertilitas pie clemẽtie. Item ad bonũ nomẽ requiriť formoſitas mire decentie. Pulcrã inquit. Sicut eñ res pulcre pre ceteris noianť: ita ꝙ etiaꝫ tam viri ꝙꝫ mulieres qñqꝫ ꝓpter ſui pulcritudinẽ corporis nomẽ nõ modicũ aſſequunť. Sic vere apud deũ pulcritudo honeſte apparẽtie ⁊ decentie ſolet magnũ nomẽ ⁊ gloriam generare. Illiqꝫ apud deũ ſunt noiatiores: q̃ ſunt ꝑ honeſtam apparentiã pulcriores. ſicut Ezech. xvj. dĩ cuidaꝫ ciuitati in figura cuiuſdã virginis glorioſe. Egreſſum ẽ inquit nomẽ tuũ in gentes ꝓpter ſpẽm tuam: quia perfecta eras in decore tuo. fiduciã habẽs in pulcritudine. Requiritur ğ formoſitas mire vel pure decẽtie. Item ad bonum nomẽ requiriť ſagacitas magne prudẽtie. Speciosam inquit. Sicut eñ ſenſibiliter videmus illi qui ſunt ſapientiores: ſunt in fama ⁊ gloria noiatiores. Unde de ſalomõe ſapiẽtiſſimo. De Ariſtotile ſubtiliſſimo. De Seneca moraliſſimo ⁊ prudẽtiſſimo ꝓprie viget nomẽ. Vñ etiam ipſi Salomoni dĩ Ecci. xlvij. Ad inſulas longe diuulgatuꝫ eſt nomen tuum: ⁊ dilectus es in pace tua. Et ideo ꝓculdubio ſi nomen bonum habere volumus: neceſſe eſt ꝙ in virtute prudẽtie ⁊ ſpũalis ſciẽtie vigeamus: qđ oſtendiť cum dicitur. Speciosam. Viror eñ ⁊ ſpecioſitas arboris viuacitatem denotat ingenij ſeu mẽtis: vt ſic cuilibet in ſciẽtia ⁊ eloq̃ntia noiato dicať illđ pſ. Specioſus forma p̃ filijs hoim diffuſa ẽ gr̃a i labijs tuis. Sic igiť ptꝫ chariſſimi ꝙ Propť
Prudentiam ſubtiliorem.
Decentiam honeſtiorem.
Clementiam vberiorem.
Conſtãtiam robuſtiorẽ viri iuſti habuerũt bonũ nomẽ: ita ꝙ cuilibet poterat dici illud Eſaie. lxij. Vocabitur tibi nomẽ nouuꝫ qđ os dñi noiauit. Iſti eñ figurãť in templo. qđ ſicut diciť. j. Mach. iij. Nominatũ erat vſqꝫ ad extremũ terre. De quo etiam diciť. j. Paral. xxij. Domus quã edificare cupio talis debet eſſe vt in cunctis regionibꝰ noieť. Figuranť etiã in gigantibus de q̃bus dĩ Baruch. iij. Ibi fuerũt gigantes nominati: ſtatura magna ſciẽtes bellum. Figuranť etiam in iudeis. de q̃bus dĩ. j. Mach. xj. Glorificati ſunt iudei et noiati ſunt in regno. Iſta ğ dicta ſunt de noie bono ⁊ commendabili. Tertio ꝑncipaliter dico de noie malo ⁊ execrabili: qđ videlicet nihil aliud eſt ꝙꝫ mala fama vel mala opinio vel rumor. Iſtud eñ eſt nomen ſumme cauẽdum. Quia ſicut hõ valde cauet ne feteat corꝑaliter ⁊ ne aliquã immundiciã habeat ꝑ quã vilis ⁊ horribilis ab alijs iudiceť. Sic ſpũaliter a fetore mali ⁊ infamis nois debemꝰ cauere: q2 ꝓcerto deus ⁊ mũdus taliter fetẽtes nõ diligũt: ſ ipſos fugiũt ⁊ cõtemnũt. Hyrcus eñ anial eſt fetidũ ⁊ immundũ: ⁊ ideo ad cõuerſandũ inter homies nõ eſt gratũ. Porcus etiã immũdus diciť: eo ꝙ in ſtercoribꝰ ⁊ fetoribꝰ delectať. Vpupa etiã ſacrificari deo indigna fuit: eo ꝙ de ſtercoribus ⁊ rebus fetẽtibꝰ nidũ facit. ſicut diciť Leuiť. xj et Deuť. xiiij. Quia ꝓcerto tales qui ꝑ infamiã ſunt fetidi. q̃ in rebus fetidis ⁊ infamibꝰ ſunt nutriti. deo ſunt ⁊ hoibus odioſi nec digni ſunt cũ bonis hoibꝰ ꝯuerſari: nec etiã deo ⁊ angelis dedicari. Iſti eñ ſunt ſicut beſtia q̃ aſcendit de abyſſo. q̃ noibus blaſphemie erat plena ſicut dĩ Apoc. xiij. ⁊ xvij. Et poſſumꝰ notare ꝙ iſtud malũ nomẽ acq̃riť
Per ſtulticiã ⁊ ꝓſumptionẽ.
Per luxuriã ⁊ infectionem.
Per ſeuitiã ⁊ exactionem.
Eſt igiť malum nomẽ fatuitatis. Et de hoc diciť Ecci. xxij. vbi de oneroſa cõditione homis loquẽs dicit ſic. Sup plumbũ q̃dem grauabiť ⁊ ꝙ illi aliud nomẽ ꝙꝫ fatuus. Tale nomen habebat ꝓſumptuoſus nabal q̃ per ſuã ꝓſumptionẽ totã domũ ſuã ⁊ ſeipm̃ expoſuit periculo ⁊ ruine. ſ. dauid male reſpõdendo ⁊ eidẽ victualia denegãdo. ſicut dĩ. j. Regũ. xxv. Vñ de ipſo dĩ ibidẽ. Ipſe eñ ſcḋm nomẽ ſuũ ſtultus eſt. Iteꝫ ẽ malum nomẽ carnalitatis. Vñ multi ſunt ſicut illa mulier meretrix. de qua Apoc. xvij. dĩ. ꝙ in fronte ſua habebat nomẽ ſcriptũ babylon mater fornicationũ. Item eſt malũ nomẽ crudelitatis. Vñ de multis põt dici illud Eſaie. viij. Voca nomẽ eiꝰ accelera. ſpolia detrahe. feſtina ꝑdare. Iſti figuranť in iſta ſtella cadẽte de celo de qua Apoc. viij. dĩ. ꝙ nomen ſtelle abſinthiũ: q2. ſ. raptores ſunt alijs abſinthiũ pre amaritudine. Et ſic ptꝫ de noie malo ⁊ execrabili. Quarto dico de noie ficto ⁊ deteſtabili. Et iſtud eſt nomen hypocritarũ qui nomen habẽt ſine re. Figurati in equo pallido Apoc. vj. Quia q̃ ſedebat ſuꝑ eũ nomẽ illi mors: ⁊ infernꝰ ſequebať eũ. Tales eñ ſunt pallidi ꝑ fictã apparentiã honeſtatis. In ipſis etiam ſcḋm veritatẽ ſedet mors. i. abũdantia totius iniq̃tatis. quã. ſ. ſequiť infernus finalis peſtilentie ⁊ penalitatis. Iſti eñ ſunt ſimiles fatuis nobilibꝰ q̃ hereditatẽ ſuam vendiderũt: quia de hereditate ⁊ de genere ⁊ nobilitate nõ retinẽt niſi nomẽ. Sic iſti hereditatẽ virtutũ nõ habẽt: ſed ſolũ nomẽ ⁊ famã retinẽt. vñ Apocal. iij. loquiť vni tali dicẽs. Nomẽ habes ꝙ viuas ⁊ mortuus es Et tale nomẽ in veritate nõ poteſt diu durare. Accidentia eñ nõ poſſunt manere ſine ſubiecto: ⁊ q2 iſti nõ habẽt ſubiectũ. neceſſe eſt ꝙ deficiat in eiſdem accidens honeſtatis. Teſte eñ Seneca. Nihil qđ ſimulatũ ⁊ fictũ ẽ poteſt eſſe diuturnũ. Odor eñ aromatuꝫ poſt receſſum ⁊ in abſentia ipſoꝝ poteſt in aliquo loco aliq̃diu durare. Patet etiã de pomo quẽ homo tenuit in manu ꝙ manet odor in manu aliquãtulũ. Verũtamẽ nõ poteſt talis odor diu ꝑſeuerare. cum nõ habeat qđ ipſum poſſit cõtinuare. Sic odor boni nominis ⁊ bone fame in talibus aliq̃diu poteſt ſtare: ſ ꝓcerto diu nõ poteſt ſiſtere vł durare. Vñ etiã Ecci. xlj. Nomen impioꝝ delebiť. Et Eſaie. xiiij. Perdã babylonis nomen. Hec igiť de quadruplici noie ſufficiãt. videlicet. De nomine ficto. De nomine malo. De noie bono. Et de noie ſancto. Sed adhuc põt dici ꝙ nomen ſeu nominatio nihil aliud eſt ꝙ ad aliquã dignitatẽ ꝓmotio vel electio. Vñ cuilibꝫ nouiter electo poteſt dici illud Eſa. lxij. Vocabitur tibi nomẽ nouũ qđ os domini nominauit. Et ſi vis põt dicere ꝙ ad hoc ꝙ aliq̃s ſit dignus nominari ad dignitatem requiriť ꝙ habeat illas q̃tuor cõditiones in illa auctoritate ſupra poſitas. Oliuã. Vberẽ ⁊c̃. Vel ſi vis pone illã auctoritatẽ ſupra titulo de Appellare. Appellauit adam nominibus ſuis cuncta animãtia: ⁊ cũcta volatilia celi: ⁊ cunctas beſtias terre. Et de iſta noiatiõe dĩ Ezech. xxxiij. Suſcitabo eis germẽ iuſtum ⁊ nominatũ: ſufficit ⁊c̃.

## Nondum.

Nota ꝙ nõdum ſemꝑ ſignat dilationẽ ſeu futuri tp̃is ſucceſſionẽ. Et ſic igitur dico ꝙ tam in bono ꝙꝫ in malo ꝑ nõduꝫ põt intelligi
Mentis prudẽtia diu deliberãs.
Celi clemẽtia beatos remunerãs.
Mortis potentia tandẽ accelerãs.
Cordis pigricia nunꝙꝫ properans.
Primo igiť dico ꝙ per nõdum intelligitur mentꝭ prudẽtia deliberatiua. Iſta eñ nunꝙꝫ ſubito ꝓrumpit ad negocia. ſ ſemꝑ deliberat et expectat ꝑ ꝯſilia. Dicit eñ nõdum eſt tẽpus. nõdũ fiat ⁊c̃. Deus eñ tale nõdum diligit. ⁊ in talibus prudẽtibus deliberationibus requieſcit. Figura ad hoc: quia corpus dñi ſicut diciť Luce. xxiij. Fuit poſitũ ⁊ ſepultũ in ſepulcro in quo nõdum quiſꝙꝫ poſitus fuerat. Et Actuũ. viij. diciť. ꝙ quia ſpũſſctũs nõdum in queꝙꝫ illoꝝ venerat: ſ baptizati tm̃ erãt in noie dñi Ieſu. ideo venit ſubito ſuꝑ illos. Primo eñ videbať ſpũs diu deliberaſſe: ⁊ poſtea ſe ſubito infudiſſe. Exemplo xp̃i qui dicebat Ioh. vij. Tempus meũ nõdum impletũ eſt. Sicut etiam ipſe dicebat beate virgini dum miracula facere ad tẽpus differret Ioh. ij. qñ ipa dicit. vinũ nõ habent. Quid inquit mihi ⁊ tibi mulier nondum venit hora mea. q. d. Nondũ. i. tp̃s ⁊ hora eſt in omi negocio expectãda. ſicut de miſſiõe ſpũſſancti dĩ Ioh. vij. Or nõdũ erat ſpũs datus: q2 nõdũ erat Ieſus glorificatꝰ. Patet ğ ꝙ ꝑ nõdum intelligiť mentis prudẽtia deliberatiua. Secũdo dico ꝙ ꝑ nõdũ intelligiť celi clemẽtia beatificatiua. Cõſtat eñ ꝙ gloria paradiſi nõduꝫ apparet nobis ſ expectať in fine. De quo Heb. ix. dĩ. Hec ſignãte ſpiritu ſancto nõduꝫ eſſe ꝓpalatã ſanctoꝝ viam. adhuc priore tabernaculo habente ſtatum. Unde etiã de iſta figura glorie ſucceſſione dĩ Ioh. xx. Noli inq̃t me tangere. Nondũ

eñi aſcendi ad patrē meū ⁊c̃. Tertio dico ꝙ ꝑ nōdum intelligitur mortis potentia acceleratiua. Mors eñi ⁊ iudicium habent ſuū nōdum. De quo Math. xxiiij. Oportet ꝑmū hec fieri: ſ; nondū ſtatim finis. Unde de iſto nondū. i. de finali fato ⁊ hora mortis dicitur Joh. vij. ꝙ nemo miſit in Jeſum manus: quia nondū venerat hora eius. Apud deū eñi ſ̃m quoſdā ph̃os oñia negocia habēt ſuū nōdum. i. ſuum futurū nō eſſendi pūctū: ſicut xp̃s de ſeipſo dicebat Johānis. vij. Tempus meū nōdum aduenit. Igit̃ patet ꝙ ꝑ nondū intelligit̃ mortis potentia acceleratiua. Quarto dico ꝙ ꝑ nondū intelligit̃ lenta pigricia ſemꝑ dilatiua. Pigri eñi ⁊ imbecilles ſemꝑ querūt dilationē negocioꝝ. Dicunt eñi ꝙ nondū eſt tēpus oꝑandi ſicut bene rep̃hendũtur illi pigri qui dicebāt Aggei. j. Nondū venit tēpus domus dñi edificādē. Iſti eñi differūt ⁊ bene operari ⁊ bene intelligere. Bene dico operari ſicut dictum eſt de illis qui domum dei nōdum edificandā dicebant. Bene etiam intelligere ſicut Marci. viij. vbi dicit̃. Nonduz cognoſcitis aut intelligitis. adhuc cor cecatum habetis. Sic igitur patet quō nōdum tam in bono ꝙ̃ in malo poteſt dilationes quatuor deſignare ⁊c̃.

**Non.** Cum nō ſit ſillaba ſeu dictio negatiua ⁊ priuatiua. poſſet dici ꝙ ſ̃m ꝙ nō negat ⁊ tollit: ⁊ eſt negatio bona vel mala. in bono pōt accipi ⁊ in malo. Sic ergo notabo ꝙ i ſcp̃tura repit̃ in bono. Nō qđ ſpectat ad

Summū eminetem.
Triſtem penitētem.
Juſtum excellētem.
Sanctū triūphantē.
In malo vo reperit̃.
Unū nō qđ ſpectat ad.
Miſerum egentem.
Demonē ledentem.
Impiū peccantem.
Damnatū lugentem.

Primo ḡ dicamus ꝙ eſt vnū nō qđ ꝑtinet ad ſumme regentem. hoc eſt dictu ad deum. Conſtat eñi ꝙ cum deus ſit ſumme perfectus ad ipſuz pertinet eſſe non. quod priuat ⁊ aufert aliq̃d imꝑfectum. Et ſic de deo poteſt dici ꝙ ipſe eſt. Non impius. Non iniuſtus. Non variabilis. Nō corruptus. Et ſic dico ꝙ ad ipſum ſpectat vnum Non: tollens

Prauitatem.
Falſitatem.
Uanitatem.
Mortalitatem.
Iniquitatem.
Crudelitatem.

De prauitate conſtat ꝙ ipſe eſt nō peccabilis: quia. ſ. peccatū nō fecit. nec inuētus eſt dolus in ore eius. De falſitate cōſtat: quia ipſe eſt immētibilis: quia. ſ. nō eſt deus vt homo vt mentiat̃: nec vt filius hominis vt mutet̃ Nume. xxiij. De vanitate ſeu variabilitate cōſtat quia eſt imutabilis: quia ſcz ipſe eſt apud quem non eſt trāſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio. Jacobi. j. Ideo dicit̃ in pš. Tu aūt idem ipſe es ⁊ anni tui nō deficient. Et Malach. iij. Ego dñs qui nō mutor. De mortalitate conſtat ꝙ ipſe eſt immortalis ſeu nunꝙ̃ corruptibilis: quia. ſ. xp̃s reſurgēs ex mortuis iā nō moritur: mors illi vltra nō dominabit̃ Roma. vj. De iniq̇tate vo ꝯſtat ꝙ ipē ē pctō incōſentibilis. Deus eñi ſolū nō peccat: imo etiā peccato nunꝙ̃ cōſentit: ſ; peccare ꝓhibet atq; vetat. Negat. n. ꝓhibet ⁊ vetat ꝑ illđ aduerbiū nō oē pctm̃: ⁊ potiſſime Peccatū veneris qđ carnē maculat: h̃ eſt luxuria. Peccatū aeris qđ ſurſum eleuat: hoc eſt ſuperbia. Peccatū funeris qđ pigrum vinculat: hoc eſt accidia. Peccatū ſceleris qđ ira iaculat: hoc eſt ſeuicia. Peccatuz fenoris qđ opes cumulat: hoc eſt auaricia. Peccatū iecoris qđ ventre pullulat: hoc eſt caſtrimargia. Peccatū pectoris qđ bonos iugulat: hoc eſt inuidia. Dico ergo ꝙ deus habet vnū nō qđ ꝓhibet peccatū veneris ⁊ luxurie. Et ſic dicit Exo. xx. Non mechaberis ⁊ nō cōcupiſces vxorez ꝓximi tui Ecci. ix. Nō aſpicias mulierē. Et Ecci. xxv. ⁊. xlj Item habet vnū non qđ ꝓhibet peccatū aeris ⁊ ſuperbie Ecci. v. Non te ventiles in oēm ventum. Et Thobie. iiij. Supbiam nunꝙ̃ in tuo ſenſu dominari permittas ab ipſa eñi ſumpſit iniciū oñis ꝑditio. Item habet vnū non qđ ꝓhibet peccatū funeris ⁊ accidie. i. pigricie: que. ſ. ſimilis eſt funeri ſeu morti Ecci. vij. Non te pigeat viſitare infirmuz ex hoc eñi in charitate firmaberis. Itē habet vnū nō qđ ꝓhibet peccatū ſceleris ⁊ ſeuitie ſeu iracūdie Exo. xx. Non occides. Et illud Leuit̃. xix. Nō facias calūniā ꝓximo tuo Quia ſicut dicit̃ Jacobi. j. Ira eñi viri iuſticiā nō oꝑatur Item habet vnū nō qđ ꝓhibet peccatū fenoris ⁊ auaricie Exodi. xx. Nō furtū facies. Et illud. nō feneraberis fratri tuo. Itē habet vnū nō qđ ꝓhibet peccatū iecoris ⁊ caſtrimargie Ecci. xxxvij. Non te effundas ſuꝑ oēm eſcā. Item habet vnū nō qđ ꝓhibet peccatū pectoris ⁊ inuidie Leuit. xix. Non oderis fratrē tuū in corde tuo: ſed publice argue eum. Et breuiter dico ꝙ oñe nō mali ꝓhibitiuū ꝑtinet ad deū: ſicut eſt. Nō ꝑiurabis. Nō furtū facies. Nō mētieris Nō falſum teſtimoniū dices. Nō maledices ſurdo: ⁊ corā ceco nō pones offendiculū. Non eris criminator in populis. Nō falſum teſtimoniū dices Leuit̃. xix. Et cetera ſimilia que longū ⁊ impoſſibile eſſet ponere. Eſt ergo vnuz nō qđ ꝑtinet ad ſumme regentem. Scđo principaliter dico ꝙ eſt vnū nō qđ ꝑtinet ad culpas lugentē. i. ad hoiem penitentem. Penitens eñi habet vnum non quo ſcz ipſe negat

Corpori complacentiā.
Uirtuti deſiſtentiam.
Criminū perſeuerantiā.
Demoni obedientiam.

Corpori dico complacētiam. quia. ſ. ſibi debet negare delicias carnales. Un̄ de penitentibus: abſtinētibus ⁊ triſtibꝰ poteſt dici illud Eſaie. xxiiij. Ceſſauit gaudiū tympanorū: q̇euit ſonitus letantiū: cōticuit dulcedo cithare. cum cantico nō bibent vinū. amara erit potio libētibus illam. Et illud Luce. j. Uinum ⁊ ſiceram nō bibet ⁊c̃. Item penitēs debet denegare virtuti deſiſtentiā: quia. ſ. penitēs multū debet cauere ne recidiuet. Un̄ illud. j. Cor. x. Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Item debet negare criminis ſeu peccati ꝑſeuerātiā ſeu ꝯualeſcētiā. Iux̃ illud pš. In corde meo abſcondi eloquia tua vt nō peccem tibi. Et merito. Quia ſicut dicit̃ Sapien̄. xv. Si nō peccauerimus. ſcimus quoniā apud te ſumus cōputati. Item debet penitēs denegare demoni obedientiā. Iuxta illud. ij. Mach. vij. Nō obedio p̄cepto regis ſed p̄cepto legis. Patet ergo ꝙ eſt vnum nō qđ ꝑtinet ad culpas lugentē. i. ad penitentē. Tertio principaliter dico ꝙ eſt vnū nō qđ ꝑtinet ad iuſte viuentē hoc eſt dictu ad virum ꝑfectū ⁊ iuſtum. Iſte eñi dicit non oñibus: qui ipſum ad malum trahere volunt. Nā iſte deo

Flagellanti dicit non triſtabor.
Mūdo variāti dicit nō mutabor.
Carni maculāti dicit nō fedabor.
Hoſti malignanti dicit nō plicabor.
Morti cōmināti dicit nō turbabor.
Summo imperanti dicit ſubiugabor ſeu dep̄cabor ⁊ humiliabor.

Dicit ergo iuſtus deo ꝙ cū flagellat ꝙ nō triſtabit̃: ſ; potiꝰ ꝙ patientiā habebit. Iuxta illud Prouerb. xij. Non cōtriſtabit iuſtū quicq̇d ei acciderit. Item dicit mūdo ꝙ cum variat ꝙ nō mutabit̃: ſed potius ꝙ ſꝑ erit ſtabilis ⁊ ꝑſeuerās pš. Juſtus ineternum nō cōmouebit̃. Item dicit carni quādo tentat ꝙ non fedabit̃ Roma. viij. Spiritu ambulate ⁊ carnis deſideria nō perficietis. Et merito: quia ſicut ibidē dicit̃. Illi qui in carne ſunt deo placere nō poſſunt. Item dicit hoſti quando ipſum ad malum incitat ꝙ nō plicabit̃ ſeu ſuperabitur ſperans. ſ. in auxilio diuino. De quo dicit̃ in pš. Non dimiſit hominē nocere eis ⁊ corripuit ꝓ eis reges. Et illud Junior fui etem̄ ſenui ⁊ non vidi iuſtum derelictum nec ſemē eius ⁊c̃. Item dicit morti qñ. ſ. appropinquat ꝙ nō turbabitur. Juxta illud Joh. xiiij. Non turbet̃ cor veſtrū neq; formidet: vado ⁊ veniam ad vos. Et illud. Omnis qui credit in me nō morietur ineternū Joh. xj. Item dicit ſeruio ſummo regi. ſ. deo ꝙ cōtra ipm̄ nō eleuabit̃ ſeu etiā ꝙ ipſi humiliabit̃: ⁊ ipm̄ orare nō dedignabit̃: ſed ne ſibi noceat orabit ⁊ deprecabit̃ dicens illud pš. Ne auertas faciē tuaz a me: ⁊ ne declines in ira a ſeruo tuo. Et illud. Ne ꝓijcias me in tempore ſenectutis: et cum defecerit virtus mea ne dereliquas me. Et illud. Ne veniat mihi pes ſuperbie: ⁊ manus peccatoris non moueat me: ⁊ cetera ſimilia. Patet ergo ꝙ iſta negatio. non. quandoq; pertinet ad iuſtum ſeu etiam eſt vnum non quod pertinet ad iuſte viuentem.

Quarto vo dico ꝙ eſt vnum nō quod pertinet ad beate regnantem. hoc eſt dictu ad quēlibet virum beatum: quia ſcilicet beati habent ſuum nō ⁊ ſuam negatiuā in qua. ſ. ab ipſis deficit ⁊ denegat̃ omne malum. Juxta illud Apocal. vij. Abſterget deus omnē lachrymā ab oculis ſanctorum et iam non erit amplius neq; luctus: neq; clamor: ſed nec vllus dolor. qm̄ priora tranſierunt. Unde nota ꝙ iſti Non

Metuunt hoſtis iniuriam.
Amittunt cordis leticiam.
Sentiunt pene meſticiam.

Or eñi beati non metuūt hoſtis iniuriā. Patet q̇a ſicut dicit̃ Eſaie. xxxv. de

Cognoſcunt vmbre triſticiā.
Admittunt culpe nequiciā.
Incurrunt mortis anguſtiā.

ciuitate paradiſi. Ibi nō erit leo: ⁊ mala beſtia nō aſcendet ꝑ eam nec inuenietur ibi. Et Eſaie. lxv. Non nocebūt neqꝫ occidēt in omi ſancto monte. Item ꝙ beati nō amittant veram leticiam. patet Job. xj. Unde dicit᷑ cuilibet beato. Requieſces ⁊ nō erit qui te exterreat: ⁊ habebis fiduciā propoſita tibi ſpe. ⁊ defoſſus ſecurus dormies. Et Johānis. xvj. Gaudiū vr̄m nemo tollat a vobis. Item ꝙ beati nō ſentiāt pene meſticiam. Patet vbi ſupra Apocal'. vij. Non erit amplius neqꝫ luctus: neqꝫ clamor: ſed nec vllus dolor. Item ꝙ beati nō cognoſcant vmbre triſticiā ꝙꝙ ſemꝑ maneāt in lumine claritatis eterne. patet Eſaie. lx. vbi cuilibet beato dicit᷑ Non occidet vltra ſol tuus: ⁊ luna tua nō minuet᷑. Item ꝙ beati nō admittāt ſeu nō cōmittāt culpe nequiciam: patet prime Johānis. iij. vbi dicit᷑. ꝙ omis qui in deo manet nō peccat. Item ꝙ beati non incurrant mortis anguſtiam temporalis. ſ. vel eterne. patꝫ in ps̄. vbi dicit᷑. Non moriar ſed viuam ⁊ narrabo opera domini. Sic ergo patet ꝙ eſt vnum nō quod pertinet ad beate regnanté. Et ſic patet ꝙ hec dictio negatiua non. poteſt accipi in bono ſignificato.

Sed adhuc dico ꝙ nō poteſt accipi in malo. Et hoc fit quando negat et priuat illud quod affirmaret eſſe bonuꝫ. Et ſic notabo ꝙ in ſcriptura reperitur Nō quod ſpectat ad

Triſtem miſerum .i. pauperem.
Hoſtem aſperum .i. demonem.
Virum ſcelerum .i. peccatorem.
Statum inferum .i. ad vorato-

rem. hoc eſt dictu ad infernū maloꝝ hominū receptorem. Dico ergo ꝙ eſt vnū nō .i. vna negatiua q̄ ꝑtinet ad miſeros egentes. Paupes em̄ ⁊ miſeri habet ſuū nō .i. ſuā ꝓuationē ⁊ carētiā bonoꝝ mundanoꝝ. vꝫ Carētiā

Deliciarum et ſaturitatis.
Diuitiarum ⁊ ꝓſperitatis.
Eminentiarū ⁊ auctoritatis.
Amiciciarū et fraternitatis.

Habent dico miſeri in h̄ mundo carentiam ſaturitatis ⁊ deliciarū: quia. ſ. iſti in mūdo nō habent victuꝫ ſufficientē. vn̄ Treno. iiij. Paruuli petierūt panem et nō erat qui frāgeret eis. Et illud ps̄. Non ſit illi adiutor nec ſit qui miſereatur pupillis eius. Item habēt carētiam ꝓſperitatis ⁊ diuitiarū. Unde ipſi poſſunt dicere illud Actuū. iij. Argētum ⁊ aurum non eſt mihi. Et illud Eſa. iij. Nō ſum medicus ⁊ in domo mea nō eſt panis neqꝫ veſtimētū. Item habēt carentiā ſublimitatis ⁊ eminētiarū: quia. ſ. iſti poſſunt dicere illud Johannis. xviij. Regnum meū nō eſt de hoc mūdo. Iſti em̄ non habent auctoritatē ſuperiorē vel dominicaꝫ: ſubtiliorē vel ꝓpheticam: potentiorē ⁊ autēticam. De ſuperiori em̄ ⁊ dominica patet Johānis. j. vbi dicit᷑. Helyas es tu? Reſpondit. non ſum. Helyas em̄ interpretat᷑ aſcēdens domin⁹ vel robuſtus. De ſubtiliori aūt ⁊ ꝓphetica patet ibidem Joh. j. Propheta es tu. Reſpōdit nō. ps̄. Signa noſtra nō vidimus: iam nō eſt propheta. De potētiori ꝟo ⁊ autētica patet Treno. j. vbi dicit miſera hieruſalem. Infirmata ē virtus mea. dedit me domin⁹ in manu de qua nō potero ſurgere. Item habent carētiam fraternitatis ⁊ amiciciarū: quia ſcilicet fratres ſi ſunt paupes derelinquunt᷑ etiam a fratribus ⁊ amicis. Vn̄ illud Treno. j. Non eſt qui cōſolet᷑ eaꝫ ex omibus caris eius. omes amici eius ſpreuerunt eam. et facti ſunt ei inimici. Et loquit᷑ de ciuitate hieruſalem miſera ⁊ deſtructa. Patet ergo ꝙ eſt vnū nō ſeu vna negatio q̄ pertinet ad miſeres egentes. Deinde dico ꝙ eſt vnum non. quod pertinet ad demones vrgentes ſeu tentantes et tribulantes. Iſti enim habent negatiuam.

Certe veritatis.
Dulcis pietatis.
Alte dignitatis.
Iuſte equitatis.

Iſti em̄ carent veritatis certitudine dicentes: ſ. illud ꝓma Joh. j. In tenebris ambulamus ⁊ mentimur ⁊ non facimus veritatem. Item ipſi carent pietatis plenitudine. Crudeles enim ſunt ⁊ nō pij: ſicut de Medis dicit᷑ Eſaie. xiij. Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos medos. qui argētum nō querāt: nec aurum velint: ſed ſagittis paruulos interficiēt: ⁊ lactātibus vteri nō miſerebunt᷑: et ſuper filios nō parcet oculus eorum. Ut de dyabolo dicatur illud Hieremie. vj. Sagittam ⁊ ſcutum arripiet crudelis ⁊ nō miſerebit᷑. Item iſti carent dignitatis celſitudine. Ut de dyabolo exponatur illud Ezech. xxvj. Collocabo te in terram nouiſſimā. in ſolitudines veteres cum his qui deducunt᷑ in lacum ad nihilum redigam te ⁊ nō eris: quęſieris ⁊ nō inuenieris. Item iſti carēt equitatis rectitudine. Ut ſcilicet de ipſis poſſit dici illud Sapiētie. ij. Dixerūt impij apud ſe nō recte cogitātes. exiguum ⁊ cum tedio eſt tēpus noſtrum: ⁊ non eſt in fine refrigerium. nec eſt agnitus qui reuerſus fuerit ab inferis. Venite ergo opprimamus pauperem iuſtum: ⁊ nō parcam⁹ viduę. nec veterani multi temporis reuereamur canos. Sic ergo patet ꝙ eſt vnuꝫ nō quod pertinet ad demones vrgentes. Deniqꝫ dico ꝙ eſt vnum nō quod pertinet ad homines peccatores ſeu delinquētes. Iſti em̄ habēt negatiuā omis boni. Ideo poſſum⁹ dicē ꝙ iſti ſunt q̄

Veritatis carent eloquio.
Pietatis carent eliquio.
Claritatis carent ſolſequio.
Humilitat̄ carēt obſequio.
Sedulitatis carēt officio.
Fraternitat̄ carēt hoſpitio.
Trāquillitat̄ carēt refugio.
Eternitatis carēt faſtigio.

Dicam igit᷑ ꝙ peccator nō habet vt cōmuniter eloquium veritatis. ꝓma Johannis. ij. Qui dicit ſe noſſe deum ⁊ mandata eius nō cuſtodit mendax eſt ⁊ veritas in eo nō eſt. Iteꝫ nō habet eliquium pietatis Eſaie. ix. Vir fratri ſuo nō parcet. declinabit ad dexteram ⁊ eſuriet. ⁊ comedet ad ſiniſtrā ⁊ non ſaturabitur vnuſquiſqꝫ carnem amici ſui vorabit. Itē nō habet ſolſequium charitatis: quia ſcilicet peccator nunq̄ vere diligit. Unde Hieremie. ix. Unuſquiſqꝫ a ꝓximo ſuo ſe cuſtodiat: ⁊ in omi fratre ſuo nō habeat fiduciam: quia omis frater ſupplātās ſupplātabitur ⁊ omis amicus fraudulenter incedit ⁊ veritatem nō loquet᷑. Et tamē ſcriptuꝫ eſt ꝓma Johānis. iij. Iuſtuꝫ eſt ꝙ qui nō diligit manet in morte. Item dico ꝙ peccator non habet humilitatis obſequium. Unde Hiere. ij. peccatori dicitur. A ſeculo confregiſti iugum: rupiſti vincula dixiſti nō ſeruiam. Ut ſit de illis qui dicunt Johānis. viij. Filij abrae ſumus ⁊ nemini ſeruiuimus vnqꝫ. Item nō habet hoſpiciū fraternitatis. Nemini em̄ humanitatē hoſpitalitatis impēdūt: niſi forte his qui rependūt. paupes ꝟo qui nō habēt repēdere: cum indignatione repellunt. Unde cōminatiue dicitur eis illud Ephes. ij. Non eſtis hoſpites. ſ. pauperes recipiendo nec erit veſter hoſpes xp̄us in celum introducēdo. Quia qua menſura menſi fueritis eadem remetietur vobis Matth. vij. Item nō habet refugiuꝫ pacis ⁊ tranquillitatis. Sicut em̄ dicit᷑ Eſaie. lvij. Impij ſicut mare feruēs qđ quieſcere nō valet: ⁊ nō eſt pax impijs dicit domin⁹ Hieremie. vj. Dicentes pax pax: ⁊ nō erit pax. Item nō habēt officium benignitatis: qꝛ nūqꝫ rn̄dēt benigniter vel gratanter: ſꝫ poti⁹ arrogāter. Cōſtat em̄ ꝙ mali nūqꝫ benigniter acquieſcunt alicui iuſte petitioni. imo ſemꝑ ꝯſueuerūt dicere nō ⁊ nūqꝫ homini cōſentire. Vn̄ poſſum dicere ꝙ iſti Dicunt

Maioribus nō obediemus.
Pauperibus nō ſubueniem⁹.
Supplicib⁹ nihil faciem⁹. Vel
Clamātibus nō ſubueniem⁹.

Iſti ergo dicunt maioribus ꝙ non obediēt. ⁊ tn̄ de filio ꝓteruo qui patri ⁊ matri obedire cōtēpſerit ꝓcipitur Deut᷑. xxj. Ut lapidibus obruatur. Vn̄ illud ꝓdictū Hiere. ij. Rupiſti vincula: dixiſti non ſeruiā. Iſti dicunt pauperibus ꝙ nō ſubueniēt. Iuxta illud ꝓdictū Treno. iiij. Paruuli petierūt panē ⁊ nō erat qui porrigeret eis Et in ps̄. dicit᷑. Pauperē cui nō erat adiutor. Contra illud Eccl. x. Nō deſpicias hominē iuſtum pauperē: ⁊ noli magnificare hominē peccatorē diuitem. Iſti dicūt ſupplicib⁹ ⁊ orātibus ꝙ nihil faciēt ſeu ꝙ nō exaudiēt. qꝛ. ſ. ſemꝑ habent negatiuam in ore: q̄ꝙꝫ ſupplicatio ſit honeſta. Nota quō papa Benedictus. xij. hō fuit durus ⁊ negare etiam aſſuetus. ⁊ quō dux borbonēſis dixit ſibi: ꝙ ipſe nō videbatur eſſe de lingua hoc: ſed de lingua nō: qꝛ rariſſime aſſentiendo dicebat hoc. Sepiſſime aūt dicebat nō. Ut ſic tales figurentur in iſto lento amico qui ꝓ alio ab eo poſtulante tres panes ſurgere nolebat. imo ſe grauiter excuſabat dicens Luce. xj. Noli mihi moleſtus eſſe iam oſtium meum clauſum eſt ⁊ pueri mei mecum ſunt in cubili: nō poſſum ſurgere ⁊ dare tibi. Et breuiter bene poteſt dici talib⁹ illud Math. xxv. Nudus eram ⁊ nō operuiſtis me. eſuriui ⁊ nō dediſtis mihi manducare ⁊c̄. Iteꝫ ꝓpterea peccator nō habebit nec obtinebit eternitatis faſtigiū. Unde cū poſt mortem peccatoris querit᷑ vbi ſit. vere reſponditur quod ſcribitur. j. Paralip. xxvij. Non eſt relatus in faſtos regis da

uid.i.ſicut illi filij iſrael qui numerati fuerunt a Joab filio ſaruie annalibꝰ dauid nõ ſunt inſcripti: quia domini iram ꝓuocauit. Sic nec peccatores deum ſceleribus irrigantes in libro vite ſunt ſcripti: nec ad celi curiã recepti ꝛc. Et ſic bene apparet ꝙ eſt vnũ nõ qḋ ꝑtinet ad pctõres vł delinquẽtes. Inſuꝑ dico ꝙ eſt vnũ nõ qḋ ꝑtinet ad dãnatos ⁊ deſperãtes. Et ſic nota ꝙ ad iſtos ſpectat Vnũ nõ quod

Claudit dei benignitatẽ.
Negat oẽm iocunditatẽ.
Infert oẽm crudelitatẽ.
Aufert oẽm ſtabilitatẽ.

De dei pietate ⁊ benignitate ꝙ eis claudat̃. patꝫ in pſ̃. Clamauerũt nec erat qui ſaluos faceret. ad dñm nec exaudiuit eos. vñ Prouerb.j. Tunc inuocabũt me ⁊ non exaudiam: clamabũt ad me ⁊ nõ exaudiã eos. eo ꝙ exoſam habuerũt meã diſciplinã: ⁊ timorẽ domini nõ ſuſceperunt nec acquieuerũt conſilio meo. De cordis iocũditate ꝙ eis denegat̃. patet Eſaie.ix. vbi dicit̃. Multiplicaſti gentẽ. nõ magnificaſti leticiam. Ut accedat qḋ de dãnatis dicitur Eſaie.xxiiij. Ceſſauit gaudiũ tympanoꝝ. quieuit ſonitus letantium. cõticuit dulcedo cithare. cum cantico nõ bibẽt vinum. amara erit potio bibẽtibus illam. De dura vero crudelitate ꝙ eis inferatur. patet Hiere.l. vbi dicit̃. Preparamini cõtra babylonem omes qui intẽditis arcum. nõ parcatis iaculis: qui domino peccauit. De omi vero ſtabilitate ꝙ eis auferat̃ patet Ezech.xxvj. vbi diuiti damnato dicit̃ ſic. Cum dederis terrorem tuum in terra viuẽtium ad nihilum redigam te. ⁊ nõ eris: ⁊ queſitus non inuenieris imperpetuum. Sic igit̃ patet quomõ iſta negatiua nõ poteſt accipi in bono ⁊ in malo.

Nonne. Quis nõne ſit aduerbiũ dubitandi ⁊ interrogãdi. eſt tamẽ vt cõmuniter ſuppoſitiuum aduerbij affirmãdi. ſemꝑ eñ ſupponit ſic vel ita. Sicut cum dicit̃. Nõne ex denario cõueniſti mecum? quaſi diceret ſic. Et ſumitur vt cõiter in omi ſignificato. Sepe eñ ſolet fieri queſtio ⁊ dubitatio. vt exinde ſequat̃ affirmatiua reſponſio ⁊ veritatis declaratio. Et ideo Nõne eſt ſicut quedã yronica negacio: quia. ſ. ꝑ oppoſitum ſignat affirmationem: ⁊ veritatis aſſertionẽ ⁊ omnis dubij amotionem. Sic ergo nota ꝙ veritas iſta nonne refertur Ad

Deum. Quo ad deuꝫ. nõne eſt veritas affirmatiua
Seipſum. Quo ad ſeipſum eſt veritas lamentatiua.
Iuſtum. Quo ad iuſtũ nõne eſt veritas ordinatiua.
Impium. Quo ad impiũ nõne eſt veritas execratiua
Mundum. Quo ad mũdũ nõne ẽ vitas impugnatiua.

Homo enim verus ⁊ iuſtus et ab omni falſitate ⁊ mendacio alienus ꝑ iſtam dictionẽ nõne. Affirmat in deo laudabilia. Plangit in ſeipſo culpabilia. Cõmendat in iuſto notabilia. Arguit in impio damnabilia. Predicat de mundo terribilia. Dico ergo primo ꝙ eſt vnum nõne qḋ homo debet affirmare de deo omniũ creatore ⁊ hoc ꝓcerto eſt ꝙ ipſe debet ꝑ nõne affirmare ⁊ laudare. ſ. Qualiter dominꝰ

Deuotis imminet ipſos defendendo.
Immundis eminet ipſos abluendo.
Uidet ⁊ retinet cuncta gubernando.
Portat ⁊ ſuſtinet mala tolerando.
Paupes continet ipſis miſerendo.
Auaros reſpuit ipſos flagellando.
Inuidos arguit propria ſpergendo.
Superbos inſtruit parua preferẽdo.

Igitur dicaꝫ ꝙ per iſtud aduerbium nõne ipm referendo elicitur vna veritas de iuſtoꝝ defenſione. Uerũ eſt eñ ⁊ certum ꝙ deus bonos defendit ⁊ ꝓtegit. Unde ſathan dicebat domino de beato Job. Job.j. Nõne tu vallaſti eum ⁊ domũ eiꝰ totamq; ſubſtantiã eius ꝑ circuitũ? quaſi diceret ſic. Iteꝫ elicit̃ alia veritas de pctõꝝ ablutione. vñ Job.xiiij. Quis poteſt facere mundũ de imundo conceptum ſemine? nõne qui tu ſolus es? quaſi diceret ita. Item elicit̃ alia veritas de humanoꝝ gubernatione. vnde Job.xxxj. Nõne ipſe cõſiderat vias meas: ⁊ omes greſſus meos enumerat? Iteꝫ elicitur alia veritas de tormentoruꝫ toleratione. Deus eñ quo ad humanitatẽ tormenta grauia tolerauit. vnde Luc. xxiiij. Nõne oportuit pati xp̃m ⁊ ita intrare in gloriã ſuã? Item elicit̃ vna veritas de miſerorum cõſolatione. Conſtat eñ ꝙ deus conſueuit pauperibus ⁊ miſeris ſubuenire Jacobi.ij. Nõne paupes elegit deꝰ diuites in fide? ⁊ Ecci. xxxv. Nõne lachrymevidue ad maxillã deſcẽdunt. ⁊ a maxilla aſcẽdunt in celum. et dominus exauditor nõ delectabitur in illis. Item per nõne quo ad deum elicit̃ alia veritas de auarorum reprehẽſione. Unde de nũmularijs quorum chriſtus cathedras euertit ⁊ de templo emẽtes ⁊ vendentes eiecit dicit̃ Marci.xj. Nõne ſcriptum eſt. Domus mea domus oratiõis vocabitur. vos autẽ feciſtis eam ſpeluncam latronum. Item per nõne elicitur alia veritas de inuidorum redargutione. vñ Math.xx. illis qui alijs ſimilem pecuniam recipientibus inuidebãt: ⁊ cõtra patremfamilias murmurabãt dicit̃. Nõne ex denario cõueniſti mecum? nõ facio tibi iniuriam: tolle quod tuũ eſt ⁊ vade. Itẽ elicitur alia veritas ex ſuperboꝝ deteſtatione. Unde diſcipulis de maioritate querẽtibus dicitur Luce.xxij. Qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor. Nam quis maior eſt? qui recumbit? an q̇ miniſtrat? Nõne qui recumbit? q.d. Uos nõ recũbitis ſed miniſtratis ⁊ ideo minores vos reputare debetis. Patet ergo ꝙ eſt vnum nonne quod homo debet affirmãdo querere de deo omniũ creatore. Secundo dico ꝙ eſt vnum nõne per quod queritur homo de ſeipſo mundano viatore. Et ſic dico ꝙ homo per Nõne ꝯquerit̃ De

Debilitate proprie nature.
Aduerſitate mũdane iacture.
Ebrietate guloſe paſture.

Conquerit̃ dico de ꝓpria fragilitate. vnḋ.ij. Eſdre.iiij. Homo dicit Scire inquit o viri vos aportet qm̃ mulieres dominantur veſtri. Sequit̃. Nõne fortes ſunt mulieres? quaſi diceret. Ita plus q̃ȝ nos. Item conquerit̃ de mũdana aduerſitatẽ Unde ipſe dicit Job.iij. Nõne diſſimulaui nõne ſilui? nõne quieui? ⁊ venit ſuper me tribulatio. Item cõquerit̃ de rõnis obſcuritate ſeu de ebrietate. vnḋ Prouerb.xxiij. Cui ve: cuius patri ve: cui rixe: cui fouee: cui ſuffoſſio oculorũ: cuius ſine cauſa vulnera? Nõne his qui morant̃ in vino ⁊ vacant calicibus epotandis? Sic ergo inuenit̃ nõne quo quis cõquerit̃ de ſeipſo mortali viatore. Tertio dico ꝙ eſt vnum Nõne quo homo interrogat̃ de iuſto profeſſore. Et ſic dico ꝙ per nõne fiunt multe queſtiões de viro iuſto ad eliciẽdũ aliq̃s vitates. Et ſi dico ꝙ ꝑ nõne q̃rit̃ De iuſti

Senſibus ⁊ diſcretione.
Fletibus ⁊ compaſſione.
Fructibus ⁊ ſucceſſione.
Laudibus ⁊ cõmẽdatiõe.
Sermonibus ⁊ locutione.
Affectibus ⁊ intentione.
Parẽtibus ⁊ generatione.

Igit̃ dico ꝙ per nõne queritur de iuſti ſenſibus. Et ſic q̃ritur Luc.xiiij. de homine volente edificare turrim. Nõne inquit ſedens prius cogitat ſi habeat ſumptus ad perficiendum. ne poſtq̃ ceperit edificare ⁊ nõ potuerit cõſummare: omes qui viderint incipiant illudere ei. Bene ergo querit̃ de diſcretione viri iuſti. Unde dicit̃ Job.xij. Nonne auris verba diiudicat ⁊ fauces comedentis ſaporem. Item per nõne queritur de iuſti tactibus. ſ. interioris compaſſionis: qua. ſ. tenet̃ proximo miſereri. De quo Math.xviij. Nõne ergo oportuit te miſereri fratri tuo ſicut ⁊ ego tui miſertꝰ ſuꝫ. Ad qḋ Ecci.xliiij. Nõne ardorem refrigerabit ros. q.d. ſic. Sic ⁊ tu elemoſyna foue pauperem ſi vis facere iuſte. Item per nõne queritur de iuſti fructibus ſeu operibꝰ Math.xiij. Nõne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Item querit̃ per nõne de iuſti laudibus. vnde.j. Regum.xviij. Nõne iſte ẽ dauid cui cantabãt in choro dicentes. Saul percuſſit mille ⁊ dauid decem milia? Item per nonne queritur de iuſti affatibus.iij. Regũ.j. Nõne tu domĩe mi rex iuraſti mihi Salomon filius meus regnabit poſt me? Item querit̃ de iuſti affectibus Luce.xxiiij. Nõne cor noſtruꝫ ardẽs erat in nobis ꝛc. Item querit̃ de iuſti parẽtibꝰ. vñ Matth.xiij. Nõne hic eſt fabri filius? nõne mater eius dr̃ Maria. ⁊ Marci.vj. Nõne hic eſt fabri filius ꝛc. ⁊ nõne ſorores eius nobiſcum ſunt. Sic ergo patꝫ ꝙ per nõne fit queſtio de iuſto ꝓfeſſore. Quarto vero dico. ꝙ per nõne fit q̃ſtio de vano pctõre. Et ſic certe dico ꝙ per nõne fit queſtio De malorũ

Cibis ⁊ potibus.
Pactis ⁊ cetibus.
Uerbis ⁊ actibus.

De cibis dico ⁊ potibꝰ querũt ipſi. inet Eccs.ij. Nõne inquiũt melius eſt comedere ⁊ bibere ⁊ videre bona de labore ſuo. De pactis vero ⁊ amoribꝰ maloꝝ dr̃ Math. v. Or ſi inquit vos diligitis eos qui vos diligũt quã mercedem habebitis? Nõne ⁊ publicani hoc faciũt? De malorum aũt verbis ⁊ actibus dicit̃ Jacobi.ij. Nõne ipſi blaſphemant bonũ nomẽ. Et ibidẽ. Nõne diuites per potẽtiã opprimunt vos? Iſtud eſt nomen quod queritur de vano

peccatore. Quinto dico ꝙ per noīe querit̄ de mundo. Et ſic dico ꝙ fit queſtio de mundi potētia. nequicia ⁊ ſtulticia. de qbus Dan̄.iiij. Nōne hec eſt babylon ciuitas magna. Et Ezech.xxj. Nōne hec eſt que ſublimē humiliauit. Et.j.Corinth.j. Nōne ſtultum fecit deus ſapientiam huiꝰ mundi. Sufficit.

## Noſcere.

Nota ꝙ noſcere idē eſt ꝙ ſcire. cognoſcere vel ſapere. Noticia v̄o idem ē ꝙ ſcientia cognitio vel ſapiētia. Et quia in locis pluribus de diſcretione ſciētia vel prudentia fuit actū. Breuiter aliqd eſt dicendum. Notemus ergo ꝙ nos debemus Noſcere

Anteriora.
Poſteriora.
Interiora.
Exteriora.
Superiora.
Inferiora.

Tota em̄ ſumma noſtre iuſticie ⁊ cognitionis debet vergere circa aliqđ predictorum. Nos em̄ debemꝰ noſcere vt dictuꝫ eſt immediate Anteriorē nature vilitatē Poſteriorē mortis neceſſitatē. Interiorem cordis iniquitatem. Exteriorē proximi paupertatem. Superiorē celi felicitatē. Inferiorē inferni grauitatem. Habeamꝰ ergo noticiā rerū anterioꝝ: quia vicꝫ ſicut vnūquodqꝫ animal ſemꝑ habet faciē inclinatam ad terram de qua ſumpſit ſuuꝫ ꝓncipiū ⁊ originē. Sic nos faciem ⁊ cōſideratione cordis noſtri debemus ſemꝑ habere ⁊ vertere ad terrā.i.ad conſideratione noſtre anterioris terrene vilitatis. de quo poteſt dici illud Job.xxxix. Nunquid noſti tēpus partus ibicū in petris? ⁊ dinumeraſti mēſes cōceptus earū. Item habemus noticiā rerū poſterioꝝ videlicet mortis. iudicij ⁊ inferni: quia.ſ. ſicut dicit̄ Prouerb.xiiij. Cor qđ nouit amaritudinē ſuaꝫ. in gaudio eius nō miſcebit̄ extraneus. Item habeamus noticiā rerū interioꝝ.ſ.peccatoꝝ ⁊ delictorum ſiue cōtra deū. ſiue cōtra ꝓximū cōmiſſoꝝ. de qbus nos ꝓpria cōſcientia arguit. dicēs cum timore deo illud Job.xij. Ipſe nouit decipientē.ſ.peccatorē. Itē habeamus noticiā exterioꝝ. Et iſta noticia potiſſime ꝑtinet ad naturā. quia nos debemꝰ agnoſcere ⁊ ꝑ compaſſionē ſcire que ſunt miſerie ꝓximoꝝ. Quia ſicut dicitur Prouerb.xxix. Nouit iuſtus cauſaꝫ pauperū. Sicut de Job tribulato et paupato dī Job.xlij. ꝙ pro ipſo releuando venerūt ad eum oēs fratres ſui ⁊ oēs qui nouerant eum prius. Qđ tn̄ eſt ꝯtra multos q̄ nō noſcūt hominē tp̄e aduerſitatis ſ tm̄ tp̄e ꝓſperitatis. Similes coruis q̄ pullos ſuos q̄diu plumis carēt nō noſcūt. Poſtqꝫ v̄o plumas habuerint: ipſos recipiūt ⁊ nutriūt tanqꝫ ſuos. Quia vere ſepe fit ꝙ hoīes etiā ſuos pullos.i. ſuas cōpatriotas. cōſanguineos vel vicinos dum plumis diuitiarū carēt noſcere vel cognoſcere nō dignant̄. Iux̄ illud Job.viij. Negabit eum ⁊ dicet nō noui te. Exemplo petri q̄ vidēs xp̄m in tribulatione negauit ſe noſſe illuꝫ. ſicut dicit̄ Mar.xiiij. Et Luce.xxij. Vn̄ etiā in ꝑſona pauperū dī in p̄s. Lōge feciſti notos meos a me. poſuerunt me abbominationē ſibi. Sed ꝓcerto qn̄ plumas diuitiarū vidēt eos hr̄e. tunc optime ſolent eos noſcere ⁊ amare. Quia ſicut dī Eccl.xiij. Decepto diuite multi ſunt recuꝑatores. humilis aūt ſi ceciderit expellet̄ etiā a notis. Itē habeamꝰ noticiā rerū ſuperiorū.ſ.dei ⁊ bonoꝝ ꝑadiſi Job.xxxviij. Nunqđ noſti ordinē celi ⁊ pones rōnē eius in terra. Et ſic ſimꝰ de illis q̄bus datum eſt noſſe myſteria regni dei Luce.viij. Ne forte ſi non habeamus deum in noticia. tradat nos in reprobū ſenſuꝫ ⁊ faciamꝰ qđ nobis nō expedit. ſicut dicit̄ Roma.j. Item habeamus noticiā rerū inferiorū.ſ.infernaliū tormentoꝝ. vn̄ Actuū.ix. Note facte ſunt paulo inſidie. Sic igit̄ patet quō debemꝰ ſcire ⁊ noſcere illa q̄ ꝑtinent ad ſaluteꝫ. Quia ꝓcerto iuxta dictū apl'i Roꝝ.j. Qđ notū eſt dei debet eſſe manifeſtū nobis. vt gratias iſti referētes q̄ notas fecit vias ſuas moyſi. filijs iſrael volūtates ſuas. dicamus illud p̄s. Notas mihi feciſti vias vite. adimplebis me leticia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vſqꝫ in finē. Et poſſumus notare ſi volumꝰ ꝙ ſic̄ bonꝰ ſapiēs ⁊ ſubtilis magr̄ ſolet multa ſcientie ſecreta notificare diſcipulo ꝑdilecto que alijs nō reuelat. Sic deus dilectis ſuis.ſ.ſanctis hominibꝰ ſolet multa ſecreta voluntatis ſue reuelare: que tamē ſolet alijs denegare. Sicut etiā videmus ꝙ fidem ſuā ⁊ ſecreta diuinitatis ſue nō notificauit paſſim oībus hoībꝰ: ſ ſolum ſuis ꝑdilectis diſcipl'is fidelibꝰ xp̄ianis. Iſtis ḡ notificauit

Virtutē qua ꝓtegerent̄.
Salutem qua ſanarent̄.
Viam qua ꝓgrederent̄.
Dexterā qua cōtinerent̄.

Virtus eius fuit notificata in mūdi creatione p̄s. Notā feciſti populis virtutē tuam. Salus eiꝰ fuit notificata in mūdi reꝑatione ſeu in filij incarnatione p̄s. Notū fecit dn̄s ſalutare ſuū. Via eius quotidie notificat̄ in mādatoꝝ ſuorum oſtēſione p̄s. Notā fac mihi dn̄e viam tuā in q̄ ambulem. Dextera ſua v̄o finaliter notificabit̄ in eterne ꝓſperitatis retributione ⁊ collatione p̄s. Dexterā tuā ſic notam. Sic erit notus in iudea deus ⁊ in iſrael magnū nomē eius Et ſic verificabit̄ illud Ezec.xxxviij. Magnificabor ⁊ ſanctificabor ⁊ notus ero in oculis oīm gentiū. Notus ḡ debꝫ eſſe deus ⁊ maxime notis ſuis.i.illis quos in domo eccleſie ſue ꝓmouet ⁊ tenet ſicut domeſticos atqꝫ notos. Quia vere tales p̄cipue debēt deū noſcere ⁊ eiꝰ familiaritatē acq̄rere ⁊ hr̄e. Quis ꝓculdubio ip̄e deꝰ poſſit hodie dicē illud Job.xix. Noti mei q̄ſi alieni receſſerūt a me ⁊c̄. Sed ſi alio mōvolumꝰ dicē. Diſtingue ꝙ ī ſcp̄tura reꝑit̄ Noticia

Summi creatoris.
Iuſti viatoris.
Vani peccatoris.

Eſt dico quedā noticia ſummi creatoris. Et iſta ꝓcerto triplex ē.ſ. Noticia certitudinis que nō fallit̄. Gratitudinis que nō obliuiſcit̄. Rectitudinis que nō flectitur.

Primo dico ꝙ eſt noticia ſummi creatoris.ſ.noticia certitudinis q̄ cognoſcit cūctos. Quia.ſ.ipſe nouit ſuꝑiora et inferiora: interiora ⁊ exteriora: anteriora ⁊ poſteriora Daniel.xiij. ⁊ Job.ij. Dn̄e tu oīa noſti. Et.ij.Eſdre.vj. Oia nota ſunt dn̄o regi. Et breuiter ipſe eſt q̄ noſcit abſcondita cordis p̄s. Qui nouit hominū vanitatē Job.xv. Qui nouit decipientē ⁊ eū qui decipit̄ Job.xij. Iſta eſt ḡ noticia certitudinis q̄ noſcit cūctos. Itē in deo eſt noticia gratitudinis qua cognoſcit ſctōs. Et iſta eſt noticia approbatiōis q̄ deus approbat bonos: ⁊ ipſos cognoſcit tanqꝫ ſuos ⁊ ſe dignos. Oē em̄ aīal nouit fetū ſuū inter alios. ip̄mqꝫ vocat ⁊ ſibi appropat inter oēs. Sic deus optime nouit q̄ ſui ſunt. Et de tali noticia dī.ij. Petri.ij. Nouit deꝰ pios de tētatione eripe. Et in p̄s. dī. Nouit dn̄s dies īmaculatoruꝫ ⁊ hereditas eoꝝ in eternū erit. Et Job.xiij. Ego noui q̄s elegerim. Iſta eſt ḡ noticia gratitudinis qua cognoſcit ſctōs

Itē in ipſo eſt noticia rectitudinis q̄ cognoſcit fictos. h̄ eſt dictu peccatores ⁊ malos. Et iſta eſt noticia iuſticie. q̄.ſ.ipſe nouit iuſtos ad p̄miandū. malos v̄o ad puniendū. Quia ſicut dī Prouerb.iiij. Vias que a dextris ſunt nouit dn̄s. Peruerſe aūt vie ſunt q̄ a ſiniſtris ſunt. Et illud p̄dictum Job.xij. Ipſe nouit decipientē ⁊ eū q̄ decipit̄. Et ſic patet ꝙ eſt noticia ſummi creatoris.ſ. Rectitudinis. Gratitudinis ⁊ Certitudinis. Scđo p̄ncipaliter dico ꝙ eſt noticia iuſti viatoris. Iuſtus em̄ nouit illa q̄ ſunt ſupra ſe. infra ſe. ex̄ ſe. Supra ſe vt deū. celū. angelos ⁊ vitā eternam. Vn̄ de deo dī in p̄s. Nouit ꝑtātez ire ſue ⁊ p̄ timore ⁊c̄. De celo dī illud Job.xxxviij. Nunq̄d noſti ordinē celi. De angelis etiā dī in p̄s. Cognoui oīa volatilia celi ⁊ pulcritudo agri mecū eſt. De vita eterna dī Math.xiij. Vobis datuꝫ eſt noſſe myſteria regni celoꝝ. Infra ſe etiā.ſ.cor ꝯſciētiaꝫ fragilitatē ⁊ ſimilia. Pone de tripode appollinis vbi erat ſculptum Gnotoſolitos.i. noſce teip̄m. Vide infra in titulo de ꝓuidere Prouer.xiiij. Cor qđ nouit amaritudinē aīe ſue in gaudio eiꝰ nō miſcebit̄ extraneis. Itē extra ſe.ſ.mūdū ⁊ rem ſuaꝫ familiarē ⁊ tꝑalia negocia Prouer.xij. Nouit iuſtus aīas iumētoꝝ ſuoꝝ. Itē iux̄ ſe neceſſitates ꝓximoꝝ ⁊ ſimilia Prouerb.xxix. Nouit iuſtus cām pauperū ⁊ cetera ſimilia. Et ſic patet ꝙ eſt noticia iuſti viatoris.

Tertia principaliter dico ꝙ eſt noticia vani peccatoris: qr.ſ.peccatores plus abundāt in ſenſu ⁊ noticia huiꝰ mūdi qꝫ iuſti. Animalia em̄ nociua ſicut ſunt leones ⁊ aquile clarius ceteris vt cōiter vident. Sic filij huius ſeculi Luc.xj. Vos cū ſitis mali noſcitis bona ⁊c̄. Sufficit. Vide ſupra de Cognitione. ⁊ infra de Scire.

## Nouē. Nonus. et Nonagita

Nota ꝙ numerus nouenarius qui ex ternario ter ducto componit̄ in ſcriptura plurimum commendat̄. Siḡt em̄

Statum humanoꝝ mortaliuꝫ.
Ritum angelorum ſublimium.
Cultum perfectorum humiliū.

Primo ſignificat ſtatum humane ꝯditionis. Quia reuera iſte numerus videtur ſpecialiter applicatꝰ ad hominē inq̄ntū

ſcꝫ ter tribus potentijs ꝯſtituit̃ .ſ. tribus corꝑis viribus. q̃ ſunt ſenſitiua. vitalis ⁊ nutritiua. Ité tribus potétijs anie que ſunt intellectiua. volitiua ⁊ memoratiua. Et tribꝰ theologicis virtutibꝰ que ſunt Spes. Fides ⁊ Charitas. Et idõ breuiter hõ ſub nouenario numero ſpecialiter ſumit̃: quia ſicut expertū eſt. homo ſine cibo nouem diebus viuere cõprobatur. Homo nouē angeloꝝ ordinibꝰ finaliter ſociat̃. Puer etiā in vtero nouē mēſibus perficit̃ ⁊ format̃. Unđ .ij. Mach. vij. dixit filio ſuo mater. ꝙ nouē eum menſibus in vtero portauerat. Ad quod etiaꝫ facere comprobat̃ qđ de cimiterio ſancti Innocētij pariſiēſis quotidie experitur .ſ. corpora ibi ſepulta nouē dierū numero totaliter computreſcere ꝙ in puluerē reducant̃ ⁊ oſſa nuda extrahant̃ et alij in eiſdem ſepulcris ſepeliantur. Ad qđ põt applicari illud qđ dicit̃ de ſepulcro. Illiꝰ gigãtis mortui Deutro. iij. Or adhuc oſtēdit̃ lectus eius ferreus nouē cubitos habēs Ut ſic hõ figuret̃ in tēplo dñi. de quo dicit̃ Ezech. xlj. ꝙ lõgitudo eius nonaginta cubitoꝝ. Nonaginta eñ conſtant ex denario nonies ducto. vt ad euꝫ applicet̃ illud qđ dicit̃ Matth. xxvij. Or .ſ. hora nona dñs expirauit ⁊ ꝙ tenebre facte ſunt vſqꝫ ad horā nonā: ſed tunc lux redijt ⁊ acceſſit ad denotandū ꝙ humane vite tenebroſitas infra nouenarij terminos ꝯtinet̃. quo numero completo homo morit̃ ⁊ lux future vite ſuccedere cõprobat̃. Patet ḡ ꝙ nouenariꝰ numerus ſignat ſtatū humane conditionis. Scđo dico ꝙ iſte numerus ſignat rituꝫ angelice religionis. Cõſtat eñ ꝙ nouē ſunt ordines angeloꝝ. Numerus eñ iſte cõſtat ex ternario ter ducto. ad denotandū ꝙ in iſtis eſt perfecta noticia trinitatis. Figurati in nouē muſis appollini deo ſapientie deputatis ⁊ cõſecratis: ⁊ fonti eliconi cuiꝰ guſtus ſapientiā bibentibus influebat ſpãliter dedicatis. ſicut ponit Ouidius. Quia reuera iſti nouem ordines angeloꝝ fonte eterne ſapie p̃cipue potantur. ⁊ appollini .i. ſoli iuſticie xp̃o qui eſt pr̃is ſapiētia p̃ncipaliter famulant̃. Figurati etiam Luc. xv. in nonagintanouē iuſtis q̃ centeſima oue perdita patrifamilias remāſerūt. Quis eñ centeſima q̃ numerus cõſtat ex denario decies ducto. ſicut ⁊ dragma decima. humanū genꝰ qđ in adā peccauerat deſignauit: qui .ſ. poſt nouē angeloꝝ ordines decimū tenet locuꝫ. Quia .ſ. iſti nonagintanoue .i. iſte nouenariꝰ angeloꝝ cū deo māſit ⁊ malis ruētibus ab eo nõ receſſit. vt de ipſis dicat̃ illud Ecci. xxv. Nouē ſunt inſuſpicabilia. Sigt̃ ḡ numerꝰ iſte ritū angelice religionis. Tertio dico ꝙ iſte numerꝰ ſignat cultū ꝟtuoſe ꝑfectionis. Numerꝰ eñ iſte ſicut dictū eſt ex tribꝰ vnitatibꝰ ter ductis ꝯſtituit̃. angeloꝝ ordinibꝰ aſſcribit̃. humano generi ſpãliter deputat̃. tēplo ſalomonis lõgitudini applicat̃. Ad denotandū ꝙ ꝑfectionis ſtatus ⁊ virtutis. trinitatis fide ſolidat̃. angelice vite ꝯformat̃. humaniter viuere ꝓbat̃. dei tēplū eſſe ꝯfirmat̃. Conſtat eñ ꝙ hõ dicit̃ ꝑfectus ex ternario ter ducto ꝓpt̃ fidē btē trinitatꝭ dicēs illud Ecci. xxv. In tribꝰ bñplacitū eſt ſpiritui meo. Itē cõformat̃ vite ⁊ ordini angelice bonitatꝭ Apoc. xiiij. Uidi alterū angelū dei volantē ꝑ mediū celi. Humanitatē dꝫ hr̃e ꝑ benignitatē dulciſſime pietatis Apl's. Humanū dico ꝓpter infirmitatē ⁊c̃. Rom. vj. Tēplo dei ꝯformari dꝫ ꝑ obtentū oĩmode ſanctitatis .j. Coꝝ. iij. Templū dei ſctm̃ eſt qđ eſtis vos. Et breuiter dico ꝙ iſte numerꝰ ꝟtutū ꝑfectionē deſignat. quā talit̃ dñs ꝯſecrat ⁊ cõmēdat. O inq̃t xp̃s Ecce decē mūdati ſunt ⁊ nouē vbi ſunt? Luc. xvij. Conq̃ritur eñ xp̃s q̄n in hoĩbus iſtū ꝑfectõis nouenariū nõ inuenit. Ad qđ facit illud qđ ſcribit̃ Ezech. xxviij. vbi ponunt̃ nouē lapides p̃cioſi q̃ ꝑfectioni p̃mi angeli aſſcribunt̃. Uide infra titulo de ꝑfectiõe mēbro q̄rto. Quid etiā dicemꝰ de dictis aliquoꝝ phoꝝ. Plinius eñ dicit. Or cor hominis venenati nūq̄ꝫ cõburit̃. q̄nimo ſi nouē ānis igne tenet̃: cõuertit̃ in lapidē p̃cioſum. q̃ cõtra venena ignes ⁊ fulgura ſumme valet: ⁊ portāti ꝯ̄ hoſtes victoriā ſꝑ p̃bet. Ouidiꝰ etiā libro vltimo de tranſformatis fabula. xxvj. ponit ꝙ in affrica lacu triconico vbi pallas ſapie dea p̃mo viſa ē tale ꝯtingit ꝓdigiū .ſ. ſi q̄s ibi nouē vicibꝰ balneat̃. ſumptꝭ alis in auē mirabiliter trāſformat̃. Que adhuc applicari certe cõuenīēter p̄nt ꝙ .ſ. ſi hõ nouē annis vel nouē vicibꝰ .i. per decurſum ꝑfectõis ⁊ virtutis cor ſuū (licet q̄nqꝫ fuit veneno vicioꝝ extinctū) igne charitatis cõbuſſerit. ſeqꝫ in lacu ſapiētie balneauerit. ⁊ lapis p̃cioſus fiet: ⁊ ꝯ̄ venena vicioꝝ. fulmina etiā infernaliū tormentoꝝ: ⁊ bella tentationū demonioꝝ. efficaciter p̄ualebit. Et qđ plus eſt in auē .i. i virū ſpūalē mutabit̃ ⁊ in celū finaliter euolabit ps̃. Quis dabit mihi pēnas vt colūbe ⁊ volabo ⁊ requieſcā. Ut ſic de viro ꝑfecto dicat̃ illud Gen̄. xvij. ⁊ xxj. Or .ſ. nonagintanouē annoꝝ erat abraā q̄n .ſ. genuit Yſaac .i. riſum. Ad denotandū ꝙ de iſto ꝑfectionis numero ad paradiſi gaudiū ꝑuenitur. Yſaac eñ riſus vel gaudiū interp̃tat̃. Et breuiter dico ꝙ numerus nouenarius ſpūalis .i. ꝑfectionis ⁊ ꝟtutis ſtatus dr̃ in ſcp̃tura Numerꝰ

- Uerbi dei ⁊ predicationis.
- Orationis ⁊ ſupplicationis.
- Diuini timoris ⁊ cõtriſtatiõis.
- Diuine gratie ⁊ reuelationis.
- Boni laborꝭ ⁊ occupatõis.
- Perſeuerātie ⁊ fortiſſime ſtabilitiõis
- Eterne vite ⁊ ꝑpetue req̄etiõis.

In iſto ḡ nouenario numero .i. in ꝑfectõis ſtatu audit̃ dei verbuꝫ ⁊ p̄dicatio Ezec. xxiiij. Factū eſt verbū dñi in anno nono. Ité ibideꝫ effundunt̃ dei preces ⁊ ſupplicatõ Act. iij. Petrus ⁊ iohānes aſcēdebāt in tēplū ad horā orõnis nonam Et Actuū. x. Orās eñ eram hora nona in domo mea. Itē ibidē abūdat dei timor ⁊ ꝯturbatio Math. xxvij. Tenebre facte ſunt vſqꝫ ad horā nonā. Itē ibidē ſentit̃ dei ꝟtus ⁊ reuelatio. Uñ de cornelio dr̃ Actuū. x. ꝙ ipſe vidit angelū q̄ſi hora nona ad ſe venientē ⁊c̃. Siľiter pꝫ de ſctõ petro Act. .xj. ꝙ ipſe vidit viſionē hora nona .ſ. linthium de celo dimiſſum cūctis aĩalibus plenū. Itē ibidē ꝑficit̃ bonus labor et occupatio. vñ Math. xx. dr̃ de illo q̃ exiuerat ꝯducere operios in vineā. inuenit alios hora nona q̄bus .ſ. dixit. Ite et vos in vineā meā. Itē ibidē firmat̃ ꝟtus cordis ⁊ ſtabilitio Apoc. xxj. Fundamentū nonū topazius. Itē ibidē .ſ. in fine donat̃ beata vita ⁊ requietio Leuit. xxiij. Die nouo mēſis ſeptimi a veſꝑe vſqꝫ ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. Et ſic pꝫ quõ iſte numerus multiplicit̃ ſumit̃ in bono. Si ꝟo in malo ſignificato accipe numerū iſtū velis. dic ꝙ iſte numerꝰ denariū nõ attingit. qui .ſ. denarius decalogi ꝑfectionē deſignat. Et ſic nouenariꝰ ſtatū impfectorū ſignat. Et ſic notabis ꝙ tales nouē .i. homines imperfecti

- Obſcuritatis ignorantia cecant̃.
- Diuinitatis cõplacētia priuant̃.
- Tepiditatis ſomnolētia grauant̃.
- Infidelitatis incõſtantia mutant̃.

Dico ergo ꝙ homines impfecti nouem dicunt̃ ꝓ eo ꝙ tres vires corꝑis q̃ ſunt aĩales ſeu motiua. nutritiua ⁊ generatiua. Iteꝫ tres vires anime. q̃ ſunt rõnalis. volitiua ⁊ memoratiua. Tribꝰ mundi p̃ncipalibus vicijs. que ſunt ſuꝑbia. auaricia ⁊ luxuria. applicare noſcunt̃. Iſti ergo cecant̃ obſcuritatis ignorantia: quia ſicut dicit̃ Luce. xxiij. Tenebre facte ſunt vſqꝫ ad horam nonā. vñ de Hely cecutiēte dicit̃ .j. Reg. iiij. ꝙ mortuus eſt cū eſſet nonaginta annoꝝ. Itē iſti priuant̃ diuinitatis cõplacētia. ſicut bene põt ſupponi Luce. xv. vbi dicit̃ ꝙ deus nonagintanouē in deſerto dimittēs de vno ſumme ſolet gaudere. Unitas eñ ꝑfectionē ſignificat. Nonagintanouē ꝟo impfectiõem. Gaudiuꝫ eñ eſt angelis dei magis ſuꝑ vno pctõre q̄ꝫ ſuꝑ nonagintanouē iuſtis. ſicut dicit̃ ibidem. Itē iſti grauant̃ tepiditatis ſomnolētia. vñ Matth. .xx. dicit̃. ꝙ ꝓcurator ille hora nona inuenit ocioſos in foro. Item iſti mutant̃ infidelitatis incõſtantia. ſicut .ſ. Luc. .xvij. dr̃. ꝙ decem mūdatis vnus reuerſus eſt deū laudās. ⁊ nouē ingrati ipſum ſequi nõ curauerūt ⁊c̃.

## Nouus. Nouitas.

Quoniā res noue ſolent libentius audiri ⁊ libentius videri. dicamus ſi placet quomodo in ſcriptura inueniunt̃ multa genera nouitatum. ſcilicet Nouitas

- Admirabilis.
- Cõmendabilis.
- Honorabilis.
- Deteſtabilis.

Prima nouitas apparuit in verbi incarnatione. Tunc eñ fuerūt facta dicta ⁊ annūciata illa noua que dicunt̃ Hiere. xxxj. Creauit dñs nouū ſuꝑ terram: femina circūdabit virum. Secūda nouitas quotidie fit in hominū cõuerſione quādo .ſ. per gr̃am homines a ſuis veteribus malis cõuerſationibus innouātur. Et de hoc dicit̃ Gal. vj. In xp̃o eñ Ieſu neqꝫ circūciſio aliq̄d valet neqꝫ p̄pucium: ſꝫ noua creatura. Tertia nouitas fiet in eterna ſaluatione quādo tota humana creatura innouabitur. glorificabit̃ ⁊ ꝑficiet̃: q2 .ſ. tunc homo quātū ad tres dotes anime ⁊ quatuor dotes corporis fiet quaſi totaliter totus

nouus. Tunc em̄ agni nouelli.ſ.ſancti cantabūt nouū canticum coram agno: ⁊ hoc in celo nouo ⁊ in noua ciuitate. Quia ſicut dicit̃ Apoc.iij. Qui vicerit ſcribam ſuper eum nomē meū ⁊ nomē noue ciuitatis hieruſalem. Quarta v̄o nouitas fit quotidie in vana vanoꝝ ꝓlocutiōe ⁊ etiā ope ratione. Quia.ſ.homies moderni nō delectant̃ niſi in nouitatibus ⁊ nouis ꝯſuetudinibus: ⁊ niſi in nouis doctrinis ⁊ opinionibus. ſicut de athenieñſib⁹ dicit̃ Actuū.xvij. Athenienſes autē omēs aut aduene hoſpites ad nihil aliud vacabāt niſi aut dicere aut audire aliquid noui. Et ideo beatus Benedictus in regula ſua dicit̃ p̄cipere ꝙ monachus noua referens penam merebat̃ ſuſtinere. De illis aūt q̄ libenter audiūt rumores ⁊ noua. Uide ſupra Titulo de Audire vel de auris. Tales em̄ nouitates ſunt ſicut vinū nouum: quod q̄uis ſit magis delectabile: eſt tamē minus vtile. Quia ſcilicet feces habet plurimas intermixtas. Et idō dicit xp̄s Luce.v. Nemo bibens vinum vetus ſtatim vult nouū. Dicit em̄ vetus melius eſt. Sic vere tales nouitates nō ſunt ita ſane ſicut antiquitates. ſemp em̄ habēt aliquid feculētum id eſt aliquid mali admixtum. videlicet aliquid heretice falſitatis vel aliquid ſuperbie ⁊ vanitatis. Et propter hoc dicit Apl's.j. Thimo.vj. Prophanas vocū nouitates deuita. Quinimo etiam de talibus nouis opinatoribus pōt dici illud Actuū.xvij. Nouoꝝ demonioꝝ videt̃ nunciator eſſe. Iſtis ergo omiſſis aliquid per ordinem eſt dicendum. Primo ergo dicamus aliquid de nouitate dominice incarnationis. Iſta em̄ fuit nouitas valde admirabilis. Sicut em̄ apud nos eſt nouū ⁊ mirabile quādo videmus ſolem eclipſari. terram moueri. ſtellas cadere ſeu de loco ad locum mutari. Sic vere in iſta incarnatione mirabilia ⁊ noua fuerūt. Ibi em̄ ſol.i.dei filius benedictus fuit vmbra terre humanitatis noſtre. et interpoſitione lune id eſt fluxibilis mortalitatis hūane obſcuratus et eclipſatus. Ibi etiā terra.i.terreſtris humanitas noſtra fuit ſpiritualiter mota. ⁊ de indignitate aut ignobilitate ad nobilitatē mutata. inquātum ſcilicet fuit in xp̄o deificata. Ibi etiam ſtella que ab eterno fuit in firmamento celi.i.ipſa dei eternitas. aliquo modo cecidit inquātū ſcilicet per carnis aſſumptiōem fuit aliqualiter quantū ad apparētiam immutata. Unde de iſtis nouitatibus canit eccleſia. Mirabile myſterium declaratur hodie innouantur nature. deus homo factus eſt. id quod fuit permanſit: ⁊ quod non erat aſſumpſit. nō cōmixtionē paſſus neq̄ diuiſionem. Et de hoc poteſt dici Apocal'.xxj. Uidi celum nouum et terram nouam. Ubi nota ꝙ in verbi incarnatione innouata fuit

Sublimitas diuinitatis ſuperioris. In xp̄i ergo in-
Infirmitas humanitatis inferioris. carnatione inno-
Subtilitas ſagacitatis interioris. uata fuit dei ſub-

dn̄t hūiliter obſecrare. vt eos poſſint ad bonū cōuertere et
mouere. Et de hoc nota ꝙ obſecrandi ſunt homines a pre
dicatoribus et prelatis. Ut

Caueant carnalē infectionē.
Habeant mentalē dilectionē.
Teneant moralē ꝯuerſationē.
Arceant letalē delectationē.

Obſecrādi ſunt ḡ vt ca
ueant ab infectiōe carna
li ⁊ maxime ab illa horrē
da infectiōe de q̄ dr̄ Iu
dicū. xix. Obſecro ne ſce
lus hoc operemini contra naturam in virum. Et generali
ter ab omni carnis infectione cauendum eſt. Iuxta illud.
j. Petri. ij. Obſecro vos tanq̄ꝫ aduenas et peregrinos ab
ſtinere vos a carnalibus deſiderijs que militant aduerſus
animam. Ubi oſtenditur ꝙ homo obſecrat̄ abſtinere a tri
bus ⁊c. Uide eam proſecutam ſupra. de Abſtinentia. Itē
vt maneant in mentis dilectione. ij. Corinthio. ij. Obſecro
vt confirmetis in illo charitatem. Item vt polleant vi

gīs ⁊ boneſta cōuerſatione. Unde Eph.iiij. Obſecro vos ego vinctus in domino vt digne ambuletis. Item vt abſtineant a mala delectatione. Unde Roma.xij. Obſecro vos fratres per miſericordiā dei vt exhibeatis corꝑa v̄ra hoſtiā ſcā ⁊c. Uide infra de Orōne. et de Petere. ⁊ ſ̄ de Adorare.

## Obſequium.

Uide vbi ſeruitium. Et vbi Officium.

## Obſeruare.

Nota ꝙ obſeruare quandoqꝫ ſumit̄ ꝓ cauere. qn̄qꝫ ꝓ implere. qn̄qꝫ ꝓ vitare. qn̄qꝫ ꝓ expectare. Pro cauere ſumit̄ in ps̄. vbi dicit̄ Obſeruabo me ab iniquitate mea. Et Deut̄. viij. Obſerua caue neqn̄ obliuiſcaris deū. Pro iplere ſumit̄. deut̄. xij. Obſerua ⁊ audi oīa q̄ ego p̄cipio tibi hodie. Et. iiij. Re. ij. Obſerua vt cuſtodias mandata dei tui. Pro vitare ſumit̄ Roma. xvj. vbi dicit̄. Obſeruate eos qui diſſenſiones ⁊ offendicula faciūt. Pro expectare vero ſumit̄ ꝓuer. viij. Beatus qui audit me ⁊ obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qualicūqꝫ ergo modo ſumat̄ poſſumus notare ꝙ obſeruare in ſcriptura ſignat ꝓmptitudinē volūtatis ſiue ad bonū ſiue ad malum. Dico ergo primo in bono ꝙ obſeruare debemus.

Uerba legis ⁊ mandatorum.
Uotum regis ⁊ prelatorum.
Statū gregis ⁊ ſubditorum.

Obſerua ergo mandatum diuine legis Eccl̄s. xij. Time deū ⁊ mādata eius obſerua. Item obſerua p̄cepta ſuperni regis. dei et prelati. Unde Exo. xxiij. Ecce ego mitto angelū meū ante faciem tuā. obſerua eum ⁊ audi vocem eius. Item obſerua. id eſt attende ad ſtatum plebis ⁊ gregis. quod maxime pertinet ad prelatos. ij. Paral̄. xxxv. Ianitores per portas ſingulas obſeruabant. Secūdo dico ꝙ obſeruare ſignat in malo. Et ſic dico ꝙ eſt Unum obſeruare ſcilicet

Fallacitatis.
Fatuitatis.
Carnalitatis.
Crudelitatis.

Dico ergo ꝙ eſt vnum obſeruare fallacitatis qđ ꝑtinet ad exploratores. Quia ꝓcerto multi ſunt qui valde ſtudent obſeruare facta ⁊ dicta alioꝝ vt habeāt qđ poſſint obloqui. Et ſic faciebant ſcribe ⁊ phariſei dn̄o Lu. xiiij vbi dicit̄. ꝙ Ieſus intrauit in domū cuiuſdam principis phariſei ſabbato manducare panē. Sequit̄. ꝙ ipi obſeruabant eum. id eſt inſidiabant̄ ſibi. Sicut em̄ leporarij obſeruant paſſus ⁊ vias lepoꝝ vt ipſos capiāt. Sic falſi homies inſidiando obſeruant facta ⁊ dicta hominū vt ipſos decipiant atqꝫ prodant. Iſtud maxime patet in aduocatis ⁊ iudicibus ⁊ balliuis. qui dicta aliquoꝝ obſeruant ⁊ attendunt vt eos capiāt in ſermōe. vt. j. Reg. j. dicit̄ ꝙ cū Anna amaro animo orabat ad dn̄m. Hely obſeruat os eiꝰ. ps̄. Obſeruabit peccator iuſtum ⁊ querit mortificare eū. Sicut de ſerpente qui dicit̄ enidros dicit̄ ꝙ obſeruat os crocodilli dormientis vt in viſcera eius ſubintret ⁊ ea corrodat ⁊ pforet. Sic detractator ⁊ ꝓditor ora innocentū obſeruat. vt occaſione inuenta noceat atqꝫ ledat dicens. ſcꝫ. illud Eccl̄s. viij. Ego os regis obſeruo. Ut alius dicat illud ps̄. Ipſi calcaneū meum obſeruant. Item eſt obſeruare fatuitatis qđ ꝑtinet ad mathematicos ſpeculatores. Iſti em̄ obſeruāt dies ⁊ menſes ⁊ annos. ſicut dicit̄ Gala. iiij. Qūuis em̄ tales obſeruantie aliquando cōtineant veritatē. qꝛ ſcꝫ ſcḋm diuerſos motus ⁊ influentias corporum ſuperioꝝ multa etiam mirabilia accidunt in hoc mundo. male tamen ſunt aliquotiens inq̄ſitum ꝓpter ſuam curioſitatem retrahunt hominē a ſalute. Magis em̄ ſe debent cōmittere fideles occulte dei ꝓuidentie q̄ꝫ corporum celeſtium influentie. Unde Eccl̄s. xj. dicit̄ ꝙ qui obſeruat ventum non ſeminat ⁊c. Et ideo ille rex Achaꝫ. ij. Paral̄. xxxiij. reprehendit̄ eo ꝙ obſeruabat ſomnia ⁊ auguria ſectabat̄. Item eſt vnum obſeruara carnalitatis. ⁊ illud ꝑtinet ad immundos luxurie ſectatores. Iſti em̄ ſunt ſicut cattus qui optime obſeruat per quā cautelam capiat murem. Sunt etiam ſicut noctue que obſeruant peroptime tempus noctis. qꝛ ſcꝫ tales obſeruāt ⁊ attendunt ad nocturnam obſcuritatē. Iob. xxiiij. Oculꝰ adulteri obſeruat caliginē. Et ad cauteloſam ⁊ inſidiatoriam fallacitatē. Sicut de malis iudicibꝰ dicit̄ Dañ. xiij. Obſeruabant ſenes ſollicite quotidie videre Suſannam. Itē eſt obſeruare crudelitatis. Sicut em̄ leo ⁊ lupus obſeruant et attendunt quō poſſint animalia innocētia deuorare. ſic impij ⁊ crudeles ad nihil aliud vacant niſi ꝙ poſſint alijs preiudicium generare Iob. x. Poſuiſti in neruo pedē meum ⁊ obſeruaſti omnes ſemitas meas. ⁊ veſtigia pedum meoꝝ conſideraſti ⁊c. Omitto totum gratia breuitatis. Uide ſupra de Cuſtodire. Et infra de Seruare.

## Obſidere.

Nota ꝙ obſeſſio idē eſt qđ cōtinua impugnatio. Et pōt ſignificare obſeſſio illā ipugnationē ſpūalem tentationū vel tribulationū quā a noſtris hoſtibꝰ ſpūalibꝰ. ſ. a diabolo. carne ⁊ mūdo i iſto ſeculo ſuſtinemꝰ. Iſti em̄ hoſtes ꝯtinue nos obſidēt ⁊ impugnant. ⁊ ad nos ꝑ pctm̄ capiendū ⁊ ꝑ mortē eternā deſtruendū cū om̄i diligentia ſemꝑ vacāt. iiij. Reg. xxv. Chaldei obſidebant in circuitu ciuitatē. Sicut em̄ illi q̄ aliquaꝫ ciuitatē obſidēt ſolēt cōtra eā parietes ⁊ machinas erigere aquā ⁊ panē ſubtrahere. muros ⁊ turres deſtruere ⁊ foueas ſeu foſſata cumulare ⁊ implere. Sic iſti hoſtes ſpūales quꝫ velut latronū nos obſidēt multitudo. nobis ꝓpoſſe ſuo ſubtrahūt oīa illa que pertinēt ad ſalutē Subtrahūt em̄ ⁊ deſtruūt in nobis panē euchariſtie. ſeu doctrine ⁊ refectionis Aquā gratie. lachrymaꝝ ⁊ deuotiōis. Muros cuſtodie et diſciplinabilis obſeruātōis. Turres eminētie ⁊ altitudinis ꝯtemplatiōis. Foſſata hūilis aut ſpūalis deiectionis. Uñ de diabolo ⁊ exercitu eiꝰ taliter aīam obſidēte. dicit̄ Hiere. xxxix. Uenit nabuchodonoſor hirl'm ⁊ obſedit eā. Et iō ſicut videmꝰ ꝙ obſeſſi ſolēt cū oī diligētia cogitare quō caueant ne capiant̄. ⁊ quō a ſuis obſeſſoribꝰ liberent̄. Sic nos oīa ſpūalia remedia debemꝰ adhibere. quō obſeſſores iſti aduerſus nos nō valeāt p̄ualere. Et hoc eſt qđ ꝯſulit̄ Nau. iij. Aquā ꝓpter obſidionē hauri tibi. Et idem. ij. Aſcendit inq̄t q̄ cuſtodiat obſidionē. ꝯtemplare viā. ꝯforta lumbos robora virtutē valde. Ubi oñdit̄ ꝙ tales obſeſſi debent hec tria vicꝫ. qꝛ iſti dn̄t Cogitare qđ eſt vtilꝰ Reꝑare qđ eſt debilꝰ. Excitare qđ eſt virilꝰ. Primū facit prudētia q̄ eſt vtiliū cogitatrix. Cōtemplare inq̄t viā. Scḋm ꝯtinentia q̄ eſt debiliū reparatrix. Cōforta inq̄t lūbos. Tertiū ꝯſtantia q̄ eſt viriliū amatrix. Iō dr̄. Robora virtutē valde. In iſta ei ſpūali obſidione. dꝫ Meditari reꝝ vtilitas. Roborari mētis debilitas. Animari cordis virilitas. Et ſic igit̄ ſi iſta tria habuerimꝰ hoſtiū ſpūaliū obſidionē nō timebimus. Ut ſic inimici noſtri poſſint dicere illud. j. Mach. vj. Locus quē obſidemꝰ eſt munitꝰ ⁊c. Sufficit.

## Obſtinatio.

Ut coiter ſumit̄ in malo ⁊ eſt ideꝫ ꝙ in malo ꝓpoſito cōfirmatio ⁊ radicatio. Lata ⁊ magna poterat eē materia. ſ̄ auctes vocales deſunt. Uide. ergo in titulis infinitis vbi inuenies de obſtinatione ⁊ in alijs titulis ſimilibus ⁊c.

## Obſtruere.

Idē eſt qđ claudere ⁊ obducere. et os alicuius ꝯcauitatis vel foraminis aliq̄ materia cumulare. ne intrare q̄d valeat vel exire. Et ſic notabis ꝙ diabolꝰ obſtruit ⁊ claudit. ſ. terra mundani amoris. ſeu humore carnalis horroris. ſeu etiā lapidibꝰ obſtinati tumoris cor peccatoris ne digne cogitet. os ipſius ne xp̄m vocitet. ⁊ etiā manꝰ eius ne pauꝑes viſitet. Uñ Gen̄. xxvj. dr̄ ꝙ philiſtei om̄es puteos obſtruxerūt implētes humo. Et. j. Mach. v. dr̄ ꝙ porte ciuitatis obſtructe ſūt lapidibꝰ. In bono aūt ſignificato dic ꝙ timor dei corda iuſtoꝝ talit̄ obſtruit ꝙ nullū pctm̄ itrare ſinit. vñ. ij. Mach. ij. dr̄ ꝙ hieremias q̄ archā abſcōdit. oſtiū ne inueniret̄ ⁊ remoueret̄ obſtruxit. Uñ Ro. iij. Om̄e os obſtruet̄ vt ſubditꝰ fiat om̄is mūdus deo ⁊c. Uide ſupra vbi Claudere.

## Obſtupeſcere.

Nota ꝙ obſtupeſcere nihil aliud eſt q̄ꝫ ſubito mirari de aliqua incredibili nouitate. eſt em̄ ſtupor paſſio mētis quā ſolet ꝯſideratio rerū excedentiū ⁊ incredibiliū gn̄are. Poſſumꝰ ḡ notare ꝙ ſtupeſcere in bono. Pertinet ad

Penitentes.
Cōtemplātes.
Triūphātes.
Militantes.

Obſtupeſcere em̄ Eſt opꝰ penitētiū ⁊ ꝯtritoꝝ. Eſt opꝰ ꝯtemplātiū. ⁊ diſcretoꝝ. Eſt opus militantiū ⁊ viatoꝝ. Eſt opꝰ triumphantiū ⁊ beatoꝝ. Obſtupeſcūt ḡ penitētes ꝓ ſua p̄cedēti iniq̄tate. Uñ de ꝯuerſis ⁊ penitētibꝰ gētilibꝰ dr̄. j. Pet̄. iiij. Ambulauerūt inq̄t in luxurijs ⁊ deſiderijs cōmeſſatoibꝰ potatiōibꝰ ⁊ ydoloꝝ cultibꝰ. in q̄bꝰ nūc obſtupeſcūt. ⁊ in q̄bꝰ admirant̄. Itē ꝯtēplātes de dei iudicioꝝ ꝓfunditate Abac. j. Uidete admiramini. ⁊ obſtupeſcite qꝛ opus factum eſt in diebus noſtris qđ nemo credet cū narrabit̄ ei. Itē militantes ſeu i iſto ſeculo laborantes de mū

dane miſerie calamitate ⁊ aduerſitate. Hiere. xxxj. Omis ꝗ comederit vuā acerbam obſtupeſcent dentes eiꝰ. Et Eſa. xxix. Obſtupeſcite ⁊ admiramini fluctuate ⁊ vacillate ⁊c. Item triūphātes de celeſtis glorie immēſitate. vñ pōt dici illud. j. Macha. xv. Venit anthenobiꝰ amicus regis in hierl'm. ⁊ vidit gloriam ſimonis ⁊ claritatem in auro ⁊ argento. ⁊ apparatum copioſum ⁊ obſtupuit. Itē dico ꝙ obſtupeſcere poteſt pertinere ad malos. vnde nota ꝙ mali obſtupeſcūt ⁊ obſtupeſcent ⁊ maxime in iudicio. ſcilicet

De mūdane proſperitatis amiſſione.
De interne iniquitatis apparitione.
De eterne penalitatis incurſione.
De ſupne felicitatis priuatione.

Dico ḡ ꝙ iſti obſtupeſcēt de amiſſione ꝓſperitatis eterne. vnde Eſa. xxxij. Collectio vltra nō veniet. obſtupeſcite opulente. cōturbamini ꝯfidentes. Ut ſic glorie mūdane tūc ꝑdite dicatur illud Ezech. xxviij. Omnes ꝗ viderint te in gentibꝰ obſtupeſcent. ⁊ Hiere. xviij. Omis qui p̄terit per eā obſtupeſcet. Item de reuelatione iniq̄tatis interne. vñ Heſter. vij. dī de aman. ꝙ ip̄e obſtupuit vultū regis ac regine. Itē de incurſione penalitatis eterne. Eze. xxj. Hic ē gladius occiſionis magne ꝗ obſtupeſcere eos faciet. Item de priuatione felicitatis ſuperne. Hiere. ij. Populus meus mutauit gloriam ſuā in ydolū. obſtupeſcite celi ſuper hoc. Talibꝰ ergo de ſua tam incredibili. tamq̄ȝ inopinabili miſeria obſtupeſcentibꝰ dicit̄ Eſa. xxix. Obſtupeſcite ⁊ admiramini fluctuate ⁊ vacillate. inebriamini ⁊ nō a vino. mouemini ⁊ non ab ebrietate qm̄ miſcuit vobis dñs ſpūm ſoporis. Et Hiere. xxxvj. Obſtupeſcet vnuſquiſq̄ȝ ad proximū ſuum. Sufficit. Vide ſupra de mirari. Et. j. de Stupore. ⁊ de Timore ⁊ Tremore.

## Obtemperare.

Vbi Obedire.

## Obtenebrare.

Infra vbi Tenebre.

## Obtinere.

Nota ꝙ obtinē idē ē qd̄ occupare. tenē. acq̄rē ⁊ poſſidē. Et ſic dic ꝙ eſt Obtentꝰ virtuoſus et meritorius. vicioſus et deceptoriꝰ. doloroſus et dannatoriꝰ. Primo dico ꝙ eſt obtētꝰ v̄tuoſus. Et iſte eſt ille quo iuſti ex dono diuine gratie et virtutis obtinēt cōtra dyabolū et peccata in ꝓlio tentationuȝ et certaminū huius mundi et quo etiā ip̄i lucrant̄. acquirūt et obtinēt poſſeſſionē virtutū ⁊ meritorū. et regnū etiā celeſtiū premiorū. Iudicū. ij. Abierunt filij iſrl' in poſſeſſioneȝ ſuam vt obtinerent eam. Et ſic nota ꝙ iuſti obtinent

Ab hoſtibꝰ clarā victoriā.
A ſeip̄is virtutū copiā.
A dño celeſtem gloriā.

Iuſti ergo obtinēt claram victoriā in cāpo certaminis. ſcȝ contra ſpūales hoſtes. Dañ. xj. Populꝰ aūt ſciēs deū ſuū obtinebit. Itē obtinēt virtutū copiam in cordis terminis. Unde. ij. Eſdre. vij. dr̄. Eſdras autē magnā diſciplinā obtinebat. Iſta ē terra ꝓmiſſionis de qua dicit̄ Nume. xiij. Aſcendamꝰ qm̄ poterimus obtinere eā. Itē obtinēt ſupernaȝ gloriā in regno luminis. i. in ꝑadiſo finaliter. Vñ Dañ. vij. Regnū obtinuerūt ſancti. Et Eſa. xxxv. Leticia ſempiterna ſuꝑ capita eoꝝ gloriā et gaudium et leticiam obtinebūt. Iſte eſt ergo obtentus virtuoſus. Secūdo vero dico ꝙ inuenitur obtentus vicioſus. Et iſte eſt ille quo ſcilicet mali obtinent

Diuitias et facultates.
Potētias et dignitates.
Fallacias et prauitates.

Obtinēt dico diuitiarū opulentiaȝ. p̄s. Ecce ip̄i peccatores abundā. in ſe. obtinue. di. Itē obtinēt potentiarū violentiā ſcȝ cōtra ſimplices innocētes. j. Macħ. j. Oim obtinuit munitiōes. Et ibidē. Obtinuit munitiones et regiōes gentium. Et Iob. xxij. In brachio tuo poſſidebas terrā et et potentiſſimꝰ obtinebas eā. Itē obtinent nequiciaꝝ peſtilentiā. Unde. j. Macha. xv. Peſtilentes obtinuerūt regnū. Dañ. xj. Obtinebit regnū i fraudulentiā. Iſte eſt igitur obtentus vicioſus. Tercio v̄o dico ꝙ inuenit̄ obtētꝰ doloroſus. Et iſte certe eſt ille nō quo peccatores obtinēt mala. ſed quo potiꝰ obtinentur ⁊ occupantur a malis. Et ſic nota ꝙ iſtos obtinent

Dolor et geſtus.
Stupor et ſtrepitꝰ.
Languor exhibitꝰ.
Pallor adhibitꝰ.

De dolore dicit̄ Exodi. xv. Dolores obtinuerūt omnes habitatores philiſtijm. De ſtupore dicit̄ Hiere. viij Stupor obtinuit me. De fame etiā et languore dicitur Hieremie. lij. Fames obtinuit ciuitatē De pallore vero dī Iudicħ. vj. Pallor faciē tuā obtinuit. Sufficit. Vide vbi Tenere. Occupare ⁊ Poſſidere ⁊c.

## Obturare.

Vide ē. de Claudere ⁊ vbi obſtruere ⁊ implere.

## Obuiare.

Cum obuiare nihil aliud ſit q̄ȝ ſibi inuicem occurrere. Poſſumus notare ꝙ ſicut hō corꝑaliter ſolet alteri obuiare multiplici rōe. vȝ. Ad

Salutandum.
Imitandum.
Implorandum.
Impugnandū.

Sic ſpūaliter loquēdo poſſumꝰ dicere ꝙ obuiatio pōt deſignare quattuor vȝ Actū Charitatis ⁊ dilectiōis. q̄ȝtū ad primū. Actū Pietatis ⁊ cōpaſſiōis. q̄ȝtum ad ſcdm. Actū Humilitatis ⁊ deuotionis. q̄ȝtū ad tertiū. Actum Diuerſitatis ⁊ rebellionis. q̄ȝtum ad quartum.

Primo ergo dico ꝙ eſt obuiatio charitatis. Et iſta eſt illa qua quilibet tenet̄ alteri obuiare. ⁊ in neceſſitatibus occurrere ⁊ ꝑuenire ⁊ ſe ſibi ꝑ veri amoris cōnubium copulare. Obuiare eñ ſignat cōiunctionē ⁊ copulā ꝑſonaꝝ ꝗ ſemper in bono ſignat charitatē. Unde Geñ. xxix. dī de laban ꝙ cum audiſſet veniſſe iacob occurrit ei obuiam. Exire eñ obuiaȝ alicui. Signū eſt Amoris. Signū eſt Honoris. Signum eſt Timoris. Signū eſt dico amoris. Ideo debemꝰ nobis obuiare alter alteꝝ diligendo. q2. ſ. ſicut plures boni planete in aliq̄ bono ſigno ſibi obuiātes ſolent bonū ſignificare ⁊ alter alteriꝰ influentiā adiuuare. ſic plures boni ſibi in bono amore ⁊ ſocietate obuiātes. ⁊ alter alteri ſe iungentes. ſolet alter alteꝝ in ſuis bonis opibꝰ confortare. Et iō de thobia dī Thob. xj. ꝙ data manu puero occurrit obuiam filio ſuo. Signū etiā eſt honoris. Et iſta obuiatio erit potiſſime in patria. vbi. ſ. deus ⁊ angeli ⁊ beati obuiabūt ſibi inuicē. Quia tunc miſcdia ⁊ veritas obuiauerūt ſibi. iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt. Quia ſcȝ tunc virgines exibūt obuiam ſponſo ⁊ ſponſe. ⁊ que parate fuerunt ad nuptias introibunt Math. xxv. Quia ſm̄ apo. j. Theſ. iiij. Nos ſimul rapiemur in nubibus obuiam chriſto in aera. ⁊ ſic ſemper cum domino erimus. Chriſtus etiam ⁊ angeli venient iſtis obuiam in ſignum honoris eterni. Unde de chriſto dicitur Eccl. xv. ꝙ obuiabit illis quaſi mater honorificata. De angelis etiam ſanctis obuiantibus ⁊ ſanctos honorantibus poteſt dici illud Geñ. xxxij. Egreſſi ſunt iacob obuiam angeli dei. Eſt etiā ſignū timoris. Et ideo ſi deū timuerimꝰ vl' p̄latū. ſibi tenemur cū humilitate ⁊ reuerentia obuiare. ſic Iudith. iij. dī. Uniuerſaꝝ vrbiū habitatores exibāt obuiā holoferni. Et iſta eſt ergo obuiatō charitatis. Scd̄o dico ꝙ eſt obuiatio pietatis. Et iſta eſt qn̄ homo piꝰ. miſericors ⁊ hoſpitalis deſiderat pauperibꝰ. vel peregrinis hominibꝰ obuiare. vt eis poſſit aliq̄d beneficij erogare. Exēplo loth de quo dī Geñ. xix. ꝙ cum ſederet in foribꝰ domꝰ ſue ⁊ videret angelos ſub ꝑegrina ſpē trāſeuntes venit obuiā eis dicens. Obſecro dñi declinate in domū pueri vr̄i ⁊ manete ibi. Iſta eſt ergo obuiatio pietatis. Tertio dico ꝙ eſt obuiatio humilitatis. Sicut eñ paupes nitunt̄ obuiare diuitibus vt ab ip̄is petāt elymas ⁊ acq̄rant. Sic nos debemꝰ deo humiliter obuiare vt gratiā ſuā poſſumus acquirere ⁊ habere Act. x. Cum introiſſet petrꝰ obuius venit illi cornelius. Quarto vero dico. ꝙ eſt obuiatio aſperitat̄. Et iſta qñq̄ȝ eſt cōtrouerſie. qñq̄ȝ ſeuicie. qñq̄ȝ iuſticie. Obuiāt eñ ſibi ꝑ cōtrouerſiā ⁊ diſcordiam ſuperbi diſcordes ⁊ iniurioſi. qui ſcȝ nunq̄ȝ ſunt vnanimiter cōcordātes ſed ſibi inuicē in omnibus obuiantes. ⁊ ad modum leonis ⁊ leopardi ſibi obuiant alter in alterum irruentes. Et ſemꝑ iſtud eſt verum ꝙ mali homines melioribꝰ. ſubditi ꝑterui bonis ſuperioribus ſolent ſe opponere. ⁊ eis cū cōtrauerſijs ⁊ litigijs obuiare. Similes illi ſerpenti qui dicit̄ iaculus qui volans ad modū iaculi qd̄cunq̄ȝ animal hȝ obuiā ip̄m vulnerat et occidit. Sic multi ſunt ⁊ in ſeculo ⁊ in clauſtro ꝗ ita ſunt ꝓterue ⁊ diſcordantis nature. ꝙ quoſcunq̄ȝ bonos ſibi vel in conditionibꝰ. vel in iuriſditionibꝰ. vel in affectionibus. vel etiam verbalibꝰ correctionibꝰ. vel redargutionibꝰ obuios ⁊ rebelles habuerint. ipſos verbis ⁊ controuerſijs corrodunt. lacerant ⁊ impugnant. Mali eñ ſemꝑ obuiāt bonis eo ꝙ vident bonos ſibi obuios. ⁊ in moribus contrarios ⁊ aduerſos. Unde de malis poſſunt dicere boni illud Deutero. j. Amorreus obuiam veniēs perſecutus eſt nos. Iſta ḡ

eſt obuiatio cõtrouerſie. Item eſt obuiatio ſeuitie. Et iſta eſt illa qua tyranni obuiãt ⁊ ſe opponũt paupibus. demo/nes ꝯo mũdus ⁊ caro bonis ⁊ pfectis hoibus aduerſan/tur. Et de hoc Nũe. xxi. dr̃. ꝙ ſeon rex amorreoꝝ congre/gato exercitu egreſſus ē obuiam filijs iſrael in deſertum. Item ē obuiatio prudentie ⁊ iuſticie. Et iſta ē illa qua de⁹ vel platus obuiat malis ipos p iuſticiã pcutiendo. vel per prudentiã ipoꝝ malicijs priando. Juxta illud Eccle. xliij. Ros obuiãs ab ardore vehemẽti hũilē efficiet eũ. ſicut. n. aries obuiãs alij arieti ſibi obuio ſolet eum dure pcutere. Sic prelatus ⁊ de⁹ qñ inuenit aliquē ſibi obuiũ ⁊ rebellē. ſolet ei p iuſticiã obuiare. ⁊ ipm hũiliare. ⁊ eũ dure ⁊ ſeue/riter caſtigare. j. Reg. iiij. Egreſſus ē iſrl̃ obuiã philiſtijm i preliũ. Ecce ergo quõ obuiatio ſignat vt dictum eſt. ſ.

Aſperitatem ⁊ rebellionem. Hec igitur de obuiare ſuffi
Hũilitatem ⁊ ſubiectionem. ciant. vide. ſ. vbi Cõtra. de
Pietatem ⁊ ⁊ compaſſionẽ. Contradicere. ⁊ vbiqꝫ de cõ
Charitatem ⁊ dilectionem. trarietate. ⁊. ſ. de Aduerſa/
ri. de Charitate ⁊ dilectione. ⁊. j. Occurrere ⁊c.

**Occaſus.** Occidens. Cuꝫ occaſus ſeu oc/cidẽs nihil aliud denotet q̃ re/ceſſum ſolis ab emiſperio noſtro ſeu locũ illum in quo ſol a nobis ⁊ emiſperio noſtro deficit ⁊ re/cedit. Et cũ ſolis claritas habeat ſignificare quatuor. ſcꝫ

Mundi proſperitatem. Hinc ē ꝙ quadruplex ſeu qua/
Gratie puritatem. druplicē occaſum ſpũalẽꝫ poſ/
Scientie veritatem. ſumus aſſignare. ſ. Mũdi tri/
Et vite iocũditatem. bulationem. Culpe obſtinatio
nem vel obſcurationẽ. Mentis excecationem. ⁊ Mortis demigrationem. Primo ergo occaſus ſeu occidens ſignat ſtatũ paupertatis ⁊ humilitatis. Qñ. n. ſol mundane glo/rie ⁊ pſperitatis deficit. tũc homo ad occaſum aduerſita/tis ⁊ pauptatis peruenit. Sic ſpũaliter qñ hõ orientem dele/ctabiliũ dimittit. tũc ad caſum humilitatis p penitentiam ſe conuertit. Et ſic non ſolũ ſignat aduerſitateꝫ ⁊ paupta/tem. immo etiam penitentiam ⁊ humilitatem. Sicut. n. vi/demus ꝙ plaga occidẽtalis eſt tenebroſa: pluuioſa: frigi/da atqꝫ ventoſa. Sic occaſus iſte ſpiritualis ſcꝫ hũilitas et pauptas eſt tenebroſus per contritionẽ et per mũdane glo/rie deiectionẽ ⁊ per ꝓprie mortis ꝯſiderationẽ. Unde pſ. Sol cognouit occaſum ſuũ. Eſt etiã pluuioſus per lachry/moſam cõpunctionẽ. Un̄ Luce. xij. Cum videritis nubem venienteꝫ ab occaſu ſolis. ſtatim dicitis ymber venit et ita fit. Eſt etiã frigid⁹ et ventoſus p multiplicē tribulationeꝫ. Unde Exodi. x. Flare fecit ventũ ab occidẽte vehementiſſimũ. quod hñ figuratur Dañ. viij. vbi ipe vidit arietē vẽ/tilantem cornibus contra occidẽtem. Sed ſicut videm⁹ ꝙ pſ occidẽtalis q̃q̃ ſit ſterilior q̃ oriẽtalis. ſolet tñ habere

Populos meliores. Sic ſpũaliter loquẽdo ſtat⁹ hu/
Corpore maiores. militatis et aduerſitatis q̃uis ſit
Animo audaciores. ſterilior in bonis tpalibus. eſt tñ
Et in ſciẽtijs clariores. laudabilior in ſpiritualib⁹. Et iõ
dicit Zach. viij. Saluabo populũ meuꝫ de terra occaſus ſolis. Sic ergo dico ꝙ occidẽs ſignat ſtatũ paupertatis ⁊ ad/uerſitatis. Secũdo dico ꝙ ſignat ſtatũ prauitatis et ini/quitatis. quia ſcꝫ ſol nobis occidit et deficit in occaſu. et a nobis abſconditur et recedit. ſic de⁹ et claritas gratie ſue no/bis deficiũt in peccato. Sicut eñ flos ſolſequij in ſolis or/tu et in eius principio apitur. in eius vero occaſu clauditur. Sic homo ſpũaliter in preſentia gratie ad bona eterna p affectionẽ ſe aperit. occidẽte vero ſole diuine gratie ſtatim per peccatũ ſe conſtringit et claudit. Un̄. ij. Para. xviij. de Achab vulnerato dicit. ꝙ mortuus eſt occidente ſole. Qz autẽ occaſus ſignificet ſtatũ peccati. patet in pſ. Quantuꝫ diſtat ort⁹ ab occidente. longe fecit a nobis iniquitates no/ſtras. Et ideo ſicut holofernes fuit deſtinat⁹ ad inuadẽdũ regnũ occidẽtis. ſicut dicit Judith. ij. Sic dyabol⁹ eſt ſpi/ritualiter a deo deſtinatus ad puniendũ finaliter illos qui ſunt in occidente iniq̃tatis et prauitatis. Sol eñ peccato/ri occidit qñ lumen gratie ab eo deficit. quod in die mundi ne ꝓſperitatis ſepe cõtingit. Hiere. xv. Occidit eis ſol duꝫ adhuc eſſet dies. Et Amos. viij. Occidet ſol in meridie.

Tercio dico ꝙ p occaſum intelligit ſtatus ruditatis et obſcuritatis. hoc eſt dictũ. ſtatus ignorãtie. De hoc poteſt dici illud Job. xxiij. Si ad orientem iero non videbo eum ſi ad occidentẽ non intelligã. Quarto dico ꝙ ſignat ſta/tum grauitatis ⁊ mortalitatis. Quia ſicut ſolis claritas no/bis deficit in occaſu. Sic vere iocunditas nobis deficit in obitu. Et de hoc Eccs. ij. Unus ⁊ ſtultus ⁊ meus occaſus erit. Occaſus eñ eſt finis ⁊ termin⁹ diei. Un̄ Joſue. j. Cõ/tra ſolis occaſũ erit termin⁹ vr̃. Et certe mors ē ille occaſus

Ad quẽ iuſtus ſemper ꝯſiderat. Et q̃ demon malos
Uſqꝫ ad quẽ in bono ꝓperat. vitupat. Iſtum ergo
Et vſqꝫ quo laudes accelerat. occaſum. ſ. tps mor/
In quo deus ſuos remunerat. tis ſolet iuſt⁹ ꝓuidẽ/
do cõſiderare pſ. Sol cognouit occaſũ ſuũ. Item vſqꝫ ad iſtũ occaſũ ſolet iuſtus in virtute ꝑſeuerare pſ. A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſũ ex ſyon ſpecies decoris eius. Exo. xvij. Fa/ctũ eſt vt manus ioſue non laſſarentur vſqꝫ ad occaſum ſo/lis. Item vſqꝫ ad iſtum occaſum ſolet deum magnificare. Malch. j. A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum magnũ eſt nomen meũ. Et in pſ. A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum. lauda. no. dñi Item in occaſu iſto ſolet de⁹ remunerare. ſcꝫ beatos in pa/tria. qz. ſ. tunc recipit eos in ſedibus ſempiternis. Juxta il/lud Deut. xxiij. Poſt ſolis occaſum ingredientur in caſtra ⁊ tunc etiam facit eis phaſe deliciarum glorie padiſi. Deu/tero. xvj. Immolabitis phaſe veſpere ad occaſum ſolis. Item in iſto occaſu ſolet deus malos damnare ⁊ exaſpe/rare ſcꝫ in inferno Exo. x. Flare fecit ventum ab occidente Uide ſupra in pluribus exemplis. Et maxime inq̃ntum oc/cidens poteſt ſignificare mundi proſperitatem vide ſupra de luna ⁊ de mari ⁊c.

**Occaſio.** Nota ꝙ occaſio accipit ꝓ leui ⁊ facili ⁊ caſuali. ſeu etiam ficta ⁊ incerta cã. Si/cut bene videt apoſtolus ſupponere dicens Phil. j. ꝙ oi/modo curabat ſiue p veritatẽ ſiue p occaſionẽ xp̃s annun/ciaret. Accipit ergo in bono ⁊ in malo. In bono dico acci/pit qñ q̃s faciliter ex aliq̃ leui caſu accipit occaſionẽ faciẽdi bonũ. Quia vere nunq̃ debet eſſe ita modica occaſio q̃n debeat homini ſufficere ad hoc ꝙ bonũ aliqđ facere debe/at vel tractare. Etiã ſp debet dari hoi occaſio bñfaciendi ⁊ tolli occaſio male agendi. Jõ bene dr̃. puer. ix. Da ſapienti occaſionẽ ⁊ addet ei ſapiẽtia. Ideo aplŝ de ſeipo dicebat corinthijs. ij. Cor. v. Occaſionẽ dam⁹ vobis gloriandi ꝓ nobis. Ad prudentẽ eñ ſpectat accipe dare. ⁊ inuenire oc/caſiones benefaciendi loco ⁊ tpe oportuno. ſicut de dare ⁊ accipere viſum eſt. De inuenire vero patꝫ Judicũ. xiiij. vbi dicit ꝙ ſanſon querebat occaſiões cõtra philiſtijm. Quia certe ad prudentẽ ſpectat ꝙ occaſionẽ ⁊ colorẽ bonũ in a/ctib⁹ ſuis querat. Sic ergo occaſio ſumit in bono. In ma/lo vero dico ꝙ ſumit ⁊ accipit occaſio. Sicut eñ boni ſunt ita habituati ⁊ diſpoſiti ad bonũ ꝙ occaſione modica ere/guntur illud. Sic vere multi ſunt ita mali ⁊ ad malũ diſpo/ſiti ⁊ inclinati ꝙ valde modica occaſio ſufficit eis ꝓ facien/do malo. Pro cauſa eñ accipiũt occaſionẽ. ⁊ ꝓ veritate re/cipiunt fictionẽ. Sicut eñ equ⁹ qui habet tybias rigidas ſeu curtas facili offendiculo ⁊ occaſione cadit etiã in itine/re valde pulcro. Sic multi ſunt ita habituati ad vicia ꝙ fa/ciliter pcipitant. ⁊ quidẽ occaſione modica. Res eñ que ē in pendulo facile occaſione mouet. ⁊ nauis que eſt in flu/mio faciliter inferi⁹ trahit. ⁊ res q̃ eſt in aere occaſione ſtat⁹ modici ab vno loco ad aliũ inclinat. Sic mali ad pctm̃ fa/ciliter inducunt. Un̄ nota ꝙ faciliter querit occaſionem.

Inuidus ⁊ malicioſus. De inuidis ⁊ malicioſis ꝯſtat
Infidus ⁊ proditioſus. Iſti eñ ſemp q̃runt occaſio/
Immũdus ⁊ luxurioſus. nes quõ alijs poſſint nocere.
Nefandus ⁊ pnicioſus. Sicut Dañ. vj. dr̃. ꝙ ſatrape
q̃rebant occaſionẽ vt inuiderent danieli. q̃ ſcꝫ ipm pderent ꝓ eo ꝙ bonitati ⁊ glorie ipius inuidebãt. Et aduerte ꝙ iſti inuenerũt ſibi occaſionẽ nocendi in hoc ꝙ dñm adorabat. Procurauerunt enim fieri edictuꝫ ſub pena mortis ꝙ nul/lus vſqꝫ ad certũ diem aliquid ab aliquo deo vel hoie pete/ret niſi a rege ſolũ. Et qz Daniel in illo interuallo dominũ adorauit ideo p peſſimoꝝ machinamẽta occaſio ſibi extitit ꝙ vt deuoraret leonib⁹ datus fuit. Conſtat eñ ꝙ etiam bo/na ſunt qñqꝫ occaſio mali. Sicut etiã apoſtolus ſupponit de mandato ⁊ de lege Roma. vij. Que ſcꝫ bona erant. & ta/men occaſio tranſgreſſionis fuerunt. Unde ait. Peccatum

paralitycū iacentem in lecto. O quot ſpūales ⁊ iacentes paralytici offerunt̃ hodie chriſto in eccleſia. De fremulis ꝟo malignantibus id eſt de fatuis ⁊ vanitati vacātibꝰ pōt exponi illud Math. viij. ca. Obtulerunt ei multos demonia habentis. De loculis ꝟo pecunias aggregantibus. ſ. de diuitibus ⁊ ſymoniacis qui certe hodie ꝑ ceterꝭ in eccleſia offerunt̃ poteſt dici illud ꝑdictum Math. iiij. Obtulerūt ei oēs male habētes id eſt oēs malos diuites. Iſti igit̃ ſunt qui a malis offeruntur deo. Sunt etiam que a malis offerunt̃ dyabolo. Et ſic nota ꝙ mali offerunt dyabolo

Vicium tumētis eminentie.
Vicium ardentis auaricie.
Vicium latentis ydolatrie.

De vicio tumentis eminentie. Hoc eſt dictu. ꝑſumptionis ⁊ ſuperbie. poteſt exponi illud quod dicit̃. iiij. Regū. iij. Or adhuc populus imolabat et ſacrificabat in excelſis. De quo Hiere. xlviij. Auferam de Moab ait dñs offerentem in excelſis. De vicio ardentis auaricie poteſt exponi illud Leuitici. x. vbi dicitur. Or offerentes ignem alienum interfecti ſunt. Ignis eñ ardorem auaricie ſignat. Nam auari ita ardēt auaricia ꝙ ꝓprios filios offerunt dyabolo comburendos. ſcilicet inquātum ipſos dedicant officijs ⁊ ſcientijs lucratiuis. Figurati in rege Amon qui ꝓprium filium obtulit ſacrificium dybolo. iiij. Reguꝫ. iij. Unde Ezech. xxiij. Filios ſuos obtulerūt eis ad deuorandū. Et Deutro. xij. Offerētes filios ⁊ filias ⁊ comburētes igni. De vicio ꝟo latentis ydolatrie. quo. ſ. mali experimētatores adhuc offerūt ſacrificijs demonijs. Poteſt dici illud Aggei. ij. Oīa q̄ obtulerunt cōtaminata erāt. Iſta igit̃ a malis offerent̃ dyabolo. Et ſunt mala q̄ a malis offerunt̃ mūdo. Et iſta ꝓcerto ſunt

Grata colloquia.
Praua donaria.
Lauta cōuiuia.

Offerunt eñ mali grata colloquia alijs adulando. ſicut de illa Jabele dicit̃ Judicum. v. Or in fiala principum obtulit butirum. Butiruꝫ eñ ſignat adulationis vnguētum. Offerunt etiam praua donaria. ſ. ad corrūpendum iuſticiam. Exemplo ſcꝫ ſymonis magi qui pecuniam obtulit ꝓ ſymonia cōmittenda Actuū. viij. Offerunt etiaꝫ lauta cōuiuia. Multi eñ ſunt qui ad nihil aliud vacant q̄ꝫ comeſationibꝰ. iij. Reguꝫ. ix. Hec eſt ſumma expeuſarū quam obtulit Salomon ⁊c̄. Patet igit̃ ꝙ in ſcriptura reperitur oblatio malorum ſcelerum. De oblatione rerum ⁊ munerum Uide ſupra vbi munus. Et hec de oblatione ſufficiant Uide vbi dare. tribuere. vel ꝑbere et ſimilia.

**Officium.** Cum officium nihil aliud ſit q̄ꝫ opus ſeu exercitium ad qđ vnūquodqꝫ ſpecialiter deputat̃. De diuerſis igitur officijs eccleſie multa poſſent dici: niſi de quolibet in ſuo titulo particulariter diceret̃. Preſertim autē de officio prelatoꝝ. iudicum ⁊ ꝑdicatorum. nihil ad ꝑſens. Hoc ſolum nota ꝙ ſicut in maiori mūdo varie ſūt creature diuerſis officijs deputate. ſicut

Sol ad illuminandum.
Ignis ad calefaciendū.
Aqua ad humectandum.
Terra ad oīa nutriendū.

Sic in minori etiam mūdo diuerſa ſunt membra ad diuerſa officia ordinata. Sicut Oculos ad videndum. Lingua ad loquendū. Auris ad audiendū. Pedes ad ambulandum. Manus ad opandum. Sic ꝓculdubio in corpore xp̄i myſtico diuerſe ſunt ꝑſone in diuerſis officijs conſtitute. Quia q̇dam exercent officiuꝫ ſolis alios illuminando ꝑ doctrinā ⁊ ꝑdicationē. Quidā officiū ignis alios calefaciendo ꝑ dei amorē ⁊ dilectionē. Alij officiū aque alios humectādo ꝑ gr̄aꝫ ⁊ deuotionē. Alij officiū terre. alios ſuſtinēdo ꝑ patiam ⁊ ſupportationē. ⁊ nutriēdo ꝑ elÿnam ⁊ cōpaſſionē. Alij officiū oculoꝝ alios regendo ꝑ ꝑlatiōeꝫ ⁊ iuriſditionē. ⁊ ꝓ alijs vidēdo ꝑ iudicioꝝ examinatiōem Alij officiū lingue loq̄ndo ꝑ dei laudē ⁊ gratiarū actioneꝫ. Alij officiū auris diligēter audiēdo ꝑ obedientiā ⁊ ſubiectionem. Alij officiū pedis vndiqꝫ currendo ꝑ ꝓprij officij executionē. Alij ꝟo officiū manꝰ ꝑ oīm bonoꝝ actuū operationē. Et breuit̃ verū eſt qđ dicit apo. Ro. xij. ꝙ corpus nō eſt vnū membrū ſed multa. Oīa eñ mēbra corpis nō eūdē actū hñt. Et h̄ eſt qđ dr̄. ij. Paral̃. xxxj. ꝙ ezechias cōſtituit ſacerdotes ⁊ leuitas ꝑ diuiſiones ſuas vnūquēqꝫ in officio ſuo ꝓprio. Breuiter ergo notare poſſumꝰ ꝙ nos debemus vti in eccleſia dei multiplici officio, ſcilicet Officio

Sacerdotis ꝑ ſanctitatem.
Miniſtri ꝑ humilitatem.
Pincerne ꝑ iocunditatem.
Paniferi per pietatem.
Portitoris ꝑ patie firmitatē.

Habeamus ergo officiuꝫ ſacerdotum nos deo ſanctificādo per deuotioneꝫ. Unde. ij. Paral̃. viij. Cōſtituit officia ſacerdotum in miniſterijs. Quis de multis hodie dicat illud. j. Regū. ij. Filij Hely. filij belial. neſcientes dominū: nec officiū ſacerdotum. Itē habeamꝰ officiū miniſtroꝝ ſeruiendo deo per ſubiectioneꝫ. j. Paral̃. xxv. Segregauit filios aſaph in miniſterijs. dedicato ſibi officio ſeruientes. Itē habeamuſ officiū pincerne per iocunditatem ſpei ⁊ ſpiritalem conſolatiōem. vt ſic ſimus ſicut pincerna pharaonis qui fuit in priſtino officio reſtitutus Geneſ. xlj. Item habeamus officium paniferij alios nutriendo per pietatem ⁊ elemoſynarū lartiōem. Sicut de Ruth dr̄ Ruth. iiij. Or ipſa geruleac nutricis officio fungebat̃. Item habeamus officium portitoris onerum per tributōem ⁊ penitentie tolleratōem Nume. iiij. Hoc eſt officium familie gerſonitarū vt portet cortinas tabernaculi ⁊c̄. Si vis applica de illis qui exercēt mala officia id eſt officia ⁊ peccata. applicando quodlibet peccatum ad quodlibet vile officium. Item ſi vis potes dicere quomodo quodlibet membrum eſt contentum officio proprio. nec ambit officium alterius. ſicut habetur ſupra. Si autem vis potes dicere ꝙ illi qui in officijs publicis et priuatis conſtituuntur debent eſſe ceteris

Sapientiores in ſubtilitate.
Diligentiores in ſedulitate.
Eminētiores in auctoritate.
Abſtinētiores ab iniquitate.

Igit̃ ſicut ſapiētes agūt oīa ſubtiliter. Sicut vidimus de corporibꝰ cōſtitutis in officijs celeſtibuſ que pre ceteris abundant lumine. Sic vere tales abūdare debent ſcientia ⁊ diſcretione. Unde de regina ſaba dicit̃. ꝙ nō habebat vltra ſpiritum pre ſtupore. quādo videbat ſapientiam Salomonis ⁊ officia miniſtroꝝ. ij. Paralipꝑ. ix. Item vt diligentes agant oīa ſeduliter. ſeu etiam vtiliter Heſter. xvj. Credita ſibi officia diligēter obſeruāt. Itē ſicut eminentes agant oīa regaliter. autentice. ⁊ ſolenniter. ſcilicet ſm qđ requirit auctoritas officij. ij. Paral̃. xxxv Sacerdotes aūt ſtabant in officijs ſuis. Stare eñ eminētiam ⁊ auctoritatem ſignat. Item ſint abſtinentes. ſcꝫ ab iniuſticia ⁊ agant oīa legaliter. ſcilicet ſubditos non grauādo: ⁊ alter officium alterius nō inuadēdo. Sicut ſcꝫ fecit rex Ozias qui offerendo incenſum vſurpauit ſibi officium ſacerdotis: ⁊ ideo lepra cōtinuo ꝑcuſſus eſt. ij. Paralipꝑ. xxvj. Nō eſt tui officij Ozia vt adoleas incēſum domino. Ideo. j. Paral̃. xxv. dr̄. Dedicato inquit ſibi officio ſeruientes. Corpora eñ celeſtia ita ſua exercent officia ꝙ vnum aliud nūq̄ꝫ turbat. Sicut dicit̃ Ecci. xv. Unūquodqꝫ ꝓximum ſuum nō moleſtabit. ſ in officio ſibi dedito ꝑpetuo perſeuerat ⁊ ad aliud aliqualiter nō anhelat. Quod eſt cōtra ambicioſos. Dicit eñ Seneca in ep̄la. Utere officio qđ ſemel ſumpſiſti. turpe eſt oneri cedere. Sufficit q̇a pauce ſunt auctoritates vocales ⁊c̄.

**Oleum.** Nota ꝙ oleum in ſcriptura poteſt ſignificare in bono ⁊ in malo. Primo q̇deꝫ dico ꝙ ſumit̃ in bono. Et ſic dico ꝙ ꝑ oleum intelligit̃ oīs virtus q̄ habet aīam ſpūaliter reficere ⁊ linire. Et ſic dico ꝙ ꝑ oleum pōt intelligi. gratia. deuotio et cōpaſſio. Sicut eñ oleū eſt liquor dulcis ⁊ ſaporoſus vtilis ⁊ ꝟtuoſus. ſanus etiā ⁊ fructuoſus. Sic diuina gr̄a eſt quidā liquor ſpiritualis. q̄ eſt ipſi aīe dulcis. vtilis atqꝫ ſanus. Scđm ẜ ꝙ oleū habꝫ plures naturales ꝯditōes. ſic gr̄a habet plures ſpūales effectus ⁊ opationes. Et ideo ſicut oleuꝫ in domo ſumme eſt neceſſariū: ⁊ inde eſt ꝙ omni anno oleū de oliuis ⁊ nucibus colligitur: ⁊ in domo reponit̃ ⁊ ſeruat̃. Sic in domo ꝯſcientie gratia eſt valde neceſſaria. Et ideo a nobis debet cum diligentia procurari: ⁊ ibi ſine deficientia reſeruari. Juxta illud Ecc̄s. ix. Oleum de capite tuo nō deficiat. Et ideo bene precipitur Hiere. xl. Colligite vindemiā ⁊ meſſem ⁊ oleum ⁊ condite in vaſis veſtris. Et aduerte hic ꝙ ſm triplicē ꝓprietateꝫ olei materialis. triplex ſpūale oleum a nobis eſt habendum. Eſt enim oleum Liquor

Gaudij cauſatiuus. Per ꝑmū triſte viuētes letificant̃.
Pabuli ꝯdltiuus. Per ſcđm eſurientes nutrificant̃.
Luminis nutritiuꝰ. Per tertiū cecutiētes illuminant̃.

Primū ſignat ſpiritalis leticie blādimēta. qđ notat̄ ꝑ vindemiam. Scđm denotat fraternalis clementie nutrimēta qđ notat̄ ꝑ meſſem. Tertium deſignat ſupnalis ſciētie documēta. qđ notat̄ ꝑ oleum in vaſis. Igitur chariſſimi colligamus ⁊ habeamus oleum leticie ſpiritalis. quod .ſ. notatur per vindemiam. Quia vinū letificat cor hominis. Antiquitus em̄ oleum ſolebat eſſe ſignū leticie. Unde ille faciem ſuam ſolebat vngere. qui letus hominibꝰ volebat apparere. Et hoc eſt quod in pſ̄. ſupponit̄ cum dicit̄. Ut exhilaret faciem in oleo: ⁊ panis cor hominis cōfirmet. Et iđ per oleum pōt ſpes ⁊ ſpūalis cōſolatio deſignari. per quā ſolet anima ſpūaliter iocundari. Quo quidē oleo debemꝰ facies cordis noſtri inungere. vt poſſimus deſperationem ⁊ triſticiam effugare Matth. vj. Unge caput tuum oleo. Iſtud aūt poteſt comparari oleo papaueris quod ſomnū ſolet inducere. Oleo etiam mandragorarū. quod membrꝝ inunctum facit ſectiones ⁊ verbera nō nō ſentire. Quia ꝓ certo ſpes eternorꝝ ⁊ ſpiritalis leticia in deo ſumnū cōtemplationis inducit ⁊ ſectiones tribulationū mundi ſentire a fidelibus nō permittit. Quia procerto qui ſpiritali leticia perfecte inungunt̄. nunq̄ꝫ a mūdi tribulationibus grauantur Pſ̄. Caro mea immutata eſt propter oleuꝫ. Et ſic erat vnctus ille cui dicit̄ in pſ̄. Dilexiſti iuſticiam ⁊ odiſti iniquitatem. propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie p̄ cōſortibus tuis. Iſtud habēt boni in via per ſpem. in patria vo ipm per ſpēm quādo iuxta verbum Eſaie. lxj. Dominꝰ dabit eis coronam pro cinere. oleum gaudij pro luctu. pallium laudis pro ſpiritu meroris. Igitur colligamꝰ oleum leticie ſpiritalis. Iſtud tamē oleum nō vident̄ habere qui ſemper viuūt in triſticia ⁊ in merore. In odio ⁊ inuidia ⁊ dolore. In motu iracūdie ⁊ feruore. Quia ſcilicet tales de ſpiritali leticia nihil habent. Et ideo de Saul ꝓprio gladio interfecto. per quem ſcilicet intelligunt̄ inuidi. iracūdi ⁊ deſperati qui ꝓprijs iaculis ſemetipſos occidūt dicit̄. ij. Regum. j. q̄ ibi abiectus eſt clipeus Saul q̄ſi nō eſſet vnctus oleo. Non ſic ergo: ſed habeamus oleum leticie ſpiritalis. Uindemiā inquit. Per videmiā em̄ ⁊ per vinum vt dictuꝫ eſt leticia deſignatur. Ut ſic dicamꝰ illud Neemie. x. cap. Primicias ciborꝝ noſtrorꝝ ⁊ libaminū vindemie quoq̄ꝫ et olei offeramus ſacerdotibus. Deinde colligamꝰ ⁊ habeamus oleum clemētie fraternalis. Et hoc oſtendit̄ cum dicitur. Meſſem. Meſſis em̄ ad nutrimentū hominū principaliter ordinat̄. ſignificans virtutem clementie ⁊ miſc̄die. cuius eſt officium indigētes nutrire. Et ideo pauper ⁊ indigens comparat̄ formice que congregat in meſſe qđ comedat ⁊ parat in eſtate cibuꝫ ſibi ſicut dicit̄ Prouerb. vj. Ideo dicit̄ Job. v. Cuius meſſem famelicus comedit. Et ita etiam virtus pōt per oleum deſignari. Oleum em̄ eſurientes nutrit. Dolorem vulnerū mitigat atq̄ꝫ lenit. In q̄ ſcilicet notat̄. q̄ virtus clemētie habet ꝑ elȳnas pauperes enutrire. ⁊ ꝑ indulgētiam ⁊ benignā cōſolationē vulnera ſuarū miſeriarū mitigare ⁊ linire. Quod bene figuratū fuit in ſauciato. cui pius ſamaritanus appropiās alligauit vulnera eius infundens oleum ⁊ vinum. ſicut dicitur Luc. x. Aduerte tamē de oleo miſc̄die: q̄z ſic oleū materiale habet

Cibus condire.
Ignem nutrire.
Feſſa mēbra recreare.
Apoſtemata maturare.

Sic oleum pietatis cibus bonorum noſtrorꝝ operū cōdit. ⁊ deo ſapidos ⁊ acceptabiles facit. Et ideo ipſe a nobis tale oleum petit Leuit̄. xxiiij. Precipe filijs iſrael vt offerāt mihi oleum de oliuis puriſſimis. Item ignem charitatis in nobis nutrit. vñ dr̄ Exo. xxxv. q̄ filij iſrael obtulerūt oleuꝫ ad nutrimētū igneū. Itē feſſa mēbra .i. paupes miſerijs fatigatos recreat atq̄ꝫ lenit Marci. vj. Ungebāt oleo multos egros Itē apoſtemata pctōrꝝ maturat. eijcit atq̄ꝫ tollit. vñ Jacobi. v. Precipit infirmos inungi oleo vt ſanitatē recuperarent. vñ Ezech. xvj. Laui te aqua. ⁊ mūdaui ſanguinē tuū ex te. vnxi te oleo. q. d. Unctura olei miſc̄die. ſanguinē peccatorꝝ tollit. ⁊ more aque ꝯſciam abluit ⁊ abſtergit. Sꝫ ſcitis q̄d eſt de oleo iſto. Tria em̄ req̄runt̄ ad olei bonitatē. vꝫ q̄ ſit nouū ⁊ recēs. Quia .ſ. oleū ꝑ antiquitatē corrumpit̄. Itē q̄ cito exeat de torculari: quia q̄nto exit cū minori difficultate tāto plus hꝫ đ bonitate. Vñ oleū qđ ꝑ magnā violētiam extorquet̄. nō eſt ita laudabile ſicut illud qđ ſine violentia diſtillat̄. Itē q̄ nihil habet de terre feculentia intermixtum: q̄z oleum tāto eſt laudabilꝰ. quanto terre ⁊ amurce eſt impmixtus. Sic vere dico q̄ oleū pietis ⁊ miſericordie tūc tpis ē melius qñ eſt nouū .i. qñ habet fragrātem gr̄e nouitatē: q̄z al̄s nō valeret ſi fieret in vetuſtate peccati. Itē qñ cito exit ꝑ ꝓmptā ⁊ celerē volūtatē. Quia ſm Sen. in ꝓuerbijs. Bñficiū q̄ cito dat indigēti bis dat. Itē qñ nō eſt admixtū terre .i. qñ non fit ꝓpter terrenā gloriam aut ꝓpter aliquā vanitatē. Et ſic iſtud erit oleū bonū. vtile ⁊ virtuoſum. de quo dicit dñs illud Job. xxix. ca. Lauabā pedes meos butiro ⁊ petra fundebat mihi riuos olei. Pedes em̄ dñi ſunt paupes. q̄ in corpe eccl̄ie ſunt inferiores. ⁊ ad terrā inferiꝰ depſſiores. Iſti ḡ butiro ꝯſolatōis lauātur. qñ a petra .i. a viro ꝑfecto olei miſc̄die riuuli effundūtur. De vtilitate vo ⁊ bonitate olei mie poſſumꝰ adhuc notare q̄ iſtud oleū

Tollit criminum horrorem.
Confert gratie decorem.
Procurat glorie dulcorem.
Elongat infirmi dolorem.
Exoluit debiti languorem.
Conſecrat animi valorem.
Tribuit viriuꝫ vigorem.
Infert gloriam ⁊ honorem.
Affert gratiarū nitorem.

Qr em̄ iſtud oleum tollat pctōrꝝ horrorē. Patꝫ Dañ. xiij. vbi dr̄. Afferte mihi oleum ⁊ ſmigmata ⁊ oſtia pomerij claudite vt lauer. Item q̄ ꝯferat gratie decorē. pꝫ Ezech. xvj. vbi dr̄ anie. Tu ſimilam ⁊ mel ⁊ oleuꝫ comediſti. ⁊ decora facta es vehemēter. Itē q̄ ꝓcuret glorie dulcorē. Patꝫ Math. xxv. vbi virgines que oleū habebāt cum ſponſo ad nuptias intrauerūt. Ille vo q̄ oleo carebāt exteriꝰ remāſerūt. Qui ꝓculdubio q̄ oleum pietatis habuerit. cū ſpōſo xp̄o ad paradiſi nuptias introibit. Qui vo iſto oleo caruerit. in inferno exterius remanebit. Itē q̄ elonget infirmi dolorē. Patet Hiere. xlj. vbi dr̄. q̄ illi q̄ theſauros in agro frumēti. ordei. olei ⁊ mellis habuerūt. ab yſmaele occiſi non fuerunt. Quia vere illos yſmael dyabolus in inferno nō interficit. quos theſaurū miſc̄die in agro cordis hr̄e ſentit. Ideo bñ dicit Prouer. xxj. Theſaurus deſiderabilis ⁊ oleū in habitaculo iuſti. Itē q̄ iſtud oleū exoluat debiti languorē. patꝫ .iiij. Reg. iiij. vbi dr̄. q̄ mulier q̄ erat multis debitis obligata. ſupabundante oleo in vaſis ſuis ad p̄ceptū Helyſei vēdidit ⁊ ſatiſfecit creditoribꝰ. Quia vere q̄uis mulier .i. aīa ſit debilis pctōrꝝ ad penam inferni vel purgatorij obligata ſi tamē vaſa ꝯſcie ſue oleo redundauerit pietatis facile ſatiſfaciet de pctis. Iux̄ illud Dañ. iiij. Pctā tua elȳnis redime ⁊c̄. Itē q̄ iſtud oleū ꝯſecret animi valorē. patꝫ Exodi. xxix. ⁊ xl. Ubi ſacerdotes altaris ⁊ vaſa oleo ſunt inuncta ad hoc vt dño eſſent debite ꝯſecrata. In quo notat̄ q̄ nullus eſt deo debite ꝯſecratus. nec ſuis vſibꝰ ꝓprie deputatꝰ niſi oleo pietatis ⁊ miſc̄die ſit inunctus. Nullū em̄ fiebat deo antiq̄tus acceptū ſacrificiū. niſi eſſet oleum libaminis intermixtū. Quia vere nullū ſacrificiū boni opis a deo acceptat̄. niſi illud qđ ꝑ oleū miſc̄die impinguat̄. Itē q̄ iſtđ oleū tribuat viriū vigorē. ptꝫ .j. Reg. xvj. ⁊ xvij. vbi dr̄. Qr Dauid oleo inunctꝰ fuit. ⁊ poſtea gigantē interfecit. Iteꝫ q̄ inferat gloriā ⁊ honorē. ptꝫ .j. Reg. x. vbi dr̄. Qr Saul inunctus eſt in regem cū lenticula olei ⁊ a Samuele ꝓpheta In quo notat̄ q̄ illi ſoli digni ſunt regnū ⁊ regimē obtinere. q̄ oleo pietatis inuncti ſciunt clementia p̄pollere. Unde dr̄ .j. Mach. iij. q̄ Dauid in ſua miſc̄dia ꝯſecutus eſt regnum. Item q̄ iſtud oleum afferat gr̄arum nitorem. patet quia baptizati ꝯfirmati. ⁊ ad ordines cōſecrati oleo inungunt̄. ⁊ in qualibet vnctione gr̄e varie ꝯferunt̄. Ad denotandū q̄ illi qui a culpis volūt eſſe loti ⁊ baptizati. q̄ in bono volunt eſſe roborati ⁊ ꝯfirmati. ⁊ q̄ in moribus volunt eſſe bene compoſiti ⁊ ordinati ⁊ deo ſpūaliter dedicati. debēt eſſe ꝓculdubio oleo miſc̄die delibuti ⁊ impinguati. Sicut de Dauid dr̄ in pſ̄. Inueni dauid ſeruū meuꝫ. oleo ſancto meo vnxi eū. Inueni inq̄t in baptiſmo ꝑ culparū ablutionē. Dauid manu fortis in ꝯfirmatiōe ꝑ hoſtiū ſupationeꝫ Seruū meū. in ſacramēto ordiū ꝑ ſpūalem dedicationem. Oleo ſancto ⁊c̄. Et ſic ergo ptꝫ multis rōnibus q̄ hr̄e debemus oleum clemētie fraternalis. Et hoc eſt ſcđm. Deniq̄ꝫ dico q̄ colligere vel hr̄e debemꝰ oleū ſciētie ſupnalis. qđ etiā notat̄ in verbo oleū. Oleum em̄ habet quādā relucentiam ſpecularē. ita q̄ in ipō pñt facies ſic in ſpeculo intueri